XVI. 20. 3.
C. 3.

[redacted] Conſtantinatis

DE

BELLO CIVILI BELGICO LIBRI VI.

Quod ab anno L V. in annum X X C V I. vario euentu geſtum eſt.

Cum INDICE Rerum & Verborum.



Cum gratia & Priuilegio Caeſ. Maieſt.

[redacted]

Per CONR. VVALDKIRCH.

M. D. X X C V I.

AVCTORES, QVIBVS IN HOC O-
pere exarando præcipue v-
ſi ſumus.

Petrus Bizarus.
Laurentius Surius.
Natalis Comes.
Cornerus Hiſpanus.
Theophylus D. L.
Ioannes Stratius.
Michael Eitſingerus.

NOBILITATE, PRV-
DENTIA, DOCTRINA, AC PIETA
TE CLARISSIMIS, ATQVE CONSPICVIS VI-

ris, Dominis Conſulibus, Senatoribus, Doctoribus & Profeſſoribus, ampliſſimi atque ornatiſſimi Senatus, & inclytæ Academiæ Ciuitatis ARGENTINENSIS, Dominis ſuis colendiſſimis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

MAXIMA *queq; regna atque imperia licet aduerſus omnẽ vim prævalida amplitudine ſua eſſe videantur: tamen caſibus multis ea ſubiacere rerum vſus demonſtrat. Cum vero grauiſſima incommoda ſubinde recipiant, nihil eſt, quod magis illa diſturbet, nec grauius concutiat, quam popularis ſeditio, & bellũ inteſtinum. Nam vbi certa quies, & tuta ſecuritas eſſe putatur, ibi ex improuiſo periculum ingens exoritur. Siquidem promiſcua plebs factionib. deſeruiens vel errore iudicij, vel leuitate ingenij facile conſilium mutat, ita, vt reip. moderatoribus difficilimum ſit hoſtem ab amico diſcernere. Vt grauia autem diſcrimina, & inextricabilia mala in ciuilibus bellis ſentiuntur: ita luctuoſum, ac miſerabilem exitum ſemper adferunt. Nam aut internecinis hoſtibus reſp. diruendas obiiciunt, aut diſſidentium ciuium communem ruinam, & exitium ſecum trahunt. Hoc ex variis gentibus, ſed maximè ex Græcis, & Romanis cognoſci poteſt. Græci enim cum multum diuq; ſeſe inteſtinis bellis diuexarũt, in ſuã perniciem Macedonum attraxère arma: & Romani propter Marium, & Syllam fœdè in partes diducti poſt diriſſimas belli clades reip. formam cum omnium ordinum detrimento muta*

runt. Porrò ex ciuilibus tumultibus nihil niſi dirum atq; exitiale expectandum, quia quocunq; victoria ſe inclinet, populus irreparabilia damna ſentit, & priuatorum commoda publica reip. iactura ſunt. Rem Romanam non durius adflixêre communes, & iurati hoſtes, quam ipſi ciues inſanis factionibus ſeruientes. Non Pœni, non Galli, non Parthi, infeſtis armis ſæpius Romanorum prouincias adorti, tam grauia detrimenta intulerunt, quã Marianorum, & Syllanorũ arma. Non diſſimilis Belgarũ conditio eſt. Quandoquidem cum ab Anglis, Gallis, Germanis varias belli clades olim acceperunt, cum iis, quas in hoc ciuili bello perpeſſi ſunt nullo modo conferendæ videntur. Etenim horrendam vaſtitatẽ plurimis in locis fecit, & plebem innumeram gladio, fame, & aliis calamitatibus, quæ Martis ſæuitiam ſequuntur, conſumſit. Peruicacib. aũt animis illud magis geritur, quod pro duabus grauiſſimis cauſis ſuſceptũ ſit, pro libertate tuẽda, & puriore doctrina adſerenda, quæ quoſuis populos mouere conſueuêre. Siquidẽ nulla eſt gens, quæ durũ ſeruitutis iugũ cupidiſſimè non excutiat, neq; quicquã reperitur, quod hominum animis tenacius inhæreat, quam altè ſuſcepta de ſalute opinio. Hæc verò cauſa multo eſt ad commouendos animos altera potẽtior, quod futuræ vitæ bona reſpiciat, quæ huius ſeculi commoditatibus homines pij, & cordati anteponere ſemper conſueuêre, vt nunc pleroſq; videmus rerum peritia inſignes & ſapientia, morumq; probitate præcellentes deſpectis opibus pro tuenda religionis doctrina, quam ſynceram, & orthodoxam eſſe agnoſcunt, corpora atq; animos deuouere. Controuerſias aũt de religionis placitis armorum contentione componi non poſſe, nec ſchiſmata, & hæreſes tolli ciuiles tumultus, qui per multos annos miſerabilem in modũ Gallias adflixerũt, manifeſtè demonſtrant. Iis enim experti ſumus diſſidentium animos hac ratione magis irritari, & inſidentes hominum animis opiniones altius infigi, & acerbiore odio, pertinaciaq; magis obfirmata propugnari. Quo certè admonemur ad vſitatum patribus remedium eſſe recurrendum, cum ob religionis doctrinam eccleſiæ doctores in partes deducuntur, hoc eſt ad libera concilia,

lia, in quibus litigantium rationibus diligenter excuſſis, & ad normã ſacræ ſcripturæ probè examinatis, quid Chriſtiana plebs ſequi debeat, pronunciatur. Hanc viam tollendorũ diſsidiorum catholici olim ſequuti ſunt, & orthodoxi doctores in ſynodis. Malè de fide ſentiẽtes palàm ex ſcriptura ſacra erroris conuicerunt, nunquã diſputationes abnuẽtes, vt certè mala conſciẽtia doctrinã aliquam defendit, qui de ea coram omnib. reſpondere nõ audet. Mirari verò ſatis nõ poſſumus, eos, qui catholici dici & haberi volunt atq; in orthodoxorũ numero recenſeri, libera conſilia reformidare. Nam ſi ipſorum cauſa melior eſt, vt viros in omni doctrinæ genere eruditiſſimos habẽt, eã aduerſus quoſuis cõtradicentes facilè tueri, & defendere poterunt, ferro armatos quid in aciẽ producere ad decidendas de religione controuerſias opus eſt, quæ placidos, & quietos animos poſtulãt, fruſtra claſsicũ canitur, vbi ratione vincendũ. Itaq; Auguſtini verè catholici & orthodoxi doctoris conſiliũ in hac re ſequi commodiſſimũ erit, ſi pacẽ eccleſiæ reddi volumus, qui epiſtola 68. dicit. Si fieri poteſt pacificè cõferatur, vt in quib. inuentus fuerit error, tollatur, nõ homines, & illi nõ puniantur, ſed corrigãtur. Quod aũt à nonnullis pro cauſa recuſandi cõcilij obtẽditur omnia ſapiẽter in veterib. ſynodis fuiſſe cõſtituta, idcircò in dubiũ nullatenus à quoquã vocanda, & indubitatæ fidei haberi debere, quæ à patrib. ſcriptis mandata ſunt, quod Apoſtolorum temporib. propinquiores fuerint, ideò puriorẽ doctrinam retinuiſſe. Nihil ad rem de qua cõtrouerſia eſt, facit. Etenim ſi œcumenica cõcilia ſequi placet, & à patrũ ſentẽtia nõ diſcedere, facilè inter diſsidẽtes res trãſigetur. qui ſacrã ſcripturã fidei noſtræ fundamentũ eſſe cõtendunt, nihil patrũ autoritati derogãt: non. n. illi dogmata ſcripturæ ſacræ cõtraria eccleſiæ vnquã obtrudere voluere, neq; ex inſidiis, ſed aperto marte aduerſus orthodoxæ doctrinæ hoſtes ex ſcripturarũ autoritate pugnarũt, nec errantiũ excidiũ, ſed conuerſionẽ quæſierunt. Sit igitur penes eos victoria, qui doctã & piã antiquitatẽ ſibi patrocinantẽ habebũt, & omiſſis bellorũ conſiliis, quæ diſsidia, & rixas augent, pax afflictæ eccleſiæ reddatur, quam dominus diſcipulis ex hoc mũdo

abiens reliquit, & illis gladio verbi ſui eccleſiam regendam nō armis carnalibus commiſit. Qui reformationem eccleſiæ vrget, patrum ſcripta reiicere non poſſunt, cum reformatio dici non debeat, quæ ab antiqua forma aberret. Noua dogmata pertinaciter tueri verebuntur, qui doctrinæ, quam profitentur, fundamentum è ſcriptis Propheticis, & Apoſtolicis petunt. Qui itaq; de cauſæ ſuæ æquitate non dubitant, uberi concilij decretis lubentiſſimè ſe ſubmittent, & hæc via tranſigēdi de doctrina cōtrouerſa tutior erit, quàm ea eſt, quæ ex armorum inſolentia quæritur. Hæc enim vt ad componenda diſſidia, & dirimendas lites, quibus eccleſia miſerè diuexatur hucuſq; nihil profuit, ita in poſterū odia magis accendet, & omnia tum in eccleſia, tum in rep. perturbatiora reddet. Itaq; ad confirmandam fidem vis apta nō eſt, quæ validis rationibus perſuaderi debet. Veſtris autem amplitudinibus (magnificentiſſimi domini) hāc ciuilium bellorū Hiſtoriam dicare volui, vt grati animi ſignificationem aliquam darem, quod ſub florentiſſimæ reip. veſtræ patrocinio in ſumma quiete, & otio literario aliquandiu vixerim, cuius beneficij recordatio mihi iucundiſſima eſt. Ad id etiam agendum non parum fui incitatus, quod cum illuſtriſſimo Principe, ac Domino noſtro FRIDERICO *Comite Vuirtembergico ac Mompelgardenſi vobis firma, atq; ſyncera amicitia intercedit. Nam cum illi omnem induſtriam & operam debeam: hanc ſibi redditam reputabit, cum amicis oblatam eſſe cognouerit. Quod verò hominibus quietis & pacis amantibus de bellicis tumultibus opus offerre voluerim, non eſt quod quiſquā miretur. Multa enim me ad hoc agendum impulerunt, quæ veſtrarum amplitudinum commodum, ac decus reſpiciunt. Etenim vt in turbulentorum hominum vituperio laus pacificorum conſpicitur: ita ſumma gloria vobis obuenit, quod à ſeditionib. alieni quietem & ſecuritatem ciuium procuratis, pacemq; cum vicinis ſyncerè colitis. Nulla quidem laus ex ciuilibus turbis quæritur, ſed quæ adferunt incommoda, & clades narrantur, vt qui hæc audiunt, cauſas vnde illa proficiſcuntur, deuitare ſtudeant, ne ſimilibus periculis implicentur. Volui itaque hoc de bello ciuili*

Belgi-

Belgico opus ſub veſtro patrocinio in publicum exire, vt ſi id legeritis graues calamitates, quas ferale iſtud bellum Belgis intulit, animis obuerſantes, concordiæ, quæ reſp. ſartas tectas tuetur vos totos (vti antea feciſtis) addicatis. Si hoſtes veſtri fuerint, qui ſæuum Belgarum fatum conſiderauerint, apud ſe reputēt, quam difficile & periculoſum ſit, cōcordes atq; vnanimes adoriri, quum adamātinum vinculum ſit concordia, quod nulla vi adhibita diſrumpi poteſt, & illi ſoli hoſtibus præda fiant, qui inter ſe diſſentiūt. Si amici veſtri hæc legerint (quales vbiq; terrarum multi reperientur) Deum Optimum Maximum deprecentur, vt ſicuti antea remp. veſtram cum ſumma prudentia, & æquitate gubernaſtis, atq; in concordia, & conſenſu vixiſtis, in iis veſtigiis deinceps incedatis, quo mala, quæ ex diſſidiis, & turbulentis conſiliis proueniunt, ad felicitatis & gloriæ incrementum, deuitetis. Prudentia autem veſtra, quam multi populi admirantur, in hoc maximè conſpicitur, quod nihil eorum, quæ ad ſecuritatem vrbis, commoditatem ciuium, & gubernatorum decus faciunt, omiſiſtis. Nam vrbs veſtra latiſſima foſſa cincta eſt, firmiſſimis propugnaculis munita, armamentaria omni bellico inſtrumēto referta, ciues peculiaribus armis egregiè inſtructi, artificū; ac mercatorum ſodalitia bene inſtituta, Academia viris ſapientibus & doctiſſimis ornata. Hæc verò vt primis fundatoribus plurimum debet, ita iis, qui nunc in erudienda iuuentute occupati ſunt, valde obligata eſt. Hoc certè felicitatis habuit, quod viros eruditione præſtantes ſemper aluerit, in quibus facile primas tenet vir incomparabilis meriti Martinus Bucerus, cuius laus nunquam interitura vrbis veſtræ decus eſt, in qua ille per multos annos non ſine ingenti fructu in eccleſia, & in ſchola docuit. D. Ioannis Marbachij nuper fidelis paſtoris veſtri ac eccleſiæ Superintendentis gratiſſima debet eſſe memoria, qui viuus officio ſuo probè ſatisfecit, & moriens filios, qui vobis vtilem operam nauarent, reliquit. Viuorum laudes etſi magnæ ſunt, & in perpetuum duraturæ, non modo Theologorū, ſed Iureconſultorum etiam, ac liberalium artium Profeſſorum ſigillatim recenſere operæpretium nō du-

xi, ſed hoc tantum commemorare lubuit, quod vt ſunt viri doctiſſimi, qui functiones docendi habent, ita ſtudioſam iuuentutem diligenter inſtituunt, vnde in vniuerſam Germaniam ingentes commoditates ſunt redundaturæ, quibus omnibus vt gratum facere cupio, ita eorum nonnullis me deuinctũ eſſe ſentio, & maximè D. Pappo Superintendenti, quem legentem & diſputantem pluries audiui, & D. Floro Decano & Profeſſori Theologo, cuius doctas prælectiones ſæpè adij. Hos meos labores ſi ſuis calculis probauerint, non inutilis fore lectoribus arbitrabor. quãdoquidem ipſorum iudicium ſemper feci plurimi. Eos verò in tutelæ, & Patrocinij partem accipere volui, vt meam obſeruantiam erga Academiam veſtram demonſtrarem, quam officioſè colere apud me ſtatui, quod in eius gremio primas lucubrationes meas exarauerim iis libris plurimum adiutus, qui in bibliotheca collegij aſſeruantur. Itaq; ornatiſſimi atque clariſſimi domini, ſi meam erga vos promtiſſimam voluntatem probaueritis: ſuauis mihi erit laborum meorum recordatio, & nunquam in hoc opere exarando deſudaſſe pænitebit: nam inter felicia pono vobis aliqua in re placuiſſe. Deus Optimus Maximus veſtras amplitudines & dignitates ſancto ſuo Spiritu regat, foueat, ac tueatur, eiuſq; ſapientiam ac fortitudinem ad reip. veſtræ Academiæq; gubernationem largiatur, ac diutiſſimè ipſas incolumes ad ciuium ſalutem ſeruare velit. Mompelgardiæ 18. Auguſti 1586.

Veſtris Amplitudinibus

addictiſsimus

RICHARDVS DINOTHVS.

RICHARDI DINOTHI
DE BELLO CIVILI BELGICO
Liber I.

BELGIVM ſicuti eſt pars Galliæ: ita incolas hucuſque habuit non minus ſuis principibus addictos, quàm cæteri Galli, qui Francorum imperio parent. Nunquam enim ante hos ciuiles tumultus, quos diſsidentes in religione opiniones excitârũt, pro illorum dignitate tuenda, quoties cum externo hoſte belligeratum eſt, vitæ aut bonis pepercêre. Nec facilè inter eos inuenti ſunt, qui damnata publica cauſa ad hoſtes, vel leuitate ingenij vel animi perfidia, defecerint. Etſi autem regium imperium horrere dicantur, tamẽ dominis ſuis, cùm patriæ amantes ſe oſtenderunt, obſequium, & fidem non minus conſtanter, & ſincerè præſtiterunt, quàm alij populi Regibus ſuis. Præclara etiam laus omnium confeſsione ipſis debetur, quòd ciuitates ſuas æquiſsimis legibus & honeſtis inſtitutis ſtabiliêrunt, & ad vitæ vſum mercaturam ac manuarias artes ſtudioſiùs, ac diligentiùs alijs nationibus exercuerunt. Etenim in toto terrarum orbe non celebriora emporia, nec præſtantiores artifices reperientur, vt ad ea regionum, & vrbium ſitus perquam accommodus eſt, interſecantibus, aut alluentibus ſingula ferè oppida nauigabilibus fluminibus, per quæ ex mari commeatus, & merces opportuniſsimè conuehuntur. Tellus etiam commoditates inſignes præbet, quæ admodum fertilis eſt, maximè quæ maris oram, & Francorum regnum attingit, luxuriantibus hîc ſegetibus, illîc lætis paſcuis aſsiduè germinãtibus, ita vt multis Franciæ prouincijs benigno naturæ prouentu Belgium non cedat. Cùm verò hæ duæ regiones & hominum ingeniis, & natura ſoli, ac Reipub. forma plurimum inter ſe ſimiles

ſint,iiſdem etiam fati legibus ſubiectæ eſſe videntur. Siquidem cùm vna bellorum procellis agitatur,altera quiete & pace nequaquam fruitur. Aut enim coniunctis viribus contra communem hoſtem bellum gerunt, aut diſsidentes inter ſe ferrum in mutua viſcera ſtringunt. Hoc à multis ſeculis ita eueniſſe vt vtriuſq; gentis annales referunt,& noſtrorum témporum experientia monſtrat. Etenim cùm nuper ciuile bellum Franciam miſerum in modum concuſsiſſet, in Belgicas prouincias ſtatim tranſijt, ob ſimiles etiam cauſas ſumpto initio. Quandoquidem in religione diſsidia, odio in exterorum gubernationem accenſa, vtrobique tumultuum incendium accenderunt,cuius latè relucens flamma vicinas gentes ad reſtinguendum exciuit, ne longiùs ſerpens terris quàmplurimis vaſtitatem adferret: ſed vix ab ædibus ſuis illud auertere potuêre,alienas miſerias lugere coactæ, cùm leuare nequiuiſſent. Atroces vtriuſq; gentis calamitates fuêre, ſed grauiores adhuc Belgæ,quàm Franci ſenſêre,quòd his regiorum edictorum autoritas acerbitatem malorum ad tempus repreſsit,& reſpirandi à laboribus facultatem dedit: Illi verò nullam calamitatum intermiſsionem habuêre,omnibus pacis negotiationibus exulceratos odio animos magis irritantibus, & edictis regijs vulgus in varia ſtudia trahentibus, vnde grauiora in dies mala Belgicis Prouincijs obuenêre, nulla ſpe remedij affulgente,quòd vtraque pars ius ſuum obſtinatis animis tueri,& nihil de eo pacis amore decedere velit. Ita communis patriæ ſalus, vincendi libidine prægrauante,ſupinè ac peruersè negligitur,adeò obcæcatis pertinacia,& furore diſsidentium mentibus, vt belli incommoda magis ab audientibus, quàm ſentientibus conſiderarentur,quæ certè omnibus, qui aliquem humanitatis habent ſenſum,horrori eſſe debent. Etenim dirum hoc bellum vaſtitatem agris, pagis ſolitudinem, & vrbibus pauperiem attulit, atque omnia metu,terrore,barbarie,ac confuſione repleuit, ita immiti fato ſæuiente,vt quæ impendentia mala auertere poſſe putabantur, ea cumulatim attraxerint. Peregrinorum enim iugum excutere Belgæ cupientes,illorum auxilium, & patrociniũ exquirere,& graues moleſtias ab illis pati coacti ſunt, patrijs legibus autoritatem adſtruentes, illarum contemptũ vindicare

vindicare nequiuerunt, & ſæpe bellorum pertæſi, cùm nihil exoptatius pace, & quiete haberent, eam aſſequi nulla ratione potuêre, pijs votis malignitate fati eluſis, & honeſtis conatibus à vi cœleſti impeditis, ita vt dictum Agrippæ, quod eſt apud Ioſephũ, veriſsimum eſſe, experti ſint: *Motum ſemel bellum neque deponere facile eſt, neque abſque magnis calamitatibus ſuſtinere.* Quo melius autem res tota intelligatur, commodiſſimum eſt eam ab initio deducere.

Pontificij inferioris Germaniæ cùm Proteſtantium numerum ex clandeſtinis concionibus in dies adaugeri cernerẽt, eas cohibere decreuerunt, ne deſciſcente à Rom. Pontificis obedientia promiſcua plebe, ipſorum religio tandem in contemptum veniret. Ad id autem agendum nihil conducibilibus exiſtimârunt, quàm Hiſpanicam Inquiſitionem in Bel- *Inquiſitio*
gicas Prouincias introducere. Hoc facile impetrato à Carolo *Hiſpanica*
Quinto Imperatore, qui in ijs terris rerum potiebatur, qui *in Belgio.*
mãdata ad ſuos officiarios dedit, vt Inquiſitoribus adeſſent, ne à tumultuante turba vim aliquam paterentur, rem ſuam in tuto eſſe putârunt, quia nihil occultè fieri poſſet, quod ad ſuam notitiam non ſtatim perueniret, facilè ſibi eſſe auxilio magiſtratus, in cuius tutela conquieſcebant, aduerſariorũ conſilia, & conatus peruertere. Sed Brabantiæ & vicinarum *A quibus*
regionum ordines eam Inquiſitionem recipere detrectârũt, *Inquiſitio*
& Carolus pluribus alijs negotijs diſtrictus, illam tunc pro- *exploſa.*
mouere non potuit: idcirco non fuit plenè (prout Eccleſiaſtici poſcebant) obſeruata, quamuis ipſi Inquiſitores acriter illos perſequi, qui Pontificiam doctrinam minùs proba- *Rex Phi-*
bant, non deſiſterent. Res in eo ſtatu manſit vſque ad illud *lippus.*
tempus, quo Philippus Caroli filius Belgicarum regionum 1555.
poſſeſsionem adijt, patre à politicis negotijs ſe abdicante, 1556.
& ſolitariam vitam amplexante. In principio nouę guberna- 1557.
tionis Inquiſitio regijs codicillis eſt confirmata, & truculen- 1558.
tiùs, quàm antea vnquã in delatos, & ſuſpectos Lutheraniſ- 1559.
mi, & Caluiniſmi ſæuijt, non ſine acerbiſsimis indigenarum 1560.
querelis, qui dicebant: ea atroci inſectatione, quæ zelo reli- 1561.
gionis tegebatur, antiqua ſua priuilegia aboleri, & libertates 1562.
tolli, quas à principibus Regis anteceſſoribus receperant. *Priuilegia*
Quandoquidem in ijs erat inter cætera conſtitutum: vt prin- *Belgii.*

ceps in antiquis cõſtitutionibus, & ſtatutis nihil niſi ex con ſenſu populi mutare poſſet, vti ex actis receptionũ illorum præclare conſtat. Præcipua autem priuilegia inferioris Germaniæ ſunt ea, quibus ducatus Brabantiæ fruitur, & magis inſignia ſunt Antuerpienſium. Quandoquidem in gubernatione ciuitatis princeps, aut ipſius pręfectus nihil habet agẽdum, niſi vt prætorem approbet, quem primarij ciues elegerunt. Alij officiarij creantur à magiſtratu vrbis, ita vt penes populum maior gubernationis cura reſideat. Princeps nihil edicere, nec ſtatuere poteſt, niſi ex conſenſu prætoris, decurionum, viginti quinque tribunorum, & viginti ſeptem decanorum artium mechanicarum. Portoria, tributa, & reditus pertinẽt ad ciues, de quibus pro arbitrio diſponere poſſunt. Præcipua autem illius Prouinciæ priuilegia ad hęc capita rediguntur: Vt principi non liceat Eccleſiaſticum ſtatum ſine aliorum conſenſu, nempe nobilitatis, & ciuitatum augere: Neminem ex indigenis aut inquilinis perſequatur in iudicio, niſi ordinario modo, relicta nempe accuſatis ſe defendendi poteſtate per aduocatos, quorum opera in ſua cauſa tuenda vtantur, idque palam in foro: Tributa, & vectigalia noua non imponat populo: ne quid etiam quod magni momenti ſit innouet, aut introducat ſine omnium ordinum conſenſu: Nullum officiarium in toto ducatu ex alienigena, & extera natione conſtituat, quibuſdam officijs exceptis. Si comitia indicere velit, pro tributo aliquo exigendo, extra Brabantiæ fines illius regionis incolæ ijs intereſſe non tenebũtur, quòd extra patriam nihil illis deliberare liceat: Si verò princeps ea priuilegia vi, aut aſtu, aut alio quouis modo aboleat, Brabanti à iuramento & hominio, quod illi præſtiterunt, abſoluti & liberi erunt, & tanquam nullo obligationis vinculo conſtricti, poterũt de rebus ſuis pro arbitrio, & volũtate diſponere.

Harum immunitatum, & priuilegiorum reſpectu Belgicarum regionum ordines incitati ſunt ad ſupplicandum Regi, vt acerbitatẽ & rigorem Inquiſitionis mitigaret, quoniam ipſorum priuilegijs manifeſtè aduerſabatur, quæ ſibi ſeruari poſtluabãt, quemadmodum in ſua receptione ſolenni iuramento promiſerat. Magis autem erant de amittendis priuilegijs ſolliciti, quòd Rex Hiſpanicum præſidium poſt

ſuum

ſuum abitum (in Hiſpaniam enim reditum maturabat) ibi relinquere ſtatuerat. Id vt nouum, & antea inauditum erat & apertè cum ipſorum immunitatibus pugnans, ita declarabat Regem de ipſorum fidelitate dubitare, quod maximè eos angebat, qui ab omni æuo principibus ſuis fidi fuerant, & ad repellendos à finibus hoſtes omnes conatus, & conſilia conuerterant. Precibus ordinum Rex conceſsit, vt nullum militum præſidium in Belgio relinqueretur, prçter id, quod in finibus ſeruari ſolitum erat, & Hiſpanos in Italiam amandauit, præterea de rigore Inquiſitionis multum decidi paſſus eſt. Iter autem in Hiſpaniam ſuſcipiens, ſororem ſuam Margaretá (quæ duci Parmç, & Placentiæ nupſerat) toti Germaniç inferiori præfecit, ſtipulata à Proceribus fide, quòd in obſequio manſuri eſſent, & ſorori in adminiſtrandis politicis negotijs non defuturi. Hæc amica Regis, & ſubditorũ tranſactio Pontificijs permoleſta & grauis fuit, quemadmodum ijs, qui religionem Proteſtantium ſequebantur, gratiſsima. Etenim non parum à metu recreati fuère, quòd præſidio Hiſpanico liberati eſſent, & præcipuos ex nobilitate religionis ſuæ patronos, & defenſores haberent, in queis eminebant Aurantius princeps, Ludouicus Naſſouius, ipſius frater, & Brederodius regulus: Et certè ipſorum autoritas & fauor religionis reformatæ negotium nõ parum promouebat, quòd multi illorum exemplo eam amplecterentur. Ita in dies numerus deſciſcentium à Romano Pontifice augebatur.

Margareta Parmẽſis Belgio præficitur.

Patroni proteſtantium.

Granuellanus Cardinalis hæc iniquo animo ferebat, magnam defectionem à Romana eccleſia prçſagiens, cuius protector, & vindex videri volebat: nec indignationem, quam ex ea re conceperat, diu diſsimulare potuit, prçſertim cùm videret magnam nobilium, & populi turbam ad conciones Lutherani Doctoris, qui coram Aurantij vxore concionabatur, confluere: & palàm ediſſerebat, id priuilegium pro ipſius tantùm familia conceſſum fuiſſe. Erat illa Mauritij Saxoniæ Ducis filia, quç in religione Proteſtantium educata, connubiali fœderi cum Aurantio aſſentiri noluerat, niſi liberum ſuæ religionis exercitium ipſi permitteretur. Secũdum eam pactionem concionatorem ſuç linguæ & religionis apud ſe alebat, qui ex Proteſtantium inſtituto concionabatur, ad quem au-

Granuellanus Cardinalis quid moliatur.

diendum magna populi turba confluebat, quidam vt in ea religione (cui ſe totos addixerant) pleniùs inſtituerentur, quidam, vt linguæ Germanicæ vſum confirmarent, quidam etiam vt qualis ea doctrina eſſet, cui præſules tantoperè infenſi erant, cognoſcerent. Cardinalis huic rei animosè ſe opponebat, & palàm teſtabatur fieri non ſolum contra Pontificiæ religionis autoritatem, ſed etiam contra conſtitutiones regias, & præſtitum ab omnibus iuramentum. Ob hanc dicendi libertatem multis exoſus fuit, adeò vt famoſi libelli in eum euulgati fuerint, quibus patriæ proditor, pacis publicę turbator, & diſsidiorum autor appellabatur, qui in Hiſpaniam ſcribebat, quæ in inferiori Germania fiebant, & Regis ſubditos in partes diducere ad patriæ excidium conabatur. Is cum alijs præſulibus communicatis conſilijs, exiſtimauit nihil vtilius eſſe ad explorandam ſingulorum hominũ fidem, quàm ſi Epiſcopatus, Abbatiæ, & Prioratus & eiuſmodi maiora ſacerdotia in plura membra diuiderentur. Nam quò pluribus cura animarum incumberet, eò faciliùs, & certiùs quemlibet cognoſci poſſe. Placuit omnibus id conſilium, & communi conſenſu fuit approbatum. Itaque illorum omnium nomine mittitur Romam ad Pontificem Paulum Quartum Theologus quidam Louaniẽſis, qui Sonius dicebatur. Is cùm Pontifici, vti iuſſus erat, deſcriptionem totius Germaniæ inferioris repræſentâſſet, atque dignitates, & opes cleri declarâſſet, Pontifex ſeptem Cardinalium conſilio, quos ei negotio diſpiciendo conſtituerat, Granuellani & ſociorum determinationem probauit. Illi autoritate Pontificia in ſuo propoſito confirmati) opus iamdiu meditatum & diligenti ſolertia agitatum adgreſsi ſunt, & Epiſcopatus in varias propagines diduxerunt. Ex Colonienſi Archiepiſcopatu Epiſcopatum Traiectenſem detraxerunt, eumq; archiepiſcopatus titulo ornârunt, cui ſubiecêre quinque nouos epiſcopatus, Dauentrienſem pro Trãſiſelania, & magna Geldriæ parte, Harlenſem pro Holandia, Levuardenſem pro Friſia, Mildeburgẽſem pro Zelandia, Groningenſem pro Vuedda, quos ideo ſe à Colonia detrahere dicebant, quoniam ęarum regionum linguæ deciſiones, & iudicia, quæ Coloniæ fiebant intelligere non poterant. Præterea quoniam eæ regiones à Colonia itinere

Pontificiorum conatus.

Hierarchia Belgica.

itinere ſeptem, aut octo dierum diſtant quod pro viſitationibus faciendis valde incommodum eſt, quas etiam Colonienſem nunquam feciſſe aiebant. Vt maiori autem compendio viſitationes fieri poſſent, Archiepiſcopatum nouum in medio ſuorum ſuffraganeorum appoſitiſsimè collocârunt, pro Atrebatibus ad Odemari fanum Epiſcopatum conſtituerūt, pro Flandria Hypræ, pro Francia Bononiæ, in quibus tribus Epiſcopatibus diuiſerunt Taraonenſem. Tornacenſis Epiſcopatus in duo membra diuiſus, & ſedes illorum Brugis, & Gandaui aſsignatæ: prouiſum eſt inſuper, vt quilibet Epiſcopatus haberet in annuo cenſu tria Ducatorum millia. Archiepiſcopatus Mechlinienſis quinque millia, cui pro auctario dabatur ſancti Rumoldi præpoſitura. Statuerunt etiam vt Archiepiſcopatus eſſent in meditullio Epiſcopatuum ſuæ ditionis, neque Epiſcopum haberent, niſi ſuæ linguæ: nempe Arraſsium, Tornacum, Audomari fanum, Namurrium, autoritatem Archiepiſcopi Cameracenſis reſpicerent, quod Gallicę linguę ſint. Antuerpia, Gandauum, Brugæ, Bosleducum, Hypra, Ruremonda (quæ Flandricæ linguæ ſunt) Mechlinienſi Archiepiſcopo parerent. Hac ratione Archiepiſcopatibus Coloniēſi, & Rhemenſi multum derogabatur, quod plurimum de illorum autoritate, atque amplitudine decederet. Et quia Archiepiſcopi non videbantur iſti nouæ inſtitutioni aſſentiri velle, ideo Rex Hiſpaniæ rogabatur à nouæ Hierarchiæ inſtitutoribus, vt à Pontifice hoc impetraret, ad qđ perficiendum promptum, atque maximè intentum fore putabant, quòd non modo ad autoritatem Rom. Pontificis adferendam, ſed etiam ipſius Regis potentiam ijs in terris tuendam, atq; ampliādam nouorum Epiſcoporum adceſſus faceret, qui ſuis ſuffragijs in comitijs generalibus Regis autoritatē tueri, & promouere multū poterāt, aduerſus Aurātium, & alios Belgij proceres, qui populi priuilegia, & immunitates defenderēt. In ſingulis aūt Epiſcopatibus nouē præbēdæ adſignabantur, quæ inſignioribus Theologis conferri debebant, & Doctoribus iuris Canonici & Ciuilis, ea cōditione, vt omnem operam præſtarent Epiſcopis in promouenda inquiſitione. Nulla aūt animarum cura dari debebat niſi perſonis idoneis, qui examinarētur à duob⁹ veteribus Theologis

& canoniſta vno. Epiſcopi, qui per ſex continuos menſes (niſi à Pontifice aut aliquo indigena regulo vocarentur) abſentes eſſent, à ſuis ſedibus pro tempore abſentię ſuæ reditus amitterent. Idem decernebatur in alios paſtores Theologos, & Doctores. Duo, qui morum integritate, doctrina & ætate magis conſpicui viderentur, debebant in ſingulis diœceſibus inquiſitores inſtitui, quibus cæteri conſilio, & opera ſi opus foret, adeſſent. Inquiſitores illi pro meritorũ, & laborum cõpenſatione in promouenda, & defendenda Catholica Rom. religione primum locum in ferendis ſuffragijs, atque in omnibus conſtitutionibus, & honoribus poſt Decanum canonicorum haberent, & in annuam penſionem quinquaginta coronatos reciperent. Archiepiſcopatus Mechlinienſis Granuellano deſtinatus primatum haberet in omnes Belgicas regiones, & ipſe Granuellanus ibi commoraretur, vt propinquus Bruxellis eſſet, vbi præcipua habitatio principis erat, qui à Pontifice poſcebat, vt ſibi facultas eſſet Archiepiſcopatibus, & epiſcopatibus præficiendi, quos videret ijs muneribus idoneos, & Pontifex eos confirmaret.

Querelæ Proteſtantium.

Hoc nouum Granuellani, & ſociorum Ierarchiæ inſtitutum multis ſuſpectum fuit, quòd per id Hiſpanicę Inquiſitioni daretur acceſſus. ideo pręcipui è nobilitate, & populo maturè huic malo occurrendum putârunt. Suas itaque querelas renouârunt à Gubernatrice flagitantes, vt pro ipſis apud Regem fratrem intercederet, ne quid ab Eccleſiaſticis in patriæ detrimentum innouaretur. Illorum precibus aliquid condonãdum rata, literis apud Regem egit, vt de rigore Inquiſitionis nonnihil remitteret, ne populus tumultuandi occaſionẽ arriperet, illum iam eſſe perſuaſum eos Eccleſiaſticorum conatus patriarum immunitatum, & priuilegiorum abolitionem procurare. Rex ſororis interceſsione aliquantulum laxamenti Belgicis populis dedit, permittens vt Inquiſitio lenior apud eos, quàm apud Hiſpanos eſſet, & edicta iampridem à Carolo patre ſancita & ab ipſo confirmata, de ſuo iure, atque autoritate aliquid remitterent. Hæc Regis indulgentia inferioris Germaniæ populos adeò recreauit, vt ſpem cõciperent ſe aliquando tantum libertatis in religionis negotio adſequi poſſe, quãtum vicini Franci à Rege ſuo obtinuerant.

A rant. Cuidam autem ex primoribus adeo feliciter illud reli- 1562.
gionis negotium cum Rege tractârunt, illi antiqua Belgicarum prouinciarum priuilegia, Principum iuramenta, & indulta, perpetuam populi Belgici obedientiam, magnum numerum Proteſtantium, qui haud facile ad mutãdũm religionem adigi poterant, & alia, quæ ad hoc negotium facere videbantur proponẽtes, vt edictorum quæ in cauſa religionis ſancita erant & Inquiſitionis acerbitas tolleretur. Vnde Pontificij grauiter offenſi fuêre, & maximè omnium Granuella-
B nus, quòd hac Regis indulgentia omnes ſuos conatus irritos reddi videret, & magnam defectionem à Pontificia religione in ijs partibus fore præuideret, quã enixè tueri, & propugnare decreuerat. Eius verò quiritationes regulos & nobiles Belgas maximè commouerunt, atque conceptũ in ipſum odium non parum auxerunt, quod viderent eum publicæ quieti inuidere & cõmune populi bonum ægris oculis adſpicere. Ad communem indignationem peculiare Edgmontani Comitis odium adceſsit, hominis apud omnes ordines gratioſi. Hic vni ex filijs Abbatiam Truellianam, quæ eſt in
C Flandria concedi cum ſupplex per literas à Pontifice poſtulâſſet, Granuellanus pro ſe obtinuit, quod Edgmontanus factum non putabat niſi Granuellani importuniſsimis efflagitationibus, & rem procuratam eſſe in odium & contemptum ſui.

Dum Granuellanus ita nobilitati inuiſus, Aurantius, Edgmontanus, & Hornenſis literas, quas proprijs manibus exarârunt ad Regem in Hiſpaniam miſerunt, quibus totius Belgij ruinam obuenturam prænunciabant, niſi Granuellanum (cui vel ſoli adminiſtratio Belgij incumberet) auocaret, au- 1563. *Procerum ad Regem literæ.*
D toritatem illius atque præſentiam populum Belgicum nequaquam efficere meliorem, id, quod antea diu diſsimulatũ, regiam ſuam maieſtatem celare amplius non poſſent. Rex reſpondit ſe literas eorum recepiſſe, ſed peculiarem in ijs cauſam non inueniſſe, cur id faceret, & quia miniſtros ſuos ſine cauſa grauare non conſuêſſet, petebat, vt tametſi ſperaret ſe prima quaque cõmoditate in Belgium profecturum rebuſq; afflictis remedium adhibiturum, vnus tamen ex illis ad ſe in Hiſpaniam proficiſceretur, à quo coràm melius, quàm per li-

1563. teras rem totam intelligere, & de ea commodè ſtatuere poſ- A
ſet. Replicant Aurantius & ſocij ad Regis literas, res Belgicas in eo iam ſtatu verſari, propter vicinorum non minus ſubtiles, quàm periculoſas machinationes, vt in Hiſpaniam ipſis proficiſci non liceret. Petebant igitur prioribus ſuis literis à Rege fidem adhiberi, & Cardinalem ab officij munere amoueri, quod ipſi non ſolum non conueniret, ſed prorſus eſſet extraordinarium, adeo vt citra grauia totius Belgij pericula in manibus illius diutius eſſe non poſſet.

Granuellani ex Belgio abitus. Rex vt gliſcentes turbas auerteret, Granuellanum tandem B (licet inuitus) in gratiam eorum ſicuti antea Hiſpanos dimiſit, mandauitq; Aurantio, & ſocijs, vt in conſilium denuo reuertẽtes Gubernatrici pro ea quam ſperaret diligentia, & fide in Reip. adminiſtratione adeſſent. Reſpondent Regi per literàs illi tres proceres ſe id facturos, quod & fecerunt ab initio. Granuellanus cum in Belgio tutus eſſe non poſſet, Regis voluntati obſequutus in Hiſpaniam abijt, vbi nihil omiſit, quod aduerſarijs nocere poſſe putaret, omnemq; diligẽtiam, & operam adhibuit, & religio Romana in priſtinum ſtatum reduceretur. At Belgæ reguli qui à conſilijs Gubernatrici erãt C conſilium priuatum & ærarij præfectos ad ſe tãquam ad conſilium ſtatuum, ac ſupremum attrahere conati ſunt: Viglius priuati præſes & Bartemontius ærario præpoſitus eorũ mandatis parere renuerunt, adſerentes hoc contra Regis mẽtem, & voluntatẽ eſſe, qui priuſquã è Belgio in Hiſpaniã diſcederet, ne fieret, expreſsè caueri voluiſſet, ne confuſio oriretur.

1564. Dum hæc in Belgio agebantur, Concilij Tridentini acta
Regis edictum. in Hiſpaniam allata ſunt. Rex conſiliariorum ſuorum hortatu ea publicanda curauit, & edicta omnia, quæ religionis cauſam reſpiciebant, integrè atque inuiolatè obſeruari manda- D uit non ſolùm in Hiſpania, ſed in omnibus alijs ſuis ditionibus. Itaq; literas ad ſororem Belgij Gubernatricem miſit, quibus eam monębat, vt Tridentini Concilij decreta, quantum ad cleri reformationem attinebat, in omnibus Belgicis regionibus, quæ ipſius imperium agnoſcebant, ſine vlla prę-uaricatione obſeruanda curaret, atque omnia edicta Caroli patris aduerſus hæreticos (quæ ab ipſo, cum Belgij poſſeſſionem adijt fuère, confirmata) vim integram, ac plenam autorita-

A toritatem haberent. Præterea certa quædam capita Eccleſia- 1564.
ſticæ diſciplinæ miſit, quæ euulgari & obſeruari præcipie-
bat, quorum hæc præcipua ſunt: *Vt parochi ſuorum parochiano-
rum omnium nomina totamq; familiam deſcriberent, & qua quiſq; in pla-
tea vel vico degeret, cuiuſq; conditionis eſſet. In ijs ſi qui eſſent, qui non ita
pridem in ipſorum paroccijs ad habitandum veniſſent, illorum vitæ teſtimo
nium peterent à parocho ſub quo proximè fuerant. Ab ignotis coniugatis e-
ius ſacerdotis, qui illos coniunxerat peterent teſtimonium, vt cognoſci poſ-
ſet, num in contrahendo matrimonio Catholicæ Rom. Eccleſiæ morem ſe-*
B *quuti eſſent, atq; tum horum, tum aliorum omnium, qui ipſis præſentibus
& benedicentibus matrimonio iuncti fuiſſent nomina deſcriberent. Vt non
ſolum parochi, ſed etiam confeſſarij omnes ipſis confitentiũ nomina, cogno-
mina, atq; habitationem connotarent. Idem facerẽt parochi & ipſorum vi-
carij in ſcribendis nominibus, & cognominibus Baptizatorum infantium,
eorum item parentum, & ſuſceptorum. Vt vtriuſq; ſexus didaſcali omnes
ſe ſiſterent coram Epiſcopis ad declarandum cuiuſnam conditionis, patriæ,
religionis eſſent, & quos libros pueris prælegerent. Epiſcopi de ijs facti cer
tiores vel admitterent, vel reijcerent illos, aut etiam ſuſpenderent, ſi æquum
ipſis videretur, & Eccleſiæ commodum. Si qui verò non ſe ſiſterent, aut non*
C *vellent Epiſcopis reſpondere, ijs fas non eſſet iuuẽtutem inſtituere. Vt paro-
chi diligenter perquirerẽt an illi, qui publicis viuerent eleemoſynis fideles
Catholici eſſent, ſuaq; peccata confiterentur, & Sacræ Synaxi communica-
rent, ſecundum Catholicæ Eccleſiæ vſum. Si qui inuenirentur, qui ab ijs ab-
horrerent, ijs à pauperum ærario præfectis Eleemoſyna non tribueretur.*

Has literas Gubernatrix ad Epiſcopos & magiſtratus mi
ſit, ſimulq; iuſsit, vt populo publicarẽtur, quibus non ſolum
populus, ſed nobiles etiam ſupra modum attoniti fuêre, qđ
ab Eccleſiaſticis ſe circũuentos eſſe viderent, & aut indigna-
tionem Regis ſubeundam, aut graue iugum conſcientiarum
D cum imminutione priuilegiorum ferendum. Cùm in has an
guſtias ſe redactos vidẽt, Gubernatricem adeunt illique de-
monſtrant, quæ pericula toti Belgio immineant, ſi nouiſsi-
mum Regis mandatum plenè exequi velit. Illa nobilium pre *Edgmonta*
cibus victa Edgmõtanum ad Regem miſit, qui ipſius animũ *ni in Hiſp.*
ad mitius cum ſubditis agendum inflecteret. Reuerſus in Bel *legatio: &*
gium Edgmontanus cum mandato regio verbis Hiſpanicis *quid actũ.*
expedito die condicta in frequenti procerum cõuentu, quid
cum Rege feciſſet, enarrauit, & quia de doctrina populi, de re

1564. formatione cleri, de inſtitutione iuuentutis, de Caroli quinti Imperatoris, & Philippi Regis edictorum executione, déque Inquiſitione hactenus conſueta obſeruanda, Regis nomine ille retulit ita, vt religionis negotium ſine Prælatis ac Theologis tractari commodè non poſſe videretur, conuocat ad certum diem Gubernatrix præter ordinarij conſilij proceres etiam Martinum Rithouium Epiſcopum Hypréſem (quẽ vel peculiari nomine Rex expreſſerat) Antonium Thauet, Epiſcopum Atrebatenſem, Iodocum de Tileto, præpoſitum in Vvalcourt, Vvilmarum Bernardi, primum Louanij in iure Canonico profeſſorem, alioſq; Flandriç Vltraiectiq; conſiliarios, ac prouinciales, qui ſuper mandato regio per Edgmontanum allato conſulerent. Actum eſt primum omnium de Doctrina quæ populo debet proponi, de cleri reformatione, & de iuuentutis inſtitutione. Poſtea de executione edictorum, placitorumq; in religionis negotio: decretum eſt, in punitione hæreticorum hactenus conſueta nihil eſſe remittendum, vel mutandum. Cui determinationi primum ſe oppoſuerunt Aurantius, Edgmontanus, & Hornenſis ita vt die ſequente hæc relata ad ordines fuerint, qui alium diem poſtulârunt, vt ſeorſim cum Gubernatrice conſultarent. Præſules, & Theologi ipſa iubente ſuam ſententiam de ſcripto exhibuerunt, proprijs manibus ſubſignatam, vt ad Regem mitteretur. Tres illi proceres ſe nihil de hac re conſulturos teſtati ſunt, quod Rex ipſis non expreſsè præcepiſſet.

Interim Gubernatrix apud Epiſcopos, & prouinciarũ præfectos Concilij Tridentini executionẽ per literas vrget. Obtemperat inter cæteros Archiepiſcopus Cameracenſis licet non de ſuorum voluntate. Scribit hæc ad Regem Gubernatrix: reſpondet ille, vt Caroli patris ſancita, diplomata & cõcilij Tridentini decreta executioni demandari curaret. Aurantius, Edgmontanus, & Hornenſis perlectis literis regijs, quas Gubernatrix in ſtatuum conſilio oſtẽderat, ſe reſcriptũ non probare proteſtati ſunt, qui ſub prætextu nuptiarũ Montignij reguli celebrandarum ſimul conuenerũt, vbi opinionem illorum, qui erant in conſilio regis priuato, & dicebãt regium mandatum ſibi iuſtiſsimum, & amplectendum videri, improbârunt. Inde factum eſt, vt poſtea rumor in vulgus

ſparſus

A ſparſus ſit, deinde etiam aliquot magiſtratibus perſuaſum, regijs mandatis Hiſpanicam Inquiſitionem introduci. Menſe ſequēte mandata regia executioni mandat Gubernatrix & literas ab Hiſpania allatas ad Epiſcopos, alioſq; proceres Eccleſiaſticos, ac magiſtratus mittit, eaſq; publicandas curat. Harum publicatione offenſus Aurantius, palàm dicere auſus eſt, concilium Tridentinum, Inquiſitionem, & diplomata, de quibus Rex in Hiſpania ſtatuerat, fore cauſam maximarum turbarum in inferiori Germania. 1564.

B Hæc quidem omnia nobiles offendebant, ſed maximè omnium Inquiſitio, quòd eam apertè patriæ immunitatibus, & priuilegijs repugnare viderent: Idcirco plurimi ex illis, & quidam ex præcipuis, ſolenni inter ſe icto fœdere iurârunt ſe nunquam permiſſuros, vt in detrimentum Belgicæ libertatis ea Inquiſitio apud populum introducatur. Fuit autem huius fœderis formula in hunc modum concepta:

Fœdus nobilium Belgarum; & eius formula.

Cùm poſt debitam iampridem informationem habitam certo conſtet aliquos eſſe pernicioſos, malicioſoſq; homines, qui ſub magni cuiuſdam zeli C *prætextu, quem ſe habere falſo ſimulant pro conſeruanda, & promouenda religione, fideq; Catholica, & populi vnione retinēda, nihil quærunt, quā, vt inſatiabili ſuæ auaritiæ, ambitioni, & ſuperbiæ intolerabili ſatisfaciāt, hi verbis ſuis melle conditis, falſiſq; delationibus Regem Dominum noſtrum eò perduxerunt, vt contra iuramentum Deo ſuiſq; fidelibus ſubditis in inferiori Germania præſtitum (neglectis omnibus, quæ in contrarium ſupplicando apud Regem adferebantur) violenter introducere, ac veluti iugum imponere voluerit pernicioſam Inquiſitionem illam, quæ non modo rationi, omnibuſq; legibus diuinis, & humanis contraria eſt, verumetiam omnium tyrannicorum edictorum rigorem, & crudelitatem excedit, quibus* D *antehac vnquam vſi ſunt infideles, & pagani, quæ quidem non poteſt redundare niſi ad contemptum diuini nominis, & extremam perditionem, & ruinam totius inferioris Germaniæ, propterea quod eiuſcemodi Inquiſitio omnem magiſtratuum autoritatem, omnemq; iuriſdictionem ſub poteſtatem Inquiſitorū redigat, omneſq; Belgas perpetuos, miſeroſq; ſeruos faciat, omnes homines continuis, & euidentibus periculis corporis, & bonorū exponat, adeo vt ſi preſbyter aliquis, aut Hiſpanus aliuſue quicunq; tandem fuerit volens nocere alicui: is mediante tali Inquiſitione eūdem & accuſare, & carceri mancipare, imò cum bonorum confiſcatione morti etiam tradere poſſit, ſic viri probitate ac honeſtate conſpicui è medio tollentur, qui inimi-*

1564. *corum laqueis hoc pacto irretiti in cauſis, rationibus, ac defenſionibus ſuis* A
vnquam audiri poſſent. Nos itaq; infra ſcripti, bene conſideratis ac perpenſis his omnibus, exiſtimauimus, atq; etiam nunc exiſtimamus, debitum noſtrum necnon & rationem ipſam hoc a nobis efflagitare, vt euidentia huiuſmodi pariter, ac intolerabilia incommoda declinantes atque vitantes aptis remediis bonis, & perſonis noſtris prouideamus, ne inſtar prædæ exponamur ijs, qui ſub religionis, vel Inquiſitionis prætextu rem ſuam agendo diteſcere conantur, ſanguinis noſtri, vitæ, ac bonorum expenſis, & periculo. Quare bonum hoc opus firmumq;, ac ſanctum fœdus ſimul ineuntes, nos inuicem obligamus, ſolenniq; iuramento promittimus impedire omnibus viribus no B
ſtris dictam Inquiſitionem, ita vt eadem nullo modo ſiue publicè, & apertè; ſiue tacitè, quocunque prætextu, puta ſub nomine & vmbra Inquiſitionis, viſitationis, edicti, mandati, ſuſtineatur, aut recipiatur: verùm vt pro viribus, quantum in nobis eſt ſitum, in totum aboleatur, funditùs exſtirpetur & eradicetur, tanquam fons & origo omnis confuſionis, & iniuſtitiæ. Sub proteſtatione tamen votum facimus coram Deo, & hominibus in bona fide, & conſcientia, nos nihil omnino velle hoc fœdere noſtro moliri, quod vel ad contẽptum Dei, vel ad diminutionẽ autoritatis, & dignitatis regiæ ſtatuúmue ſuorum tendere poſſit. cùm in contrariũ hæc ſola ſit noſtra intentio, vt ſcilicet Regẽ eiuſq; dignitatẽ defendamus, bonumq; ordinem, & politiã cõſer- C
uemus, reſiſtẽtes quantũ in nobis fuerit omnibus ſeditionibus, tumultibus popularibus. Quam quidẽ confœderationẽ ex hoc promiſimus, & iurauimus, promittimus, & iuramus etiã in poſterũ, nos velle ſanctè & inuiolabiliter, ſemper, & quoad vixerimus in hoc mundo, cuſtodire atq; obſeruare, in teſtẽ aſſumentes Deum omnipotentem ſuper animas noſtras & conſcientias, nos neq; facto, neq; verbis directè, vel indirectè ſcientibus aut volentibus nobis, quocũq; modo fuerit, fœderi huic contrauẽturos. Atq; vt in perpetuum hoc fœdus noſtrũ magis ratificetur, ſtabiliatur, firmeturq;, nos ijdem promittimus alter alteri omnem fauorem & opem, manus ad hoc inuicem iungentes, ne quiſquam fratrum & confœderatorum vllo modo inquietudinem, ſi- D
ue vexationem ſufferat, aut perſequutionem in corpore, uel in bonis occaſione dictæ Inquiſitionis, & edictorum, quæ eius cauſam reſpiciunt, vel etiã nomine huius confœderationis noſtræ. Quod ſi contingeret aliquos ex confœderatis noſtris moleſtia quadã vel perſequutione impeti, quocũq; tandẽ modo id accidat: iuramus nos illis opẽ ferre (Deum in teſtẽ adhibentes) corporibus, ac bonis noſtris hac in parte nequaquã parcentes, abſq; omni prorſus ſubterfugio, vel exceptione quacunq;, nõ aliter ac ſi ipſum perſonas noſtras proprias attingeret. Expreſſè hoc intelligẽtes, ſpecificamus nihil nobis pro-

deſſe

A *deſſe ad hoc, vt eximamus, aut abſoluam⁹ nos à cõſœderatione ac debito hoc* 1564.
noſtro, ſi perſequutiones aut vexationes huiuſmodi ſub prætextu aut titulo
quodã tegere, perinde ac ſi rebellionẽ dũtaxat punire voluiſſem⁹, aut aliqua
alia cõiectura, dũmodò nobis veriſimiliter cõſtet occaſionẽ talem proceßiſſe
ex cauſis ſupra dictis. Nam hoc, vel ſimili caſu dicimus nõ poſſe prætẽdi ali-
quod crimẽ rebellionis, propterea quòd origo procedat ex zelo, et deſiderio
ſancto cõſeruandi gloriã Dei, maieſtatẽ Regis, quietẽ, & tranquillitatẽ pu-
blicã, cum ſalute corporis, & bonorũ, ad defenſionẽ familiæ, vxorũ, ac pro-
lium noſtrarũ, quib⁹ & Deus nos obligat, & natura ipſa. Volumus etiã, atq;
B *alter alteri promittimus, quòd his & ſimilibus rebus quilibet ſeſe cõformare*
tenebitur voluntati, & cõſilio fratrũ, & cõfœderatorũ omniũ, aut aliquorũ
ſaltem, qui ad hoc deputati fuerint, ac cõſtituti, vt in perpetuũ ſic noſtra hæc
inter nos vnio cõfœderata permaneat, tãtoq; firmius ſit, atq; validius hoc i-
pſum, quod cõmuni omniũ conſenſu factũ decretũq; fuerit. In teſtimoniũ, &
cõfirmationẽ huius cõfœderationis, atq; vnionis noſtræ, nos ſanctißimũ no-
men Dei viuentis creatoris cœli & terræ, omniũq; quæ in eis ſunt, inuocan-
tes, tanquã iudicis, & ſcrutatoris cordiũ, conſcientiarũ, & cogitationũ no-
ſtrarum, & tanquã illius, qui nouit hãc intentionẽ et reſolutionẽ noſtrã eſſe
talem. Oramus itaq; eum quàm humillimè, quatenus ſui Sancti Spiritus gra
tiã nobis impartiri dignetur ad hoc, vt oẽs actiones & conatus noſtri bonũ,
C *et felicẽ ſortiãtur effectũ, ad honorẽ eiuſdem ſanctißimi nominis ſui, ad pacẽ*
& tranquillitatem publicam, & ad ſalutem animarum noſtrarum. Amen.

Poſtea Santroni confœderati cõuenientes, quæ eſt vrbs in
finibus Brabantiæ, libellum ſupplicẽ ordinârunt, quẽ ad Ma-
ximilianũ Cæſarẽ miſerũt, in quo de Inquiſitione Hiſpanica
multũ conquerebãtur, & de promùlgatione Concilij Triden
tini, quod ijs cõſcientiarũ libertas tolleretur, ideo ipſum ob-
teſtabantur, vt Philippo Regi ſe præberet monitorẽ, ne perge
ret fundere piorum ſanguinem, & ea re in ſe totamq; Burgũ-
D dicam domum iram Dei prouocaret, tum etiam illud poſtu-
labant ab ipſo, vt religionis negotium in Comitijs, quæ tum
Auguſtæ celebrabantur, ſedulò procuraret. 1565.

Confœd. ſupplex libellus ad Max. Imp.

Euulgatum etiam tunc temporis ſcriptum populi Belgici
nomine ad Regem Philippũ, quod reformatæ religionis cau
ſam tuebatur, & hominum eam religionem amplectentium
innocentiam, & ſyncerum erga Regem animum declarabat,
hæc autem in ſumma continebat:

Scriptum pro Reformatis publicatum.

Cùm diuerſi religionis cultus in Belgicis prouincijs, quæ autoritatem

1565. *Regis Hiſpaniarum reſpiciebant recepti graues tumultus excitarent, diſpi-* A
ciendum meritò eſſe, quánam ratione populus in veteris, & auitæ religio-
nis obſeruantia retineri poſſet, vt priſtina quies adflictis populis, & ob diſ-
ſentientes in religionis doctrina opiniones tumultuantibus redderetur, & ſi
id non poſſe commodè fieri cernerent, qui ad Reipub. *clauum ſedebant, dili-*
genter conſiderãdum, quomodo grauibus incommodis, quæ ex duarum re-
ligionum diuerſitate exoriri poſſent, occurrẽdum ſit, quoniam populi ſalus
rectoribus nequaquam negligenda. Quantum ad primum, certiſſimum &
exploratiſſimum eſſe eos, qui reformatam religionem (quam nouam pleri-
que nominant) amplexati ſunt, eſſe perſuaſos, quòd ſequũtur, conforme eſſe B
verbo Dei *cui firmiter adhærẽdum, & duriſſimos cruciatus ſubeundos, mor*
tem deniq; ipſam oppetendam potius, quàm diuinis decretis reluctante con-
ſcientia ſe opponere. Cùm hæc ſententia penitùs infixa ſit eorum animis, æ-
quiſſimum eſſe, & rationi maximè conſonum, vt præpotens Deus *pro ſua i-*
pſius voluntate nobis legem dictet, & obſeruãdam tradat, & noſtri eſſe of-
ficij illius mandatis, & decretis obedire per omnia ſine vlla tergiuerſatione
& repugnantia, vel oppugnantibus omnibus mundi poteſtatibus: aliam eſſe
quærendam rationem, qua ij à ſua fide quam retinere cupiunt diuerti poſ-
ſint. Plurimos æſtimaſſe id per terrores, ignes, flammas, cruces, & omnia tor
mentorum genera procurandum, & tentandum, vt qui illud doctrinæ genus C
nondum amplexati ſunt timidiores reddantur, & ab illa recipienda periculi
metu auertantur, & antiquos Eccleſiæ *ritus conſtanter retineãt: ſed eos ſua*
opinione plurimum fuiſſe deceptos, quotidianam experientiam monſtrare,
conſcientijs hominum rerum corporalium adminiculo dominari prorſus im
poſſibile eſſe. Non *magis poſſibile nec facile principibus & dominis men-*
tem hominis impedire, quò minus cogitet, & imaginetur, quæcunq; illi oc-
currerunt, de iiſq; pro arbitrio iudicet, quam cohibere ignem ne vrat, cùm
res aliqua ad concipiendam flammam idonea illi admouetur. Reformatæ re-
ligionis curſum vi externa non impediri, multis experimentis id ſciri poſſe, D
quandoquidem magnum hominum numerum varijs tormentis excruciaſſe,
religionem Põtificiam, cuius patroni & defenſores magni reges eſſe & vi-
deri volunt, nihil omnino promouiſſe, neq; in Francia, *neq; in* Anglia *neq;*
in inferiori Germania, *diras perſequutiones reformatorum zelum & fer-*
uorem tuendæ doctrinæ, quam imbibêre, nequaquam reſtinxiſſe, ſed potius
confirmâſſe atq; etiam auxiſſe. In religionis negotio promouendo aut impe-
diendo neq; hominum potentiam, neq; tormentorum atrocitatem alicuius
momenti eſſe, quoniã fides non ex ijs rebus eſt, quæ vi cogi, aut cohiberi poſ-
ſunt. Reges Aegypti *potentiſſimos non potuiſſe vnquam* Iudæorum *conſcien*

A tijs dominari.Imperatores Romanos,orbis magna ex parte Dominos,ignes, 1565.
Beſtias,cruces & varia alia tormentorum genera adhibuiſſe, & extirpandam Chriſtianam religionem,& paganicos ritus retinendos,ſed ipſorum conatus irritos fuiſſe.Ad diuertendum igitur reformatos à publicanda & promouenda ſua Doctrina,neceſſarium videri, validiſsimis rationibus & firmiſsimis argumentis perſuadeantur, eam,quam ſequuntur, Doctrinam erroneam eſſe, ac Sacræ Scripturæ minus conformem,quod nulla alia ratione effici poteſt,quàm vt cum omni libertate, & ſecuritate audiãtur, & ex Dei verbo hæreſes tueri conuincantur,vti ab aduerſarijs inſimulantur.Si erroris
B conuicti; pertinaces in ſuis opinionibus tuendis manſerint: hanc ſaltem cõmoditatem ex diſputatione obuenturam, quòd, qui de eorum peruicacia audient,cauſæ damnatæ patrocinium non ſint ſuſcepturi, neque illius Doctores tam confidenter poſthac in publicum progreſſuri ſint. Itaque ſi Eccleſiæ Rom. antiſtites æquitati ſuæ cauſæ confidunt,nullam rationem commodiorem,nec expeditiorem reperiri,qua voluntati regiæ ſatisfiat, & Sectariũ proteruia coerceatur,earumq; propagatio impediatur, quàm vt partes inter ſe aduerſæ,& opinionibus diſsidentes,in harenam deſcẽdant, vt manifeſtum omnibus ſit,vtri falſo titulo veritatem Doctrinæ apud ſe eſſe iactitent. Exploratiſsimũ enim eſſe,ſimulac veritas opponitur mendacio,ſtatim ſplen-
C dorẽ eius emicare,detecto errore,qui ementito puræ Doctrinæ nomine ſimpliciorum animis irrepſerat. Inde verò cõmodum ingens obuenturũ, quod, qui in tanta opinionum diuerſitate neſciunt,quid credendum & ſequendum ſit,de veritate firmum & ſolidum iudicium ſtatuere poterunt,cùm fundamenta vtriuſq; partis audierint,modò à diſputationibus omnis vociferatio, maledicentia,& confuſio procul abſint.Talem exitum pias, & modeſtas Pauli Apoſtoli diſputationes habuiſſe,tũ apud Iudæos,tum Gentiles. Statim enim, qui veritatem quærebant,intellexerũt,illum ratione firmiſsima niti, & eius aduerſarios errores defendere. In Concilio Niceno patienter auditos fuiſſe Arianos,qui cùm rationes, quibus nitebantur, coràm propoſuiſſent, con-
D uictos per verbum Dei erroris,atque hæreſeos ad aliquod tempus erroribus ſuis renunciare coactos fuiſſe.ſed ſimul ac in eos perſequutio excitata eſt, magnum ſtatim numerum diſcipulorum habuiſſe,qui partim cõmiſeratione cõmoti,illis adhærebant,partim falſis rationibus allecti, vnde ſchiſma recrudu it,quod Eccleſiam grauiter,diuq; adflixit. Noſtra etiam ætate Anabaptiſtas,vbi perſequutionem paſsi ſunt,in magnum numerum excreuiſſe, vbi ad diſputationem admiſsi ſunt, & ex verbo Dei, quo niti videbantur,erroris conuicti, omnem autoritatem, atque fauorem apud populum amiſiſſe,ita probè intellectum,quod malo fundamento nititur,facilè ad quamuis impe-

1565. *tum deijci. Hac de cauſa Mahometem ſedulo prohibuiſſe, ne quis de ipſius* A *religionis placitis diſputaret, ſuam Doctrinam erroneā, ſi cum veritate congrederetur, in fumum ſtatim abituram præſagientem, quia veritas ſuo ſplendore & lumine tenebras nullo negotio diſcutit. Hac de cauſa veteres antiſtites ſtatuiſſe, vt quotannis concilia libera, & œcumenica haberētur, & quāuis auaritia, & ambitione hominum tam præclara patrum conſtitutio adulterata ſit, veritati offuſa caligine, experientiam nihilominus oſtendere, hæreticos, & ſectarios nihil magis, quàm libera concilia metuere, quod ipſorū errores manifeſtent. Id in Anabaptiſtis perſpicuè videri, qui, quantū poſſunt, examen diſputationis refugiunt, & ad ſolum eius nomen horreſcunt. Si ij,* B *qui reformatorum religionem erroneam eſſe dicunt, ideò procul ablegandam, de æquitate ſuæ cauſæ certi ſunt, & quos damnant, nouam, & inauditam Doctrinam populo tradere, nullam expeditiorem viam ad eam è toto Belgio exturbandam reperiri, quàm vt in harenam cum aduerſarijs deſcendant, & libera dicendi facultate his conceſſa, experiantur, vtris veritas victoriam adiudicabit. Nihil ad rem facere, quod dicitur, eos ſæpius auditos, & erroris conuictos. Ingentem enim populi multitudinem, quæ hanc Doctrinam plenis vlnis amplexata eſt, ſatis mereri vt ſtudioſè, & diligenter inſtruatur, & ab erroribus, ſi quos ſequitur, retrahatur, quod fieri aliter non poſſe videtur, quàm probè diſcuſſis, & exactè ad verbum Dei examinatis* C *ipſorum rationibus. Patienter verò auditos fuiſſe, qui Pontificiæ tyrannidi ſe opponunt, impudenter aduerſari: Nam ſimul ac Lutherus cœpit in Germania eam Doctrinam promulgare, à Pontifice damnatam ſtatim fuiſſe. Quod dicitur illos in multis concilijs damnatos eſſe, id non magis ad rem facere. Nam ſi ita eſt, nunc facillimum eſſe, ſi ad diſputationem vocentur, eos erroris conuictos reddere. quandoquidem nemini dubium eſt, patres nullam vnquam Doctrinam damnâſſe, niſi quam verbo Dei aduerſari cognouēre, illud ſemper allegâſſe, in damnandis erroribus, & debellandis hæreticis. Idcirco viam planam & facilem nunc eſſe, quæ in hac de religione controuerſia ſequenda, rationibus veterum Doctorum Eccleſiæ vtendum, qui Scriptu*D *ræ Sacræ autoritate, in profligandis veritatis hoſtibus, nitebantur. Nullum telum validius ad hanc pugnam reperiri. Velle autem reformatos ſolo fulgore nominis recentiorum Conciliorum in ordinem cogere, non productis ſacræ Scripturæ teſtimonijs, nec Conciliorum rationibus ſimul cum decretis in medium adductis, contra omnem æquitatem & ius fieri. In primitiua Eccleſia, ſanctos præſules quàm plurimos Concilia quædam velut adulterina, & non legitima reieciſſe, quod ſuper hominum nō verbi Dei autoritate fundata eſſent, vti nobis exemplo ſunt Maximus Hieroſolymitanus Epiſcopus,*

Hila-

A *Hilarius Pictauienſis, Athanaſius, Chryſoſtomus, & Ebotinus, omnes viri* 1565.
*pietate, & doctrina percelebres, Vetera Concilia œcumenica reformatos
non reijcere, & quia ab vtraque parte probantur, maximum pondus in con
trouerſis dogmatibus dijudicandis habitura eſſe. Hoc tantum igitur reliquũ
videri, vt ij, quos præſules hæreſeω̄n accuſant, publicè audiantur, & ipſorũ
rationes ſedulò examinentur, vt omnibus manifeſtum fiat, quod Doctrinæ
genus ſequantur, & ſi hæretici, maleq́; de fide ſentientes inueniantur, popu-
lus moneatur, vt ab illis caueat, eorum cœtus deuitet, & Doctrinam deteſte-
tur. Aliam rationem non oſtendi, qua publica quies reſtitui, & regij ſubditi*
B *ad vnam religionis formam reduci poſſint. Si ipſorum aduerſarij ſibi nomen
Eccleſiæ tribuant, & iudicare velint, ſaltem verbum Dei locum in Doctri-
na religionis habere debet, & definire, quæ vera, & quæ falſa Eccleſia ſit.
Eam perſuaſionem enim nunquam autoritate, & imperio alicuius homi-
nis, multò minus ignibus & gladijs euelli ijs poſſe. Pontificios itaq;, ipſo-
rum aduerſarios, cauſam ſuam deteriorem, & ſe populo magis exoſos red-
dituros, ſi vim adhibuerint, vt antea factitârunt, fauoremq́; ac gratiam con-
ciliaturos illis, quorum excidium procurant. Cum igitur apud rerum peri-
tos, & ſynceri, incorruptiq́; iudicij viros certum & exploratum ſit, ad fidẽ,
& interiorem perſuaſionem firmandam, nullam vim externam valere, &*
C *neceſſe eſſe, vt homines in ſuis conſcientijs erroris conuincantur, antequam
fidem, quam amplexati ſunt, abnegent: id ad diſcutiendum tantum reſtare, an
externum exercitium reformatæ religionis impediri poſſit, publicis cõgreſ-
ſibus prohibitis: & ſi id fieri poſſe reperiatur, vtrùm æquum, & iuſtum ha
beri debeat. Cùm omnibus perſpicuum ſit, nullam religionem conſiſtere poſ-
ſe ſine cæremonijs, & exercitijs, ſi reformatorum Doctrina toleratur, nul-
lius erroris cõuicta, exercitium quoque eius, ac externam diſciplinam conce
di debere, præſertim propter grauia incommoda, quæ inde obuentura ſunt.
Abnegata enim, & reiecta omni diſciplina inter homines, errores pernicio-
ſos indies oriri & propagari, ſectasq́; varias introduci, obedientiam erga*
D *magiſtratus minui, petulantiam in immenſum augeri, ita vt nec Deo, nec ma
giſtratui ſuus honos reddatur, nec debitum obſequium præſtetur, quin ad-
uerſus hunc ſeditiones plerunq; excitentur, aduerſus illum blaſphemiæ pro-
ferantur. Potentiſſimum principem Carolum Quintum Romanorum Impe
ratorem conatus, & vires adhibuiſſe, ne Proteſtantium, & Reformatorum
Doctrina palàm euulgaretur, ſed nihil effeciſſe. Omnes ferè Europæ Princi-
pes cum Pontifice in eum finem cõſpirâſſe, ſed ipſorum conatus irritos fuiſ-
ſe. Nunc cùm in Germania, Anglia, Francia huius Doctrinæ profeſſionem,
palàm & impunè homines faciant: Regem Philippum curſum illius impedi-*

1565. *re non poſſe. Eos igitur, qui ad hoc tentandum hortatores ſunt, aut communi ſenſu, & iudicio orbatos eſſe, aut cum Regis diſpendio, & patriæ excidio autoritatem, & potentiam ſibi acquirere velle, & lucrum ex aliena iactura facere. Ex lectione hiſtoriarum facilè cognoſci poſſe, cùm religio aliqua ſuper interiori perſuaſione verbi Dei fundata, nullos hominum conatus impedire potuiſſe, quominus externa diſciplina in vſu fuerit. Imperatores Romanos, quamuis potentiſſimos, nunquam Iudæos cogere potuiſſe, vt ipſorum ſtatuas in templis reciperent: apud Chriſtianos non magis profeciſſe, cùm illis conuentus publicos interdicerent; licet hi nullam defenſionem aduerſus ipſos pararent, & nulla refugij loca, præter ſyluas, ſpeluncas, & rupes, haberent. Vtrùm reformati in cauſa cum illis conueniant, non contendere: ſed hos non minus perſuaſos eſſe, ſe verbum Dei ſequi, & ſibi præceptum eſſe à Deo, vt illud populo annuncient, & conuentus publicos habeant, in quibus preces ad Deum fiant, laudesq; illi dicantur, quàm veteres illos Chriſtianos, qui à Rom. Imperatoribus tam dira paſſi ſunt. Eam perſuaſionem nulla violentia ab illorum animis eximi poſſe. Exploratæ certitudinis eſſe, quod ſi ipſis permittatur, vt credant, quicquid animo adlubuerit, modò à cætibus publicis abſtineant, & nullum ſuæ religionis exercitium palàm faciant, idem eſſe, ac ſi vita alicui in centum annos concedatur denegato omni alimento, quod fides per prædicationem verbi Dei alatur, & conſeruetur, quemadmodum corporalis vita cibo & potu: Chriſtum Saluatorem noſtrũ ideo Apoſtolis præcepiſſe, cùm ab illis diſcederet, vt irent per vniuerſum orbem, ad docendum & prædicandum Euangelium, & cùm prohibitum illis fuit, ne docerent in nomine Chriſti, eos reſpondiſſe, obediendum eſſe Deo magis, quàm hominibus. Itaq; niſi aliter illis perſuadeatur, ſe in errore verſari, fruſtra publicos conuentus, & alia ſuæ religionis exercitia ipſis prohiberi. Quod autem nonnulli putant, vi aut blanditijs illos adigi poſſe, vt reluctante conſcientia, Doctrinam, quam profitentur, abnegent, & fidem, quã Deo præſtare debent, impudenter frangant: hos animaduertere debere, conſtantes homines, & veræ pietatis amantes mille mortes potius electuros, quàm aliquid contra conſcientiam facturos: ita apud illos irritos fore, qui ſuſcipientur labores, vt perſuadeantur ad abnegandam, quam ſequuntur, Doctrinam. Ab ijs autem qui metu ſuppliciorum, aut ſpe præmiorum, fidem, quam in cõſcientijs ſuis certiſſimam eſſe iudicant, abnegarint, nihil boni ſperari poſſe. Nam qui apud Deum viuentem infideles fuêre, apud mortales homines fideles poſthac fore, probabile nequaquam videri. Ideo eos, qui Regi conſultores, & hortatores ſunt, vt ſuos ſubditos vi cogat, aut blandis verbis pelliceat, ad ſimulandam & fingendam, geſtibus & nutibus, religionem, quam in*

arcano

A *arcano non probant, cauſam eſſe infidelitatis & perfidiæ, quæ à multis per-* 1565.
petratur, contra Deum & Regem. Nec dubitandũ, illum, qui impiè, & per-
fidè erga Deum ſe gerit, quacunq; ratione impulſus, ſiue metu ſiue ſpe aliaue
animi perturbatione: iiſdem de cauſis, erga Regem, cùm tempus & occaſio
ſe offerent, perfidum fore. Prudẽtiùs & conſultiùs magni Conſtantini pa-
trem, qui, licet paganus eſſet & Chriſtianæ religioni infenſus, tamen in au-
lam ſuam vocabat, & in familiam recipiebat Chriſtianos, quos ad id para-
tos videbat, vt facultates potius deſererent, honores abijcerent, vitam deniq;
ipſam profunderent, quàm Deo, quem adorabant, renunciarent. Regem non
B *habere ſubditos vllos ſibi fideliores ijs, qui obedientiam, & obſequium ipſi*
præſtant, propter conſcientiam, hoc eſt, quia Deum ita præcepiſſe nôrunt.
Qui igitur contra conſcientiam faciunt, vt Regi gratificentur, aut propter
alium peculiarem adfectum: eos ſatis oſtendere, ſe Regi non obedire propter
conſcientiam, ſed priuatam commoditatem, & qui non verentur, contra pro
priam conſcientiam agere in ijs, quæ ad Dei cultum pertinent, veriſimile vi-
deri, ſi mortis metus ob oculos obuerſetur, aut bonorum, fauoris, aut alteri-
us rei ſimilis iactura: ad frangendam Regi fidem, facilè induci poſſe. Inſul-
ſos itaq; atq; vecordes verè dici, & haberi, qui excidere, & prorſus delere
volunt eos, qui in ſimplicitate, & ſinceritate cordis, Deo & Regi obedien-
C *tiam reddunt: etſi id factu facilè eſſet, vt Reformati ad deſerendum ſuæ reli-*
gionis exercitium, aut quid aliud contra conſcientiæ iudicium faciendũ per-
ſuaderentur: tamen propter publicum commodum id non expedire: quando-
quidem qui ad fidem abnegandam impulſi ſunt, ij à Deo deſerti, in omne im-
pietatis genus facilè prolabuntur. Id verò impoßibile videri, nec eorũ Do-
ctrinam vnquam abolendam, niſi occidione omnes deleantur. Et ſi Ponti-
ficij in ijs voti compotes euaſerint, nihil eos ſolatij aut vtilitatis percepturos,
ſiquidem ex vno occiſo decem renaſci uidemus. Etenim qui ita fidei obſeruan
tes ſunt, & in religione, quam ſemel ex animo amplexati ſunt, conſtantes mo
riuntur, pij homines, religioſi & veri Dei cultores à plebe exiſtimantur, &
D *maior eorum conſtantiæ, quàm æquitatis cauſæ, quam defendunt, ratio ha-*
betur. Hac de cauſa multis deſiderium oboriri, diſquirendi de eorum nece,
& de Doctrinæ, quam defendunt, fundamento; & cum verbo Dei niti vide-
tur; cauſam, quæ à iudicibus damnata, à populo probari, ita Reformatorum
numerum perſequutionibus augeri, non minui. De hoc etiam ipſos reforma-
tos gloriari dicentes, eorum, qui religionis cauſa comburuntur, cineres ſemẽ
eſſe ſuarum Eccleſiarum, id ſe multis experimentis didiciſſe. Hac occaſione
hiſtorias, quas martyrum ſuorum vocant, in lucem euulgare, quibus plures
ad ſuam fidem conuertunt, quàm alia quapiam ratione. Nam lectores perſe-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

1565. *quentium ſæuitiam maximè horrent, & martyrum conſtantiam religioſè ve* A
nerantur. Maleſana itaque eorum conſilia videri, qui ad huiuſmodi animad uerſionem in reformatæ religionis profeſſores exercendam Regem incitant: hoc enim pacto Regis candidum animum decipere, ac fallere eſt, & Belgiū vniuerſum in extremam deſolationem adducere. Nam artes mechanicæ, & mercimonia, quibus olim Belgiæ vrbes florebant, in deſuetudinem veniunt, & ad vicinas gentes, quæ iamdiu Auſtriacæ familiæ infenſæ ſunt, transferuntur. Paucis credibile videri, quàm graue detrimentum pannorum, ac tapetium omnis generis textrinis à perſequutionibus, quæ à quadraginta annis in Belgicis regionibus graſſatæ ſunt, illatum ſit, quandoquidem B
eæ artes Belgio quondam peculiares illarum fuga, & metu ad Anglos, & Gallos atque alias vicinas gentes translatæ ſunt. Negotiationem inde multò deteriorem factam, teſtari poſſe honeſtos viros quamplurimos, qui Antuerpiæ, Inſulis, Tornaci, Valencenis, & in alijs vrbibus degunt. Præ omnibus autem conſiderandā videri rem militarem, quæ iam graue detrimētum ſenſit, et maius adhuc receptura eſt, niſi maturè gliſcenti malo obuiam eatur: quamplurimos nobiles, & ſtrenuos milites, qui Regi fortem, & vtilem operā præſtare poſſent, domi nunc inutiles deliteſcere, ne quid contra patriam ſub religionis defendendæ prætextu facere cogantur. Complures, qui Regi operam nauare lubenter vellent, gnaros locorum & regionum Belgicarum, C
nunc cogi relicto patrio ſolo ad hoſtes confugere, quod omnibus commoditatibus conſcientiarum libertatem præferant. Id maximè conſiderandum, quoniam ſi bellum contra Gallos, Anglos, aut alios vicinos populos gerendum eſſet: pauci admodum reperirentur, quibus Rex tutò fidere poſſet: non neglecturos procul dubio hoſtes hanc occaſionem, ſed per hos varias inſidias contra Regem, & Belgicas prouincias molituros. Metuendum eſſe, ne in tanta hominum multitudine aliqui reperiantur, qui ſub huius libertatis prætextu, ſibi perſuaderi patiantur, nouis rebus ſtudendum, & intolerandum iugum ſeruitutis fortiter excutiendum, quia libera patria frui non licet. Si hoc non contigerit, aliud graue malum non minus metuendum, fidum copiarum ducem non ſatis inter ſuos milites tutum eſſe poſſe, quod virtuti, & fi- D
delitati ſuorum, ſicut olim, fidere non auſit. Et ſi inductum bellum non ſit, nō ceſſaturos illos, vrbium, quæ ſunt in finibus, incolas ad defectionem & proditionem, propoſitis præmijs, ſolicitare, vti ſemper fuêre omni occaſioni intenti. Homines abiectos & infimæ ſortis aliquando inſignium proditionum autores fuiſſe. Vrbem Atrebatum exemplo eſſe, quæ opera pauperrimi ſenis, cui cum alijs portæ vnius cuſtodia demandata erat, intercepta eſt, & Gallis erepta. Inſuper deſiderium viuendi in libertate conſcientiæ tantas vi-

res

A *res habere, vt omne officium obliuioni tradat, & alios omnes adfectos* 1565.
comprimat. Hoc à quouis facilè animaduerti poſſe, qui ſenſu communi,
atque iudicio non eſt deſtitutus. Cur enim naturalem affectum, & propen-
ſum amorem, quo ſubditi principes ſuos proſequuntur, non deleret, cùm
quotidiana experientia doceat, corda parentum à liberis abalienare, &
ſui etiam obliuionem ingenerare? Etenim multos reperiri, qui corpora
flammis, & omnis generis tormentis tradere, & vxores, atque liberos
deſerere non detrectent, ipſisq; nihil, præter inopiam atq; infamiam, relin-
quere, ne libertatis conſcientiæ bonum amittant, tantam in eo præcellen-
B *tiam exiſtimãtes, vt rebus omnibus præſentis vitæ anteferri debeat. Inter Va-*
ſcones & Prouinciales nonnullos repertos, graſſantibus in ijs terris perſe-
quutionibus propter religionem, qui conſultârunt an Turcarum Impera-
tori ſeſe ſubijcere, imperium eius agnoſcere deberent, ſi ipſius indultu in
libertate conſcientiæ ſibi viuere liceret, & hoc ſolùm à nefario auſu eos pro
hibuiſſe, quòd rem impiam & iugum intolerandum putarent; primogeni-
tos filios tradere in Mahometana religione inſtituendos: vehementem, & ra
pidum hunc animi affectum eſſe, & alios omnes ſuperare. In tanta homi-
num multitudine, quæ propter religionẽ patitur, poſſe aliquot reperiri præ-
cipitis iudicij, aut ferẽdis iniurijs nondum aſſuetos, qui talia facinora aude
C *rẽt. Hoc in primis debere cõſiderari, cùm nullæ vires validiores ſint, ad tuen*
dam Regũ dignitatẽ, quàm beneuolentia et ſyncerus amor ſubditorũ. Regem
verò contrariã omnino viam ingreſſum eſſe. Odium enim ſubditorũ ſeueris,
& importunis animaduerſionibus in ſe prouocare. Quod ſi Inquiſitores &
eorũ aſſeclæ, reformatæ religionis homines haud metuendos eſſe, dicãt, quòd
vindictæ auidi non ſint, nec iniuriarũ memores, ſi ex præſcripto Euãgelicæ
Doctrinæ, quã profitẽtur, viuere didicerint, quæ iubet bonũ pro malo red-
dere, & in bono malum vincere, pro Chriſto omnem contumeliam patienti
animo ferre: debere illos etiam meditari, quod vulgari prouerbio dicitur,
patientiam læſam in furorem verti. Hoc debere itidem diligenter conſide-
D *rare, niſi omni iudicio priuati ſint, gentiles, amicos, & fœderatos illo-*
rum, qui Pontificiæ religionis ſunt, patientiam parem non habere, & iniu-
riarum non tam facilè poſſe obliuiſci, quas in perſonis agnatorum, & pro-
pinquorum ſe accepiſſe iudicabunt, quicquid in eis affligendis ſpecioſum
aut plauſibile, pro Sanctæ matris Eccleſiæ zelo, prætexatur: & licet in re-
gem nihil eos molituros: nec contra ipſius dignitatem aliquid auſuros appa
reat, fidei, & officij memores: tamen implacabile odium aduerſus eius
officiarios cõcipient, & auaritia & cupiditate, aut alio peculiari affectu in-
citatos gentilium ſuorum exitium procurâſſe iudicabunt. Hac occaſione ſi-

1565.n. ſitates, & diſsidia grauia inter Regis ſubditos exoritura, quæ ingentes patriæ calamitates adferent. Id ex tumultibus Gallicis facilè addiſci poſſe, qui originem ex ſimilibus occaſionibus ſumpſerunt. Nemini nunc dubium eſſe, ſi Rex Henricus, & Franciſcus eius pater, liberum religionis exercitium populo conceſsiſſent, præſcriptis ſeueris legibus tanquam retinaculis, ne quid licentioſius auderent, potius, quàm aures ijs, qui ipſorum ſubditorum ſanguinem ſitiebant, præbuiſſent: eos regnum florentiſsimum, & felicißimum poſteris reliquiſſe, & ſine vllo periculi metu obuiam etiam iuiſſe tot ac tãtis calamitatibus, quas poſtea populus pertulit. Qui dicunt in Belgio nihil tale metuendum, propter exiguum Reformatorum numerũ, & nullam ſubeſſe cauſam, vt propter paucos abiectæ ſortis homines aliquid inſolitum in religionis negotio conſtituatur: eos vel inſcitiam ſummam, aut malitiam peruerſiſſimam prodere. In Gallia non ita pridem eiuſmodi rationes in medium attuliſſe, qui in plebis perniciem ad dignitates præcipuas adſpirabant. Dum enim conſultabatur de remedio calamitatibus, vniuerſæ Galliæ impendentibus, quærendo, Reginæ matri Regis impudenter adſeueraſſe, populi tantum colluuiem reformatam religionem amplexatam, cuius metu nihil in religionis ritibus innouandum eſſe videretur: cùm vero Inquiſitionem denuò inſtaurare volebant, & edicta acerba ſancienda eſſe contendebant, omnes ad Hucnoſiorum partes proclinare clamabant, & niſi diligenter & maturè huic malo prouideretur, veterem atque auitam religionem in deſuetudinem abituram. Non mirum in Belgio homines eſſe, qui iiſdem artibus vtantur, qui, ſi Inquiſitoribus opera danda, noui præſules inſtituendi, præſidia vrbibus imponenda, pluribus verbis demonſtrant, niſi ſumma diligentia, & ſeueritas adhibeatur, nullo modo antiquam religionem ſtare poſſe, & huius rei gratia ſupremam curiam importunis quiritationibus, & flagitationibus diuexant, numerum hæreticorum in immenſum adaugeri clamantes. Sed cum de incunda ratione componendorum tumultuum, quibus inferior Germania miſerè concutitur, & quomodo ea in pace, & quiete, euitatis cladibus, retineri in futurum poßit, conſultatur: tunc dicunt in Belgio tam paucos numero, & tam abiectæ conditionis Hucnoſios eſſe, vt eorum cauſa aliquid innouare inſanum eſſe videatur. Ita omnes facilè perſpicere poſſe, nihil his hominibus curæ eſſe, niſi, vt ſuas opes, ac dignitates retinere poßint, vel cũ excidio regionum, quæ Regis autoritatẽ reſpiciunt. Ob id tanquam ſuſpectos, & ipſorum conatibus aduerſos, reijcere, qui ſeriò procurãt, ex animo exoptãt, regiæ dignitatis & ſalutis, ac quietis ſubditorum cõſeruationem, diligẽterq́;, ac ſedulò inquirere de numero, qualitate, atque moribus eorum, qui fideles ſubditi Regis eſſe cupiunt, modò conſcientia (in quam imperium nullum

A *nullam eſt principibus) libera maneat. Si numerum illorum, qui religionis* 1565.
gratia patriam deſeruêre, iniri placet, qui in Angliam tum Londinum, tum
Santvuiotzum, qui in Franciam, qui Francofurtum, Argentoratum, Heidel-
bergám, Franckendalam, Coloniam, Aquiſgranum, Duiſburgum, Embdam,
& in alia quam plurima oppida Germaniæ, ſeceßêre, reperietur prope ad
centum millia adcedere, numerus eorum, qui è patrio ſolo non exceßêre, ma
ior adhuc eſſe cenſetur. Semel Tornaci hominum, qui ad conciones & pre-
ces conuenerant, ad quinque millia conſpecta, nec minorem numerum Va-
lencenis viſum, cùm multi in proprijs ædibus ſe continerent, & præſidium
B *militum ijs in locis collocatum, ſatis declarare, non paucos eſſe, qui Roma-*
nos ritus, & Doctrinam improbarent: non enim propter exiguum aduerſa-
riorum numerum præſidio armatorum opus fuiſſet. Inſulis non pauciores
in publicis congreßibus adfuiſſe, quamplurimis notum eſſe. In occidentali
Flandriæ parte incredibilem numerum reperiri. Meßinas ad octingentos
homines ex pagis aduolâſſe, vt captiuum, qui religionis cauſa in carcere de-
tinebatur, eriperent, neque ſciri vnquam à magiſtratibus potuiſſe, quinam
illi eſſent, nec vnde veniſſent. Traiecti, quæ vrbs eſt Epiſcopalis, hominem
quendam, Stephanum nomine, publicè inuitis omnibus, qui contradicebant,
de ſuggeſtu Doctrinam illam, à Pontificijs damnatam, per integrum annum
C *docuiſſe, neque ab illis capi vnquam potuiſſe, quamuis vim & dolos adhibe-*
rent, quod vniuerſus populus, qui illi Doctrinæ fauebat, eum per vicos, &
plateas ciuitatis euntem comitaretur, & intra, ac extra templum ita ſtiparet,
vt ſæpius turba premente in humeris proceriorum hominum geſtaretur, &
habita concione, apud varios ciues ſuſceptus hoſpitium frequenter mutaret.
In Holandia, Zelandia, Geldria, Friſia, quia maior ibi libertas eſt, celebrio-
res ac frequentiores adhuc conuentus fieri. Falſum itaque eſſe, quod dicitur,
in Belgio, & inferiori Germania exiguum Reformatorum numerum repe-
riri, quin imò ſi omnes, qui inde diſceſſerunt, & qui remanſerunt, in vnum
ſimul congregati eſſent, ad trecenta millia adcedere poſſe. Quod ſi ratio eo-
D *rum habeatur, qui dißimulanter illorum partes ſequuntur, commodam occa*
ſionem expectantes, vt cæteris ſe adiungant, non minorem fortaſſe multitu-
dinem poſſe reperiri. Etenim non in oppidis, non ruri homines ſimul conue-
nire, in uehiculis, aut nauigijs vehi, quin aliquod colloquium de religione
interueniat, aut diſputatio de Papa, & ſacrificulis, reliquijs Sanctorum, in-
dulgentijs Pontificum, purgatorio, aut alijs rebus oboriatur. Idcirco qui ita
confidenter adſeuerant, Reformatorum numerum in Belgio valde exiguum
eſſe, & ob id in religionis negotio nihil immutandum nec innouandum vi-
deri, ſed auitos ritus vbique retinendos: eos ſatis oſtendere ſe nullo iudicio

1565. nullaq́; rerum peritia valere, ſi ita ſunt perſuaſi, vt alijs adſueuerant, & ſi A
rem planè nouerunt, omnia in confuſionem adducere velle, ex turbis & tu-
multibus lucrum & commodum captantes. Quod autem à nonnullis dicitur,
eos qui à Pontificia religione deſciuère, infimæ ſortis & nullius penſi homi
nes eſſe, maximè hallucinari. Contrarium enim in Germania, Anglia, Sco-
tia, Dania videri, vbi non ſola plebs, ſed etiam principes & Reges reforma-
tam Doctrinam amplexati ſunt, quam etiam aduerſus omnem vim tueri ſta-
tuerunt. Si huius aperta & libera profeßio, citra vllum periculum, fieri in
Belgio poſſet, non dubitari, quin nobiles, & primariæ notæ viri quamplu-
rimi, relictis Pontificijs, Reformatis ſe adgregaturi ſint, & ſi illorum nume- B
rus admodum exiguus reperiretur, tamen ad Regis clementiam pertinere,
ſingulorum ſubditorum ſalutis rationem habere, quoniam omnes ipſius cu-
ræ, & tutelæ à Deo commißi ſunt. Multa quidem reformatis ab ipſorum ho-
ſtibus malitioſè obijci, ſed probari non poſſe, quod vlli mortalium iniuriam
inferant, aut erga Deum impiè ſe gerant, vel Regi, & magiſtratibus debi-
tam obedientiam reddere detrectent. Si quos reperiri contigerit, qui vitam
ſecundum Doctrinam, quam profitentur non inſtituunt: id fieri, quod ſuæ re-
ligionis & diſciplinæ liberum exercitium non habeant. Vt æquitate cauſæ i-
pſorum, & certitudine Doctrinæ nihil dicatur, eos non tam propter hære-
ſes & errores, quos pertinaciter tueri inſimulantur, perſequutionibus ſubij C
ci, quàm quod cōſtantes in ijs permanent, quæ cum verbo Dei congruere iu-
dicant. Id adeò verum eſſe, vt hoſtium etiam confeßione probari poßit. Nam
illis permittitur, vt quicquid magis animo adlubuerit, credant modò infide-
les, & hypocritæ velint eſſe, hoc eſt, aliud in arcano cordis tegere, aliud ore
profiteri: vtcumque ſit, cum iudicio Scripturæ ſe ſubmittant, nullam ratio-
nem videri, cur pro impiis, & ſceleſtis debeant haberi, & in profanorum
hominum numero recenſeri. Omnibus notum eſſe, politioris literaturæ vi-
ros, & qui iudicio maximè valent, illorum partes, damnata Pontificiorum
cauſa, ſequi. Inſtaurationem plurimarum artium, & ſcientiarum ipſis de-
beri, & cognitionem linguarum, præſertim Græcæ & Hebraicæ, magis ab D
ijs, quàm ab aduerſarijs acceptam referri, quod eæ linguæ ipſorum indu-
ſtria & labore maximè ſint illuſtratæ. Plurima etiam arcana tum Theolo-
giæ, tum hiſtoriarum in lucem ab illis edita. Id vel aduerſariorum teſtimo-
nio probari poſſe, qui non diffitentur, inter reformatos maximè inſignes vi-
ros in omnibus diſciplinis inueniri. Eos homines eruditione præſtantes non
expelli, ſed retineri, atque in honore & precio haberi debere. Cum vtilißi-
mam Reip. operam præſtare poßint. Omne obſequium, atque obedientiam
Regi ſe debere fateri, & fidelem operam ei nauare percupere, tantùm poſtu-
lare,

A lare, vt liberum ſuæ religionis exercitium ipſis relinquatur. Si id regio in- 1565.
dultu ipſis permittatur, multos tumultus, atque turbas in Belgio vitari poſſe, inde etiam hoc commodum obuenturum, quod omnes Regis ſubditi certatim operam dabunt, vt Regi ſuus honos reddatur, cum publicæ quietis & pacis obſeruatione. Duo quidem incommoda ex hac Regis indulgentia prouentura, à quibuſdam adſeri. Vnum, ſi Reformatis ſuæ religionis exercitium permittatur, poſſe eorum numerum in tantum augeri, vt breui omnes antiquam religionem prorſus abijciant. Alterum, quòd omnium prope calculis cõfirmatur, in vna regione nõ poſſe duas diuerſas religiones, abſq; maximis
B turbis & tumultibus, ſeruari. Ad primũ ſic reſponderi poteſt, omnes religiones ſuper autoritate Dei, aut hominum fundatas, quandoquidem religio autoritate hominum tantum nititur, cùm eius cultores, rationem habentes eorum, quæ ſui maiores ſequuti ſunt, aut quæ principes iuſſerunt, aut alij magni viri præceperunt, ipſorum autoritatem ſequuntur, ſicut Turcæ, pagani, & idololatræ fecêre, & maior hominum pars adhuc hodie facit, parata religionem ſuam ac eius ritus mutare, quoties Regibus, aut ſummis magiſtratibus placuerit, quemadmodum olim Romani ſacrificia, & ceremonias mutârunt, deorumq; numerum auxerunt, ex ſuorum Pontificum, aruſpicum, Regum & Imperatorum ſententia & decreto. Galli pro Druidarum arbi-
C trio, Aegyptij ex iuſſu ſacerdotum, Perſæ ſicuti à Magis edocebantur, & à Regibus ſuis iubebantur. Quoniàm verò eæ religiones non ſunt verbo Dei fundatæ, & in animis religioſis, ac Deum timentibus radices fixas non habent, ſed in hominum opinionibus & maiorum reuerentia, ſuperiorumq; metu ac obſeruantia conſiſtunt, earum curſum facilè impediri poſſe, & alias in illarum locum introduci vi armorum, aut alia ſimili ratione, vt Romanis olim non difficile fuit, ſuas religiones, & multitudinem Deorum Græcis, & alijs nationibus bello partis, obtrudere, quia ſuper autoritate maiorum, & Regum tantum fundatæ erant. At ſi religio verbum Dei pro fundamento habet, & teſtimonio conſcientiarum ac firma animorum perſuaſione nititur,
D iure vel ſecus ad eam abolendam vim externam non valere, neque eius curſum aliter impediri poſſe, quàm ſi oſtendatur, nullo certo niti fundamento, & falſis perſuaſionibus impediri. Regi itaque opus eſſe, ſi antiquam atque auitam religionem tueri velit, & in priſtina autoritate retinere, vt Reformatis, eam oppugnantibus, libertatem declarandi, quónam innitantur fundamento, concedat, vt conuicti argumentis ac rationibus, quod à Rom. Eccleſia deſciuerint, plebi non amplius imponant, & qui illorum fraudibus ab auita religione fuêre abducti, repudiatos ritus, & improbatam Doctrinam recipiant. Sed ſi Doctrina, quam Reformati profitentur, & Dei cultus, ab il-

1565. lis introductus, veritati Euangelicæ conformis eſt: credibile non videri, Ca- A
tholicum Regem tollere illorũ religionem è medio velle. Quod dicitur, du-
as diuerſas religiones ſimul ſtare, ſine turbis grauiſſimis, non poſſe: maioris
quidem ponderis eſſe, & exactam conſiderationem poſtulare. Nam vulgo
dicitur, ad publicam quietem, & pacem populi conſeruandam opus eſſe, vt
vna lex dominetur, vna fidei confeſſio teneatur, atque Rex vnus imperet:
non inſulſa etiam ratio, ad hoc confirmandum, adducitur: Quemadmodum
paterfamiliâs debet prouidere, vt omnes, qui ſunt de ipſius familia, eandem
religionem profiteantur: ſic Regem, vt in ſuo regno vna ſit fides, & lex iti-
dem vna, procurare, & anniti debere. Hoc quidem optandum, & ſalutare B
videri, quoniam ad alendam concordiam maximè conducit; ſed factu impoſ-
ſibile eſſe, niſi apud populum, qui religionem habet ſuper Principum auto-
ritate tantum fundatam, ſed eam meram hypocriſim & ſimulationem eſſe,
ad quam amplexãdam induci poſſunt, qui vero Dei timore nequaquam ſunt
præditi, vt apud Romanos olim viſum eſt, qui tot nouos Deos, quot Impera-
tores, & Senatus præſcribebant, nihil reluctantes, recepêre, iiſq; monſtranti
bus Dominis litauêre. Hanc verò rationẽ nihil firmitatis, nec virium habe-
re apud eos, qui religionis ſuæ fundamentum verbum Dei habent, aut vero
eius ſenſu intellecto, aut ipſorum animis ita perſuaſis, vt aliud, niſi reluctan-
te conſcientia, ſequi poſſint. Tunc enim tantum abeſſe, vt vna natio ad ean- C
dem religionem reducatur, vt hoc vix in vna familia effici queat. A mundi
exordio non fuiſſe viſum, vt omnes homines eandem fidem, & legem tene-
rent: nam ante aduentum Domini, Reges Aegypti, Perſidis & Babylonis
coacti fuerunt ferre Iudæos in ſuis regionibus, atque illis ſuæ religionis exer-
citium liberum permittere, à qua nihilominus vehementer abhorrebant. In
Iudæa tres nominatiſſimas ſectas fuiſſe, magis inter ſe contrarias, quàm no-
ua Reformatorum religio, & antiqua Pontificiorum ſunt. Poſt Domini ad-
uentum Imperatores paſſos fuiſſe, eos ſuos cultus retinere, vt de Caio Anto-
nino Pio & Marco Antonio legitur. Ita cum Chriſtianis egiſſe, Adrianum
& Seuerum, memoriæ proditum, quamuis ipſorum fidem & cultum impro D
barent. Non igitur rem nouam, atque inauditam eſſe, vt ſimul duæ religiones
ſub vno, atque eodem Principe retineantur. Si eiuſmodi diuerſitates religio-
num cauſæ ſeditionum, & tumultuum eſſent, fieri nunquam potuiſſe, vt Tur
carum Imperium in tantam amplitudinem excreuiſſet. Magnam itaque in-
ſcitiam arguere, quod dicitur, ſubditos vnius principis non poſſe in pace, &
quiete contineri, cum diuerſas religiones profitentur. Et qui rectè conſide-
rauerit, tumultuum & ſeditionum originem, deprehendit non tam ex diuer
ſitate religionum, quàm ex priuatis quorundam animi perturbationibus,
quales

A *quales ſunt auaritia,ambitio,odium,vindicta,& aliæ ſimiles,quas cùm non* 1565.
reprimit magiſtratus,ſtatim tumultum aliquem & publicam ſeditionem excitant. Tumultus inter Guelfos,& Gibellinos ad *quadringentos annos in* Ita*lia regnâſſe,quæ ex religionis dißidio non emanârunt,ſed magiſtratuum culpa,qui peculiaria ſubditorum odia fouebant, quæ ab illis,neutram in partem inclinantibus, reprimi & ſopiri debebant.Cùm exploratum ſit,vbi bonus ordo inſtitutus,& ſeruatus fuit,populos ſectis,& religionibus dißidentes nulla oborta ſeditione in concordia, & pace retentos.* Econtrario *non conſtituta bona diſciplina non ſolum religionis diuerſitatem, ſed quælibet*
B *dißidia,quamuis ab initio parua,horrendas ſeditiones,& tumultus periculoſos excitâſſe.*Omnes *homines ſani iudicij intelligere poſſe,turbas in populo incrementum non capere,prout dißidia magna ſunt, & de rebus grauißimis,ſed ex bonæ* Politiæ,*& diſciplinæ defectu, cùm magiſtratus ſunt in puniendis ijs,qui tumultuum & ſeditionum autores ſunt, negligẽtes,aut vnam partem fouent,publicæ quietis & pacis rationem,ſicuti res poſtulat, non habentes.Hiſtorias teſtari,tumultus,qui in prouincia* Lugdunenſi*, temporibus* Antonini,& Veri Imperatorum,*excitati ſunt,culpa* Gubernatorum *accidiſſe,qui contra mandatum* Imperatorum *in Chriſtianos ſæuiebant, & populum ad ſeditionem incitabant.Vltimos tumultus, qui* Franciam *grauiter ad-*
C *flixêre,ex eo ſumſiſſe originem, quod quidam gratia, & opibus potentes, neque bonum publicum, neque ordinum autoritatem curantes,* Regis *officium vſurpare arroganter voluêre,& bellum* Reformatis *indicere.* Etenim *quamdiu* Reges *ſua autoritate gliſcentes tumultus ſopire,& turbas emergentes comprimere voluêre: nullas ſeditiones populares excitatas fuiſſe, licet in auitæ religionis contemtores ſeuerißimè animaduerterint.* Cùm *primum autem* Gubernatores Prouinciarum Reformatam *religionem,ſine* Regis *iuſſu; perſequuti ſunt,ſtatim omnia querelis, & turbis oppleta fuiſſe.* Hoc Belgis *documento,& exemplo eſſe debere,vt ſimilia incommoda fugere diſcant,& in communem incolarum vtilitatem, honeſta & moderata gubernandi ratio*
D *aliqua ineatur.Eam autem tunc conſtitutum iri, cùm* Regis *indultu reformatæ religionis hominibus libertas dabitur, & ab ipſo leges ſancientur, quæ poßint eos in officio & fide continere, & diligenter in hoc magiſtratus excubabunt, ne plebs noua libertate ferox, ius & poteſtatem gladij,ſub prætextu fouendi partes potentiorum,ſibi vſurpet,ita vt omnis violentia prohibeatur,& qui conuicijs,criminationibus,& calumnijs alios impetent,ſeuerißimè puniantur.* Hac ratione Regis *ſubditos vnanimes, & concordes ſimul viuere poſſe,& fidele obſequium,nullo ſeditionis periculo imminente, ipſi alacritater præſtare.* Interea *veritatem mendacium detecturam,ita vt*

1565. *Regi nequaquam ſit metuendum, ne hæreſes multiplicentur, & veritas eli-* A
minetur: quin potius ipſam florituram, eas vires amiſſuras, & in fumum ab-
ituras, Dei gloriam illuſtriorem futuram, & regiam dignitatem, proſperita
tem omnem atq; incrementum accepturam.

1566. *Fœderatorũ poſtulatio.*

Fœderati nobiles poſt conuentum Santronij habitum, vbi
fœdus cõfirmârunt, ad defenſionem tantum, ad quod omnes
ſine diſcrimine, qui vellent immunitates, & antiqua priuile-
gia defendere, reciperentur, non multis interiectis diebus
Bruxellas numero circiter quingenti venêre, in queis emine
bant Henricus Brederodius, Ludouicus Naſſouius, Vanden- B
bergius, & Culenburgius, ſinguli, qui varia officij, humanita-
tis & obſeruantiæ genera præfati, à Gubernatrice per ſuppli-
cem libellum poſtularunt, vt Inquiſitio Hiſpanica, & conci-
lij Tridentini decreta, quod ijs antiquæ Belgicarum natio-
num libertati plurimum derogaretur, aut omnino tolleren
tur, aut ſaltem eorum exequutio tantiſper differretur, donec
comitia generalia totius Belgij Regis indultu celebrarẽtur,
pro quo beneficio perpetuam obſeruantiam & fidele obſe-
quium tum ipſi Gubernatrici, tum Regi pollicebantur. His
Gubernatrix reſpondit, ſe non tantum autoritatis habere, vt C
ipſorũ poſtulatis planè ſatisfaceret ſine Regis cõſenſu: iubet
tamen eos bene ſperare, ſe omnem diligẽtiam adhibiturã, vt
Regis animus inflecti poſſet ad mitius cũ illis agẽdum, quã
Inquiſitionis acerbitas, aut Concilij Tridentini decretorum
rigor ferret: certiorem ſtatim Regem ſe facturam de ipſorum
voluntate, & petitione, deq; ſtatu totius Belgij, quare quieti
manerent, donec reſcriptum regium ex Hiſpania adferretur.
Petitur ab illis, ne quis interim à miniſtris Inquiſitionis in-
feſtaretur, quod conceſſum eſt. Conſenſit etiam Gubernatrix D
vt omnium ordinum nomine pro hiſce rebus componendis
legati ad Regem mitterentur: hi fuêre Marchio Berguenſis &
Baro Montignyus, qui cum in Hiſpaniam veniſſent, & quæ
in mandatis habebant expoſuiſſent, iuſſi ſunt in aula Regia
manere. Vbi cum aliquandiu hæſiſſent, Berguenſis morbo
Legati quomodo excepti. correptus interijt, Montignyus Mottam Medina ductus, vbi
iudicis ſententia damnatus vltimo ſupplicio affectus eſt. A-
liquis ſcrupulus animo Gubernatricis iniectus fuerat, de
hoc nobilium nouo fœdere & ſocietate iam antea, & maxi-

A me à Meguano regulo, ideo timebat ne quid in ipſius autori- 1566.
tatem attentarent & per vim extorquere vellent, quod poſtu
labant, ſi illorum preces prorſus reijceret, & lenioribus reme
dijs, ſicuti Horneus Ammiras ſuadebat, vſa fuiſſet, niſi à qui-
buſdam Pontificijs dehortata, è quibus vnus fuit fœderatorū
importunus contemptor, qui ipſi Gubernatrici anxiè, mul-
tumque de illo negotio cogitāti dixit: eos ſupplicatores ne-
quaquam metuendos, quod mendici, & nihili homines eſ-
ſe viderentur: ea verba temerè effatus, quod de nobilium fœ
B dere nihil ſciret, aut neminem è proceribus illorum partes
fouere crederet, aut quod ſupplicibus libellis, & importunis
flagitationibus cauſam ſuā agere videret, ideo non ſatis ani-
morum, nec virium ad aliquid nouum moliendum habere.

Supplicatores autem præcipuorum regulorum fauore & *Nomē qua-*
patrocinio freti vt oſtenderent, ſe præter rationem contem- *le & vnde*
ptos fuiſſe, nec animi fiduciam ſibi deeſſe, quod precibus a- *Reformatis*
pud Gubernatricem vterentur, ſuam factionem à mendicita- *impoſitum.*
te denominarunt, ſibi ea appellatione ita placētes, vt prima-
rij nobiles illius fœderis in publico conuiuio hilares, & ſibi
C inuicem propinantes, feſta acclamatione hæc verba ſæpius
vſurparunt: viuant mendici, Gallico vocabulo, quo ille parū
cautus nobilium fœderatorum contemptor vſus fuerat, etiā
vtentes. Ab eo tempore Gueuſei vulgo nominati fuēre, hoc
eſt, mēdici: gueux enim Gallica lingua mendicum exprimit.
Vt autem eam appellationem, quæ in opprobrium, & contē-
ptum ab inimicis data ipſis fuerat, non ſibi diſplicere demon
ſtrarent, veſtes cinericei coloris mēdicantium more ſumpſe-
re, & in zonis ad læuum latus vaſcula lignea (quas ſcutellas
vocant) appendēre, quibus paruæ laminæ argenteæ tranſuer
D ſæ appoſitę erant cum hac inſcriptione; Viue les gueux. Illud *Piſcis no-*
emblema magis adhuc illis placuit, quod eo tempore in lit- *uus et quid*
tore maris captus fuerat piſcis totus aſperſus notis, & macu- *ſignificarit.*
lis, quæ ollis mendicorum valdè ſimiles erant, ob id præci-
puè quod vulgus in fauorē fœderatorum interpretaretur, il-
lud monſtrum diuinitùs miſſum, quo ſignificabatur nobiliū
qui ſupplicem libellum Gubernatrici porrexerant, cauſam
à Deo comprobari. Euētus verò docuit potius miſſum, vt o-
mnes intelligerent vaſtitatem terris, & ſummam rerum pe-

1566. nuriam incolis ciuili bello,quod mox initium habuit,denũciari.Etenim omnes Belgæ tum fœderati, tum ipſorum hoſtes grauiſsima mala paſsi ſunt, & varijs in locis depopulationes,& vaſtationes maximę fuêre. At illi vt externo aliquo ſymbolo teſtarentur ſe omnem fidem, atque obedientiam Regi Domino præſtare velle,ipſius effigiem ad collũ ſuſpenſam geſtare voluêre,quidam auream,quidam argẽteam, quæ formam aureorum veterum referebat,in cuius parte vna duę manus ſeſe mutuo complectentes viſebantur, cum appoſita mantica, & vaſculo ligneo, hoc emblemate Gallica lingua ſubſcripto,Fideles Regi vſque ad manticam.Eſt etiam in vulgus numus ęreus ſparſus,in cuius latere vno hęc legebantur: Nummus Vianenſis,in altero,flamma ferroq́;, cum ſymbolis domus Burgundica inſculptis.

Signũ obedictiæ Ref. in Reg.

Poſtridie eius diei,quo nobiles fœderati ſupplicem libellum Gubernatrici dederunt,conuentus equitum Aurei velleris habitus eſt,cum quibus communicato conſilio Gubernatrix fœderatis reſpondit:ſe quidem animo quandam edictorum moderationem concepiſſe,quam ad Regem mittere ſtatuerat,vt eam adhibito ſuorum conſilio comprobaret: nõ ſe ea autoritate eſſe,vt iam olim cœptam Inquiſitionem,edictorum regiorum vim prorſus abrogare queat. Poſſe autem ipſos facilè coniecturam capere,quo erga omnes Belgij prouincias eſſet animo,quod Brabantiæ ordinibus iam pollicita ſit,nulla illos Inquiſitione vexatum iri.

Bidui ſpatio interiecto euulgatum eſt reſponſum quoddam Aurei velleris equitum,quo declarabatur ipſos fœderatis promiſiſſe:neminem deinceps religionis ergò pœnas daturum,niſi fortè ſeditionis, aut grauis alicuius alterius flagitij conuictus eſſet,donec à Rege quidpiam ſuper ea re decerneretur.Illud autem ſuppoſititium fuiſſe,& cofictum equites in publico conuentu poſtea declararunt.

Aurantius non multò pòſt, quòd omnia in peius ruere & ad ciuile bellum proclinare præuideret,magna inſtãtia apud Gubernatricem ſolicitauit,vt vacationem à muneribus ſuis haberet,miſsis etiam in hunc finem ad Regem literis.

Conciones Antuerpiæ habitæ.

Menſe ſequente extra Antuerpiæ mœnia habitæ ſunt ab ijs,qui reformatam religionem profitebantur,conciones in maxima

A maxima populi frequentia. Miniſtri enim ad propagandam 1566.
eam Doctrinam, quòd à populo auidiſsimè reciperetur, vndiq; in Belgium conuolabant.

Non multis interiectis diebus tres ordines in Flandria, Artesia, Hannonia, Hollandia, Zelandia, Friſia, & Namurij conuocati ſunt, vt de regiorum edictorum moderatione, quæ capita quinquaginta quatuor continebat, ſententiam explicarent, à quibus pleraque omnia comprobata fuêre, præſertim ab Annonibus, Atrebatibus, & Flandris. Paulò pòſt illa
B moderatio ad Antuerpienſes magiſtratus miſſa fuit. Cum plebs reſciuit quid in illa contineretur, quaſi in ſuam perniciem tenderet, libellum ſupplicem magiſtratibus obtulit, in eum finem, ne illa reciperetur, hanc rationem allegans, quòd à Cardinalitijs infenſiſsimis hoſtibus confecta eſſet.

Conuentus trium ordinum.

Gubernatrix vt tumultibus obuiam iret, diligenter ad omnes præfectos, & magiſtratus prouinciarum Belgicarum literas perſcripſit, vti darent ſedulò operam, vt res pacatè tranſigerentur. Aurantius eius mandatis obtemperans cum fœderatis Traiecti inferioris tranſegit, vt eædem conditio-
C nes, quæ Antuerpienſibus oblatæ fuerant, obſeruarentur, quibus hæc addita ſunt: *Ne quis impediret captiuitatem iconoclaſtarum, aut latronum: ne quis diſtraheret, aut penes ſe ſeruaret libellos famoſos in Regem, Gubernatricémue, aut alios magiſtratus: Ne quis famoſas cantilenas, aut quod populum ad ſeditionem commouere poſſet, caneret. Ne quis Catholicus, aut fœderatorum concionator partem aduerſam in ſuggeſtu carperet, aut iniuria adficeret, qui ſecus facerent, munere concionandi priuarentur. Liceret tamen generatim ex verbo Dei vitia carpere, & inſectari.*

Eodem ferme tempore Bruxellis ſparſæ ſunt in vulgus
D ſchedulæ, in quibus hæc continebantur: *Quicunque Scabini, conſules, Rectores primariarum Brabantiæ vrbium in moderationem edictorũ ſine conſenſu confœderatorum nobilium ac plebis, priuilegijs patriæ aliqua ex parte derogantes conſenſeritis, fruſtatim cæſi malè peribitis.*

Scripta ſparſa.

Libellus etiam Gallicè ſcriptus tũc euulgatus eſt, qui quidem Belgarum omnium præ ſe ferebat nomen, & titulum, quamuis ab vnius tantum prouinciæ hominibus editus eſſe diceretur. Ei autem titulus erat: *Admonitio, qua boni & fideles ſubditi & incolæ inferioris Germaniæ gubernatores, & ſtatus eiuſdem admo-*

1566. *nent, quæ ipſi in religionis negotio ſentiant, & poſtulent facienda.* In eo li A bello vrgebāt pacem publicam, quę anno Salutis milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quinto in comitijs Imperialibus, inter Catholicos & Proteſtātes promulgata fuit. Eam autem pacem lingua vernacula excudi curarunt, non impetrato priuilegio, quod multi interpretati ſunt ad commouendam plebem id factum fuiſſe, & maximè quòd libri autores dicerent, eam pacem tanti momenti etiam apud Belgas eſſe debere, vt neque duci Brabantiæ, neq; ordinibus quicquam licere aduerſus eam decernere. B

Gubernatrix hiſce minacibus ſchedis & libellis nequicquam territa, propoſito edicto exteros omnes è ditionibus Belgicis excedere iuſsit, & eos, qui populum commouerent comprehendi, ſed nihil eſt effectum, quod pleriq; nobilium, & magiſtratuum populi metu contra nouos concionatores nihil attentare auderent. Vnde aucti illi animis clara luce concionari non ſunt veriti: In ſuo tamen propoſito per-

Edictum in Concionatores. ſtans Gubernatrix, vetuit ne qua vel priuatim, vel publicè conuenticula fierent, concionatoribus capitis ſupplicium indicens, alias pœnas auditoribus, atque etiam ſexcentorum C aureorum præmium proponens, ſi quis concionatorem reformatæ religionis comprehendiſſet. Miſit præterea Meguanum Antuerpiam, vt de præſidio militari accipiendo cum ciuibus ageret, ſed re infecta abire coactus eſt, periculoſam moram ibi fore non inſulsè iudicans, quòd populo mi-

Tumultus Antuerpiæ. nimè gratus eſſet. Poſt aliquot dies cum falſus rumor per vrbem ſparſus eſſet, aduentare illum cum regio præſidio, non parum tumultuatum, ſingulis ad proprias fores excubias agentibus. Accidit tum etiam, vt fortuitus ignis tres ædes corriperet. Plebs grauiter commota arreptis armis ad ſuas ſta- D tiones diſcurrit, ad ſeditionem excitandam, id de induſtria factum eſſe exiſtimans: ſed magiſtratus diligentia ignis reſtinctus eſt, & populi tumultus ſopitus ſine vllo ciuium incommodo. Nocte ſequente à turbulentis hominibus affixæ ſunt chartulæ ædibus Canonicorum, in quibus hæc continebantur. *Iugulentur ſacrifici in malam crucem, Canonici & Monachi.* Hæ chartulæ Eccleſiaſticos eorumque fautores pleroſque adeo commouêre, vt non tutum in vrbe hærere rati in-

de

A de properè exceſſerint, precioſiorem ſuppellectilem aſportantes. Miſſus eo fuit ex aula Aurantius ad motus ſedandos, cuius aduentu omnia pacatiora reddita ſunt. 1566.

Ne maiores motus exorirentur, Gubernatrix conſilio Procerum interea dum reſponſum à Rege haberetur, rigore Inquiſitionis remitti voluit. Populus hac tantilla libertate ferox vlterius audendum putauit, quaſi vellet magiſtratibus & inquiſitoribus frenum inijcere. Nam cum ſuſpicaretur Regem nullum lene nec moderatum reſponſum daturum, B & religionis negotium in priſtinum ſtatum, aut etiam peiorem rediturum, quod Gubernatrix nihil lubens in eorũ gratiam feciſſet, Pontificij ipſorũ hoſtes tranſactionẽ iniquo admodum animo ferrent, concionatores ſuos qui huculq; latuerant, in publicũ prodire voluit, exiſtimans Pontificios hoſtes exterritũ iri, & de ſua ferocia aliquid remiſſuros: ſi innumeram multitudinẽ ad conciones miniſtrorũ confluere viderent. In patentibus itaque campis ſuos publicos congreſſus habuêre, ad eos commeantibus vndiquaque omnis ſexus & ætatis hominum turbis, vt nemo ferè in agris ad audiendum C ſacrum Pontificiorum templa adiret. Hoc initium habuit apud Flandros occidentales, Hyperenſibus vicinos, quos ſtatim ſequuti ſunt Brabanti, & Zelandi, poſtea cæteræ Belgij regiones idem etiam auſæ ſunt. Fiebant autem conciones in Flandrica non ſolum lingua, ſed etiam Gallica, ad quas concurſus populi maior in dies fiebat. Ferebant autem arma in principio ad propulſandam iniuriam ſicunde ipſis inferretur. Pôſt cùm neminem ſibi reluctantem viderent creſcente fiducia ſine armis conuenêre. *Conciones publicæ.*

Iis ferme diebus nobilium confœderatorum conuentus D ad fanũ Trudonis habitus eſt, quo à Gubernatrice Edgmontanus, & Arſchottanus miſſi ſunt. In eo conuẽtu cõfœderati nigris veſtibus vſi ſunt, & torquibus ferreis cũ appenſa colle Regis effigie & in Zona vaſculis ligneis, muſſãtib' multis qd nouo illo habitu ſignificare vellẽt. Oblatus eſt illis ſupplex libellus mercatorũ, & plebis nomine, qui patrociniũ, & defenſionẽ ab ipſis petebãt, ne in ſuę religionis exercitio impedirẽtur, donec in ordinũ comitijs legitimè cõgregatis aliud eſſet cõſtitutum. Porro viua voce polliciti ſunt, ſe arma quãprimũ *Conuentus confœderatorum & quid actũ.*

1566. poſituros. Reſponſum eis eſt à fœderatis; vt quieti manerent A vſque ad comitiorum determinationem: nullam ipſos vim ob religionem paſſuros, modò extra modeſtiæ cancellos nō efferrentur. Interim verò fœderati Aurantio, & Edgmontano ſignificarunt, ſe velle populum in officio continere, & omnes motus, ſi qui oborirentur, compeſcere, ſi ipſi cum Gubernatrice reformatæ religionis hominibus ſecuritatem prę ſtarent, vſq; ad conuentus generales. Nihil amplius ibi peractum, quia concilium ad Durſleum pagum, non procul ab Antuerpia, translatum. Ibi principes à confœderatis petiêre, B vt pro viribus conciones agrarias reprimerent, multis perſuaſum eſſe, libellum ſupplicem, quem Gubernatrici obtulerāt, occaſionem illis præbuiſſe: ſi conciones illas cohiberent, facilè ſe poſſe hanc notam ſibi eximere, & religionis, quam profitebantur, negotium commodiùs promouere, poſt duos legatos veredarium quoq; à Gubernatrice ad Regem miſſum, vt ipſius conſenſum in dicendo generali ordinum conuentui impetraret, interea ipſa nullam illis vim, nec iniuriam fieri permitteret, modò ab armis geſtandis abſtinerent. Ad ea fœderati nihil tunc reſponderunt, tempus deliberandi po- C ſtulantes.

Interea Gubernatrix datis ad omnes vrbes literis hortata eſt, vt diligenter proſpicerent, ne qui motus ciuiles exorirentur. Ad Epiſcopos etiam literæ perſcriptæ ſunt, vt populum crebris concionibus, & morum emendatione in officio, & fide continerent indictiſq; ieiunijs, eleemoſynis, & publicis precibus iram Dei placarent. Id præ cæteris ſolicitè præſtitit Epiſcopus Brugenſis, clero ieiunare iuſſo diebus Mercurij, Veneris, & Sabbathi, plebeq; ad preces faciendas admonita, apud quam per integrum menſem quotidie concionem ha- D bebat. Pleræq; vrbes militem domeſticum conſcripſêre, vt ſi qui tumultus ſuborirentur, opportunè reprimi poſſent.

Reſponſum confœderatorum.

Dum ea agebantur, Bruxellas venêre confœderatorum legati, & ſcripto ſatis prolixo ad nouem capita in Durſleenſi conuentu ſibi propoſita reſponderunt. Primò gratias egerūt ob miſſos in Hiſpaniam legatos: Secundò pollicebantur, ſe morigeros, & obedientes Regi, & Gubernatrici fore: Tertiò proteſtabantur, quod ad Inquiſitionem attineret, non fuiſſe

ſerua-

A ſeruatam fidem. Quartò declarabant moram longam regij re 1566.
ſponſi:extraordinarium ordinum conuentum, minas nobilibus,& plebi intentatas in cauſa eſſe,quòd populum à vetitis concionibus arcere nequiuerint:Quintò ſe paratos eſſe dicebant,ſe opponere patriæ exteris hoſtibus,ſed Regis ſubditis manus adferre non decreuiſſe:id enim præter officium eſſe:Sextò non poſſe doceri, ſuorum quemquam ad conciones in patentibus campis habendas incitaſſe dicebant, ſe tamen non negare quoſdam inter ipſos eſſe eiuſdem cum proteſtan
B tibus religionis,qui idcirco eas conciones non improbent: Septimò illas conciones ſe hactenus impedire conatos fuiſſe,ſed fruſtra, proinde Gubernatricis celſitudinem orare,vt vellet ijs turbis,quæ concionum cauſa mouebantur, opportuna adferre remedia: Octauò de Regis erga ſeipſos beneuolentia nihil dubitare,eius aduentum maximè exoptare,neq; enim quicquam molitos fuiſſe nec attẽtaſſe, quod reprehendi meritò poſſet.Quod verò comperiſſent, ipſius celſitudinẽ ſibi nõ ſatis fidere, publica etiam fama ſe perduellionis inſimulari,compulſos fuiſſe ad externa auxilia confugere:malle
C tamen ſe,vt ipſius celſitudo cum aurei velleris equitibus ſecuritatem promittat.Deniq; non negabant in conuentu Trudonenſi ſe mercatoribus alijſq; popularibus fidem ſuam adſtrinxiſſe:ſed ea de cauſa feciſſe,ne illi Gallorum opem, & auxilium implorarent,quos omni arte à patriæ liminibus arcere cupiebant.Aliquot pòſt diebus fuſius mentem ſuam explicarunt, quòd intellexiſſent Gubernatricem id expetere, & inter cætera demonſtrarunt, non ſibi deeſſe iuſtas conquerendi cauſas, quòd mox poſt oblatum ſupplicem libellum Gubernatrici quidam aurei velleris equites ab ipſis tãquam
D à perduellibus ſe abalianarint, ſuosq; conſanguineos monerent,ne ipſis fœdere ſe coniungerent,& ſi id iam feciſſent, ei quamprimum renunciarent.

Ita erant varia in communi malo Belgarum ſtudia,vt calamitates impendentes potius accerſere,quàm arcere viderentur:Omnes ordines Inquiſitioni Hiſpanicæ infenſi erant, & de illa non recipienda conſentiebant, & tunc temporis euulgatum eſt contra illam ſcriptum in ducatus Brabantiæ defenſione,in quo hæc præcipuè oſtendebantur:

1566. *Non eſſe æquum, ſed à ratione maximè alienū, fideles Regis ſubditos, qui* A *non ſolum bona, ſed etiam vitam profundere parati erant, quò ipſi ſtrenuā, & vtilem operam nauare poſſent, detrimenta, & damna recipere, quorundam cõſilio, & ſuaſu, qui ſub ſpecioſo promouēdæ Catholicæ religionis prætextu, Regi, & eius ſubditis grauia mala procurant, quæ nullo pacto reſarciri poſtea licebit. Omnia enim monita, & cõſilia, quæ Regi data ſunt, ad duo capita prorſus referri, quorum alterū innititur veteri, & internecino odio, quod iam olim in Belgas cõceptum, ad ipſorū internecionē edetur, niſi Deus ſua benignitate prohibuerit, et Rex ſua prudentia fraudes animaduerterit. Alterum in medium profert hæreſes innumeras, vt Regia maieſtas in ſubditos* B *quàm maximè irritetur. In hoc autem Brabantos ſe conſolari, quòd ſciant à Regis clemētia defenſionem innocentibus reſeruari. Nam quòd inuidia fraudulenter ſuggerit, vniuerſæ patriæ contumelioſum eſſe, hoc eſt innumeris hominibus, qui proteſtantur, in Regis tutela & patrocinio viuere velle, quādiu à benignitate Numinis id conſequi potuerint, ſed accuſationis periculum peculiare quorundam eſſe debere, & eos tantùm, qui ſectarum, & hæreſeōn ſunt autores, atque erronearū Doctrinarū propagatores, attingere, vt in iudicijs puniatur culpa, vbi inuenietur, depoſito omni odio atq; inuidia. Verum quidē eſſe, ſi hæc ſimpliciter dicerentur, nulla probatione nec demonſtratione adhibita, defenſionē parū idoneam fore, & indignam, quæ Re* C *gi offerretur, ſed ſi inuidia detegatur et omnibus manifeſta fiat, Regem planè cogniturum, illos maximè inſulſos eſſe, qui autoritate ipſius abutētes, odij ſui virus in miſeros Brabantos effundere conantur. Hoc atrocis inuidiæ eſſe, ſub prætextu alicuius incõmodi vitādi, patriam populoſam in horrendam vaſtitatem redigere velle: conſilium tamen hoc Regi datum, vt Brabātia tanquam hoſtilis terra, & bello quæſita, prædæ exponatur, nulla allegata cauſa, niſi quòd priuilegijs, & immunitatibus plus cæteris regijs ditionibus ornata ſit: quæ tamen à Regis maioribus liberaliter conceſſa ſunt, & ab ipſo benignè confirmata. Si defectionis aut rebellionis aut læſæ maieſtatis crimen, vel graue aliquod facinus patratum obtenderetur, rem tolerabiliorem viſam fuiſ-* D *ſe, quia accuſatio firmo fundamento niteretur, nec iuſtè poſſet aliquid in defenſionem adferri. At calumniatores id omnino moliri, vt Regis promiſſa vana, & irrita fiant, illiusq; decus ac fama proſtituatur, quæ firmitate atq; cõſtantia pactorum illuſtrior redditur, vt iuramenti violatione obſcurior. Quamuis ea peruerſa conſilia iam ad aliquod tempus diſſipata eſſe viderentur, nunc magis fraudulenta & non minus perículoſa emerſiſſe. Nam cùm antea conſultaretur de Brabantia prædæ & ſeruituti exponenda, verſutos hoſtes ſemper in exitium noſtrum intentos, alia via nunc procedere, in eundem*

A *dem tamen finem, dum remedia quæruntur aduerſus ſectas, quæ in Regis di-* 1566.
tiones virus ſuum ſparſerunt. Earum numerum criminatores augentes, alias
etiam rationes adducere, vt Regis ſubditi ab ipſius præſentia arceantur, &
pax atque quies interturbetur, in qua omnem Regi obedientiam exhibue-
runt, ac fidele obſequium, non ſolum contra exteros hoſtes bellum gerentes,
ſed omnibus modis ipſius decus tueri, & gloriam illuſtrare ſatagentes. Earũ
ditionum incolas varijs criminibus ab illis calumniatoribus onerari, vt in
Regis animum odium infundant, quod in ſuis pectoribus ebullit: nõ quidem
velle omnes, qui, quo in ſtatu ſunt res Belgicæ, Regẽ cõmonefaciũt, crimina-
B *torũ loco habere: exploratũ enim eſſe, multos putare ſectas, quæ in ijs terris*
pullulant, per Inquiſitionẽ reprimere, & extinguere poſſe: hac ſola de cauſa
impulſos ad introducendã illam, q̃ Rom. Eccleſiæ, cui ſe totos deuouerũt, be-
ne cõſultum velint. Plurimos etiam eſſe, qui fieri nõ poſſe putant, vt duæ aut
plures diuerſæ religiones ſimul cõſiſtere poßint. Illos aũt grauiter errare, &
decipi: primùm quòd nulla diſquiſitione habita pro vna hæreſi centũ eſſe ſibi
perſuadeant, deinde, quòd putent omnes Belgas, aut maiorem eorũ partẽ hæ-
reſes amplexari. Præterea quòd credãt principes, regulos, et magiſtratus ad
ea mala cõniuere, et diſſeminatos errores tollendos nõ curare, eorũq; curſum
nõ impedire: hac opinione imbutos Regẽ cõmonefacere, nõ alia ratione hæ-
C *reſibus obuiã iri poſſe, niſi ſumma ſeueritas adhibeatur, in perſequẽdis et ex*
terminãdis earũ ſectatoribus, qualeſcũq; tandem fuerint. Iſtud verò cõſilium
adeò ab omni humanitate, & ratione alienum eſſe, vt multi ex ijs, qui Rom.
Eccleſiæ maximè addicti ſunt, id repudient, & ſumma admiratione tenean-
tur, quòd Rex tales apud ſe habeat conſultores, qui ipſum ad cædes, & la-
nienas ſuorum hortentur, ſimulq́; allegent Doctorum Eccleſiæ exempla, &
maximè diui Auguſtini contra Pelagianos, Donatiſtas, circumcelliones, qui
vrbes & prouincias Romani imperij in ſuã poteſtatẽ redegerãt. Illos quidem
æſtimare, Inquiſitionẽ Hiſpanicã vnicũ eſſe remediũ aduerſus omnes hæreſes
& erroneã Doctrinam, ſed non perſpicere, illam vim & poteſtatẽ occultam
D *habere, Regis ſubditos ad ſummam inopiam redigendi, & vaſtandi prouin-*
cias, priuandiq; Regem multis & magnis commodis, quæ ex mercatura ex-
terorum hominum proueniunt: hoc in ore omnium eſſe, vbi Inquiſitio figit
pedem, inde mercatorem demigrare. Præſentis inſtituti non eſſe, de illius
Inquiſitionis merito diſputare, recipiendáne an reijcienda ſit, ſed tantùm
nos de ea verba facere, vt Rex planè intelligat, quid ad ipſius gloriam ma-
ximè expediat, potentiæ atque dignitatis incrementum, & patriæ ſalutem.
Hæc inter ſe ita connexa eſſe, vt ſeparari non poſſunt: hac de cauſa Hiſpani-
cam Inquiſitionẽ non poſſe in Belgicas prouincias introduci, quin eas ſimul

1566. *ſubuertat, quoniam populi commodis, & quieti maximè eſt aduerſa: hoc tan-* A
tùm à Regis *clementia petere, vt non permittat patriæ ipſi addictiſſimæ ex-
cidium pro cauſa nō neceſſaria, & maxima ex parte falſa, quæ lenitate &
indulgentia magis opus habet, quàm atroci inſectatione, & ſæuitia. Si rex
vti hoc ſalubri remedio velit, ſubditi tantam benignitatem agnoſcent, pa-
tria locupletabitur, &* Regis *gloria fiet illuſtrior. Ipſum in memoriam reuo-
care debere, maiores ſuos, à ducentis annis, ſolenni iuramento* Brabantiæ *in-
colis promiſiſſe, quorū exemplum ipſe ſequutus eſt, conſeruare & tueri an-
tiqua priuilegia & conſuetudines, quibus hucuſq; vſi ſunt: ita, vt illis nihil
derogetur, aut minuatur. Ipſum etiam ſibi ob oculos proponere debere, in* B
quo ſtatu res Belgicæ *ſint, quo melius miſerabiles ruinas, & reliquias, quæ
reſtabunt, intelligere poſſit, ſi ſemel ea* Inquiſitio *in* Belgium *introducatur,
quòd, diſcedentibus à nobis exteris mercatoribus, bona pars incolarum ad
extremam inopiam redacta, in peregrinas regiones, ad victum quærendum,
cum illis abire cogetur. Eam* Belgij *naturam eſſe, vt quamuis habeat aliquas
fertiliſſimas prouincias, partim in ſegetibus producendis, partim in armen-
tis alendis, tamen quicquid ibi creſcit, non poſſit ſufficere ad nutriendas alias
regiones ad anni quadrantem, & propter ſterilis ſoli amplitudinem, & mul-
titudinem incolarum: (quod maximè ex ducatu* Brabantiæ *intelligi poteſt,
vbi præter ſeptem primarias vrbes populoſas & potentes, plebs innumera* C
in pagis, atque oppidis reperitur) ſed aliunde commeatus adferri neceſſe eſt.
Populum *verò naturâ induſtrium, & patientem laboris, plurimis artificijs
victum ſibi quærere, & quod patria tellus denegat, labore manuum ab alijs
nationibus impetrare, quod exteri mercatores, propter illa artificia, ad eos
commeent, vnde ipſorum neceſſitatibus abundè ſubuenitur.* Exploratum o-
mnibus eſſe, ſi in ducatu Brabantiæ, *& præcipuè* Antuerpiæ Inquiſitio *reci-
peretur, mercatores illinc demigrandi occaſionem capturos, quod fieri non
poterit ſine maximo* Regis *intertrimento, & grauiſſimo ſubditorum incom-
modo. Hoc temporibus* Caroli Quinti Imperatoris *probè cognitum,* Maria
Hungariæ Regina Belgium *adminiſtrante, quæ* Imperatori *fratri iam per-* D
ſuaſo ab ijs, qui Inquiſitionis *praxin vrgebant, difficultates introducendi il-
lam apud* Belgicos *populos, & periculum, in quo* Antuerpia *primùm, dein
cæteræ* Belgij *vrbes verſabantur, vt omnibus incommodis obuiam iretur, &
extremum exitium ab ipſius populis auerteretur, cœptum opus intermitten-
dum eſſe. Poſtea cùm iſti conſultores, autoritate, & nomine* Regis, *nouum* E-
piſcopatum Antuerpiæ *conſtituere vellent, mercatores, ipſam* Inquiſitionem
formidantes, non expectato noui Epiſcopi *aduentu, maturè de deſerenda*
Antuerpia *cogitâſſe, & quoſdam ad diſceſſum iam paratos fuiſſe, diuendi-*

tis

A *tis nõ modò ruſticis prædijs,ſed ædibus etiam,quas in vrbe poßidebant.Nunc* 1566.
eiuſmodi homines eandem rem moliri, & patriæ deſolationem procurare,
cum maxima regiorum tributorum iacturâ. Itaque non debere Regi mirum
videri,ſi ſubditi eum compellant, & æquitatem atque conditionem ſuæ cau-
ſæ oſtendunt,diuertereq́; nituntur ipſum ab illis audiendis,qui aliud nõ quæ-
runt,quàm Regi eiusq́; ſubditis grauia pericula & incommoda accerſere.Fa
cilius eſſe, exorienti malo occurrere, quàm expectare, vt ſua ſerpigine,&
contagio omnia corruperit. Tempus etenim non eſſe,tunc adflictis rebus re-
medium adferre,cùm incommoda maxima & irreparabilia damna ſentiun-
B *tur,& deſperatio animos deſolatorum occupauit: hoc proculdubio euentu-*
rum, cùm mercatores ſuæ negotiationis liberum exercitium alibi inuene-
rint.Id commodè in Gallia,Anglia, & Germania fieri poſſe,vbi omnis me-
tus Inquiſitionis ſublatus eſt: eius grauis incommodi,quod metuitur,Braban
ti experimentum habuerunt,anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo
primo,qui ad ſolum rumorem Inquiſitionis,in varia diſperſis,præ metu il-
lius, mercatoribus, tantam rerum ſuarum iacturam ſenſerunt,vt in duobus
annis accepta damna reſarciri non potuerint. Qui talia intertrimenta paßi
ſunt,eos eſſe,qui pro conſeruãdo Regis ſceptro,nec bonis nec vitæ vnquã pe
percêre: eorum opes & beneuolum animum eſſe Regi certißimum theſau-
C *rum, quo neceßitatibus ſuis ſubuenire poßit,& maximè Antuerpienſium,*
qui Regis petitionibus nũquam defuerunt. Pro ſuis autẽ laboribus, & ſum-
ptibus nullam aliam mercedem ab illo expoſcere, niſi vt rectè perpendat ſa-
lutem,& conſeruationem omnium iurium ſuorum,libertatum,& facultatũ
in hoc conſiſtere, quòd Inquiſitio illa, quam maleuoli homines introducere
in Belgium tentabant,non fuerit recepta. Aduerſus eos Inquiſitionem inſti-
tui,qui fidem & religionem Eccleſiæ Romanæ non profitentur, nec eius pla
cita,& inſtitutiones probant:Tales eſſe Germanos,Anglos,Gallos pleroſq́;,
alioſq́; populos,quibus Belgium circundatur.Hos neceßitate compulſum i-
ri,vt relicta inferiori Germania,ad ſuos ſe recipiant, deſertis Belgis,quibus
D *ad victum parandum neceſſaria eſt exterorum præſentia, & familiaris con*
uerſatio.Idcirco Regis ſubditos ipſius fidem, & clementiam implorare, in
eius promißis firmitudinem,& conſtantiam expoſcere, Immunitates & pri
uilegia, à Regis Maioribus liberaliter conceſſa, ne ſibi eripiantur,metuere,
quod hac ratione manus ſibi ligarentur, quò minus victum pararent, id ne
fiat,enixè orare, quo in poſterum fidele obſequium atq; obedientiam,ſicuti
anteactis tẽporibus fecerunt,ſuo principi ac Domino præſtare poßint. Hoc
præcipuè flagitare,ne detur occaſio mercatoribus Antuerpiam, & alias Bel
gij vrbes,deſerendi,quòd innumera mala inde euentura,omnes præſentiant,

1566. *& inter alia regiorum vectigalium interitrimentum, prouinciarũ deſolatio- A*
nem, incolarum integram ruinam, & confuſionem omnium ordinum. Regi
non ignotum, Antuerpiæ fœlicitatem in commercio exterarum gentium con-
ſiſtere, quibus eo non confluentibus, (vti ſoliti ſunt) fœlicem ſtatum, in quo
eſt, amiſſuram & iacturam faciendam ampliſsimorum redituum, qui ab illis
colligũtur, diu cõſeruari non poſſe, propter ingens æs alienũ, quo nũc premi
tur ea de cauſa cõtractũ, vt Regis, & eius anteceſſorũ neceſsitatibus ſubueni-
ret, et vt ſe aduerſus hoſtes muniret. Pro his omnibus ſe Regẽ orare, vt ita re-
bus publicis prouideat, ne peregrini mercatores locũ deſerere cogãtur, qui
diu fuit illis tãquam portus cõmunis, ad negotiationes ſuas exercẽdas, quoniã B
multa grauia incommoda inde ſunt euẽtura, quorum minimum videtur ſatis
eſſe, vt ciuitas irreparabile damnum accipiat. Primũ enim, ꝙ ære alieno gra-
uata ſit, propter Regis *illiusq; patris negotia magnificẽtia, & ſplẽdore ſpo-*
liabitur, opibus & diuitijs denudata, præterea munitiones vrbis omnibus ci-
uibus graues moleſtias allaturas, quoniam peregrini, quorum ſecuritatis in il
lis extruendis ratio habita eſt, non amplius ibi manerent. Inſuper ære alieno
non diſſoluto, peregrinos Antuerpiẽſes *ciues detẽturos, cũ eos in patrijs ſuis*
inueniẽt, cõmune ciuitatis debitũ ab illis petẽtes: hoc incõmodum in totum
corpus eius redundaturũ, illud verò, in quoslibet ciues & incolas, quod in lo
cationibus ædiũ, opificijs atq; artibus mechanicis ſentietur, quoniã hæc non C
indigenis, ſed vt plurimũ peregrinis diſtribui ſolẽt, qui vndiq;, propter ſpem
lucri, Antuerpiam adfluunt. Etenim quamuis ipſius vrbis magnificentia, atq;
opulentia ſit per totam Europam *celebra: tamen ſi mercatores, facto expe-*
rimento, deprehenderint, nõ minus in alijs vrbibus, libera negotiatione ipſis
conceſſa, tantum emolumenti capere poſſe, non ægre laturos ab illa excludi,
quod non ita pridem verum eſſe compertum, propter tributum centeſimi
denarij, mercaturis impoſitum: tunc enim multos mercatores & artifices
Hamburgum *ſe recepiſſe. Nunc ſi inhumanius accipiantur, commodè poſſe*
ad celebres vrbes maritimas ſe conferre, deſerta Antuerpia*, cui exterarum*
gentium commercium maxime neceſſarium, propter Brabantos *& circum-* D
uicinos populos eſſe, deprehenditur. Antuerpiam enim eſſe, quæ lucrum &
alimentum illis ſuppeditat, ita, vt verè vrbs illa patriæ horreum dici poſsit,
ſicuti olim Sicilia Romæ *dicebatur, & regius etiam theſaurus, quòd ingen-*
tem bonorum aceruum ad ſubueniendum regijs neceſsitatibus profundat: id
verò peregrinorum opera fieri: idcircò, illis inde abeuntibus, omnia peſſum
itura, omnibus manifeſtum, quod negotiatio euaneſceret, nauigatio ijs in lo-
cis ceſſaret, opificia varia, quibus Belgium *celebratur, nullius penſi amplius*
haberentur, & protinus illinc exularent, niſi liber aditus & tuta habitatio

pere-

A *peregrinis daretur.* Hos *Inquiſitionem nequaquam admiſſuros, abdicata li-* 1566.
bertate, quæ ipſis congenita eſt, & quam rebus omnibus præferũt, neminem
ex illis ferè reperiri, qui velit cõtra cõſcientiam & Doctrinam, quam ab in-
cunabulis imbiberunt, Eccleſiæ Rom. *aſſentiri, eiusq́; Doctrinam & fidem*
amplecti. Attamen Regi *perſuaderi, quia peregrini non poſſunt ſub* Inqui-
ſitione viuere, eos è Belgio *expellẽdos, aliâs* Inquiſitionẽ *ibi locũ habere nõ*
poſſe. Peregrinos *aũt è* Belgio *expellere, perinde eſſe, ac diuitias & opes* Re
gi auferre, & ſubditos eius vitâ priuare. Inſulſos *itaq; & nimiũ importunos*
cõſultores illos videri, qui apud Regẽ, *harum rerũ experientẽ, de* Inquiſitio-
B *ne in* Belgium *introducẽda, tam cõfidenter loquuntur, nullo habito reſpectu*
neq; regiæ dignitatis, neq; opportunitatis loci & naturæ ſoli, neq; fidei &
obſequij incolarũ. Illos *temerè deſiderijs & cupiditatibus ſuis obſecũdantes,*
de hoc negotio iudicare, et ſuũ præiudiciũ impudẽter Regi *adferre, & velut*
obtrudere. Mirũ *ipſos, tam ſagaces, nõ poſſe impẽdens ceruicibus periculum*
præuidere. Iactent, *quãtum lubebit, honeſtũ ac ſanctum animi propoſitũ, &*
obſeruãtiam erga auitam religionẽ: exitũ rei ſemper de cõſilijs hominũ iudi-
care. Sperare *nihilominus* Regis *ſubditos, quod pro ſua prudẽtia et benignitate,*
æquius & cõmodius de hoc negotio, & quidem ad ipſorũ ſalutẽ, ſit iudicatu
rus, & maleuolorũ conſilia, tãquam iniqua & ab humanitatis officijs pror-
C *ſus aliena, reiecturus.* Quod *a nõnullis dicitur, peregrinos ſub iugo* Inquiſi-
tionis nõ futuros, aliquibus tãtum cõditionibus conſtrictũ iri, ſolos indigenas
ſeueris eius legib. ſubijciẽdos, nulla niti ratione: magnas enim rixas & cõten
tiones hoc pariturũ. Siquidẽ *indigenas, vt legũ autoritatẽ eludãt, poſſe in pe*
regrinorũ ædes cõfugere, ibiq́; ſecreto latere, eos etiam peregrinorũ nomina
emẽtiri, aut illis ſecretis & aſtutis conuẽtionibus bona ſua diuẽdere, aut do-
nare, aut, quas habent facultates, ſuas eſſe negare, & depoſiti nomine tãtum
poßidere, multas alias ſtrophas & dolos cõminiſci Belgas *poſſe, ſub peregri*
norum nomine, quamuis hæc diuerticula non quærãt, vt qui cupiant ſemper
fidele obſequium Regi *præſtare, ſicuti anteactis temporibus, ſine vlla tergi-*
D *uerſatione, fecerunt.* Et *ſi ipſius maieſtati declararent, ſe ad omnem obedien*
tiam, & obſequium præſtandum paratos eſſe, neque bonis neque vitæ par-
cere velle: tamen Inquiſitorum *iuriſdictioni, & poteſtati ſubijci nolle, qui*
omnem ſeueritatem, crudelitatem, tyrannidem, inhumanitatem, in omnes ſu-
ſpectos, eorumq́; familias exercere ſolent. Hoc *primo aſpectu durum videri,*
quod non planè ſe regiæ voluntati ſubijcerẽt, ſed ſpecioſum prætextũ obten-
di, & iuſtißimã excuſationem adferri poſſe, & quæ nõ à multis improbetur,
quoniam populus principi ſuo, non hoſti, obſequium & obedientiam de-
bet. Idcirco *ſi princeps, priuati ſui commodi tantum ratione habita, durum*

1566. *hoſtem in ſuas ditiones intrudat, qui quietem publicam interturbet, mercatu-* A
ram impediat, ſubditorum commoda auertat, gloriam principis obſcuret,
populum, ſi illius inteſtini hoſtis conatibus ſe oppoſuerit, iuſtè reprehendi à
nemine poſſe. Hos verò Inquiſitores, *qui prætoriam autoritatem ſibi da-*
ri à Rege *poſtulant, homines immites eſſe, bellum in pace quærentes, ſan-*
guinem fundentes, vbi nullum eſt vulnus, publicam orbis tranquillitatem
oppugnantes, rabiem ſuam ac furorem euomentes in exiguum hominum
numerum, qui ſæpius ſupplicia, quæ patiuntur, non ſunt meriti. Hoc non
vnum ex ſubditis tantùm Regi *declarare, &, vt impendenti malo remedium*
adhibeat, ſupplicare, ſed omnes in vniuerſum, vt ſi monita, poſtulationes & B
preces vnius non poſſunt inimicorum calumnias amoliri, inuidiam diſſipa-
re, & ab hoc graui malo patriæ inferendo Regis *animum auertere, vox to-*
tius populi communis conſenſus, atque omnium preces illi ob oculos repræ-
ſentent graue detrimentum, in ipſum excogitatum, quem ſubditi ſperant, re-
iectis criminatoribus, æquitatis, & populi ſalutis rationem habiturum. Po-
pulum ad hoc impetrandum autoritatem propriam non adducere, non pro
lege ſuam voluntatem introducere, non ex arbitrio ſuo pendere, ſed ex Regis
decreto ac ſanctione, atq; in ipſius patrocinio, & tutela conquieſcere velle,
eam promiſſis, tanquam pactione inter ſe & ſubditos inita, quam ſolenni iu-
ramento obſignauit, ſtabilitam fuiſſe. Huius *firmitudinem & conſtantiam* C
ſatis notam ſubditis, quoniam veritas promiſſorum, quæ publicè, & priua-
tim fecit, omnibus ciuitatibus Brabantiæ, *planè manifeſtata eſt. Si quid in cõ-*
trarium, maleuolorum conſilio præualente, decernitur, grauitatẽ, & cõſtan-
tiam regiam euaneſcere. Imperatorum Maximiliani *&* Caroli *decus, ac du-*
cum etiam, qui ante illos Brabantiam *gubernârunt, penitus extingui, ſi* Re-
gi facto contrario gloria paratur. Hos *cum ſubditis ſuis ſolenni adhibito iu-*
ramento, eorum commoda & ſalutem procuraturos, pepigiſſe, ſecundũ pro-
miſſa illos in pace & trãquillitate gubernâſſe, iura, immunitates & priuile-
gia ipſorum inuiolatè conſeruâſſe, ſicuti promiſerant. Hæc *duo à* Rege *ſub-*
ditos poſtulare, non diffidentes de ipſius erga ſuos egregia voluntate. Si non D
impetrantur, maiorum Regis *dedecus per ipſius honorem manifeſtatum iri,*
ſi quis in eo facto reperiri poſſit, aut regis dedecus publicari per laudes ma-
iorum, quæ quidem in omne æuum durabunt, propter integritatem & æqui-
tatem, qua in regendis populis ſuis vſi ſunt. Non *dubitare, quoſdam eſſe, qui*
vtilitates & commoda laudibus virtutis præferẽtes, hanc lenitatis & clemen
tiæ gloriam Regi *detrimentoſam eſſe clamitant, & propterea repudiandam,*
quod decus damno quæſitum non magni faciendum putent. At vtile honeſto
anteponere, haud viri boni eſſe, nec magis ſapientis, qui omnia recto iudicio
examina-

A examinare ſolet, & ex illo gloriam cæteris bonis præferre, pro qua tot inſi- 1566.
gnes viri ſanguinem profundere, & grauiſsimis periculis ſe obiectare, non
detrectârunt. Certiſsimam eam gloriam eſſe, quæ in conſtantia, & firmitate
promiſſorum eniteſcit, ſiquidem magnitudinem animi, ſinceritatē & æqui-
tatem oſtendit: falſiſsimum tamen eſſe, quod excuſationi ſuæ prætexunt; gra-
uia enim incommoda Regem percepturum, ſi iſtorum conſilium ſequi velit,
quòd commercia, vnde illi varia vectigalia obueniunt, protinus ſint ceſſatu-
ra. Nec magis plauſibile videri, quod ab illis dicitur, fideles ſubditos in pa-
tria manſuros, quia multi propter egeſtatem inde excedere cogentur. Quod
B ingens commodū ex Inquiſitione obuenturum pronunciant, ſcilicet omnes
hæreticos Belgij finibus exceſſuros, (quorum nomine Reformatos, & Ana-
baptiſtas deſignant) nulla ratione niti. Reformatorum enim modeſtiam adeò
vbique notam, & patientiam in toto Belgio probatam, vt nullum ab illis pe-
riculum metuendum ſit. Anabaptiſtarum furorem, in quibuſdam Germaniæ
locis, cognitum quidem, graui experimento, at in Belgio nihil aduerſus com
munem quietem eos molitos fuiſſe. Non poſſe illos commodiùs nec iuſtiùs è
regiarum ditionum finibus expelli, quàm ſi validis & firmis rationibus, Do
ctrinam falſam docere ac tueri, conuincantur. Hanc viam ad pellendas hære-
ſes olim veteres Eccleſiæ Doctores ſequutos, nihil in corpora malè de fide
C ſentientium ſæuijſſe. Quod dicunt Belgij regiones tranquillas & pacatas fo-
re, Inquiſitionis praxi ſemel in Belgium introducta, non omnino falſum vi-
deri, ſed ita intelligi debere, quòd in vaſtas ſolitudines paſsim conuertetur,
dilabentibus præ metu incolis. Debere etiam hoc addere, dum ſui conſilij ra-
tiones explicant, Inquiſitionem, quam introducere cupiunt, ſe ipſam euerſu-
ram, quandoquidem aut omnino ceſſaturam, cùm vrbes atque oppida inco-
lis vacua erunt, & agri deſerti à colonis, aut abolendam, cùm nouus popu-
lus, ad vrbes habitandas, aliunde adducetur, & mercatura ex vſu patriæ in-
ſtaurabitur, quod tamen fieri nunquam poſſe, ſi exteri aliò demigrârunt, ple
rique omnes iudicant, quòd mercatores, præteritorum recordatione, futura
D ſemper horrebunt, & nunquam in Belgio ſe fore tutos putabunt, & quòd
alibi non minus commodè negotiationem ſuam exercere poterunt, & ſine vl
lo periculi metu. Præter rationem à conſiliarijs illis dici, Regis autoritatem
ex promiſsis & pactis ſeruatis infirmiorem reddi: Nam ex eo gratiorem &
durabiliorem fore, omnibus manifeſtum, quòd ſubditi libenter Regis impe-
rata ſint facturi. Cùm enim promiſſa ſeruantem, communem patriæ ſalutē,
atq; vtilitatem procurantem videbunt, & ordines ex officio Gubernationis
habenas cum illo moderabuntur, in hoc maximè excubantes, vt cum patriæ
ſalute Regis dignitas ſarta tecta conſeruetur. Quapropter ſi honor atque

1566. gloria Regis,ditionum ipſius incrementum,proſperitas ſubditorum, ciuita- A
tum & vrbium commodum,apud eum aliquid poſſunt, huius negotij graui-
tatem debere diligenter perpendere,& qualem exitum res tam triſtis & mi
ſerabilis ſit habitura,conſiderare,patriam tam florentẽ, tam varijs commo-
ditatibus ornatã,ob oculos proponere, cui excidium paratur,ex cauſa indi-
gna,quæ regiæ maieſtati diſcutiẽda tradatur,& quæ proculdubio,niſi prom
ptũ remediũ ab ipſo adhibeatur,exteros mercatores è Belgio ablegabit,ſub-
ditos Regis ad inopiã rediget, vrbes diuitijs & opibus atq; omni ornatu ſpo
liabit,& maximè Antuerpiã, quæ totius Europæ nobiliſsimum emporiũ eſt,
inferioris Germaniæ,ac regiæ dignitatis ornamentum, & certiſsimus para- B
tiſsimusq; theſaurus,belli pacisq; tempore. Hæc proculdubio Regi maximam
animi perturbationem,& grauiſsimas moleſtias,niſi maturè auertãtur,alla-
tura. Ipſum itaq; cõmunem ſubditorũ vocem attẽtis auribus audire debere,
qui enixè atq; ſuppliciter flagitãt,vt ipſorũ miſereri dignetur, patriæ moni-
ta & preces non reijciat,quæ ipſum,graui neceſsitate cõpellente,his videtur
compellare verbis: Rex auguſtiſsime, à multis annis maioribus tuis fidelem
operã nauaui,totis viribus ad tuam dignitatẽ tuendam incubui, tuæ poteſtati
ac volũtati me totã tradidi,& me adhibitis vtrinq; ſolennibus promiſsis rece
piſti: rem verò tãquam ex cõtractu,aut promiſsione debitã non peto,nec bo-
norum cõpenſationem,quæ pro tuæ maieſtatis cõmodo haud grauatè expen C
di. Hæc nũc reticebo,cedam iuri meo,ne mihi vitio verti poſsit,& exprobra
tionibus,quæ regiũ decus offenderẽt,vti velim: hoc tantum poſtulo,ne meis,
tuiſq; ornamentis ſpolier,ne peregrini expellantur,ne tui ſubditi,quos in ſi-
nu meo alui,opprimãtur,& me deſerere cogãtur. Inſpiciat tua ſerenitas bo-
na,quæ ipſi parata ſunt,ſi qua neceſsitas ingruerit,et caueat,ne hoſtes ijs di-
tentur,quibus ob leuiſsimã occaſionẽ priuabitur, nationibus exteris finibus
meis excedẽtibus,cõſeruet & tueatur ſuorũ ſubditorũ facultates, quæ nõ ſo
lum in meũ,ſed etiam in regium cõmodum,cedunt. Si tua celſitudo et maie-
ſtas pro ſuæ dignitatis, & potẽtiæ tuitione, quæ mihi etiam cõmunis eſt,ſe
hoc percupere oſtẽderit,ſpero,me cũ incolis meis ita officio ſatisfacturã, vt D
fidele obſequiũ,quod maieſtati tuæ debeo, & quod olim maioribus tuis præ
ſtiti in me nõ deſideretur,ſubditis tuis annitẽtibus,iuſsis ac voluntati tuæ pa-
rere,Deũq; pro tua ſalute & felicitate aſsiduè orantibus, quod ad tuũ decus
ampliandũ, & ipſorum quietẽ confirmãdam, magnum momẽtum habebit.

Hæc magis ad cauſę defenſionem,quàm ad pacem & cõci-
liationẽ ſpectare videbãtur,quia,exacerbatis vtrinq; animis,
nihil lene nec moderatum quærebatur,& nõ minor inſolen-
tia Reformatorũ erat, quàm Pontificiorum ſeueritas,& in v-

triſq;

A triſq; petulantia ſumma viſebatur. Antuerpiæ quidã vno die 1566.
ſupra bis mille ſchedulas in vulgus ſparſêre, in quibus hæc *Antuer-*
continebantur: *Permittitur ſuæ fidei libera profeßio reformatæ Eccle-* *piæ quid a-*
ſiæ hominibus, modò ſe Regi fideles & obedientes ſubditos præſtent, nullos *ctum.*
tumultus excitent, & magiſtratuum iuſſa ſequantur. Nonnulli hoc à
rectoribus vrbis inuentum fuiſſe putarunt, quo feruidis in-
genijs, qui rem ad vim deduci peroptabant, tumultuandi
anſa præcideretur: at illud conſilium ſucceſſum, qualis ſpe-
rabatur, non habuit: paucorum enim dierum interiecto ſpa-
B tio excitatus ibi eſt grauis tumultus, quo aliæ vrbes poſtea
laborarunt. Qui reformatam religionem profitebantur, ſug
geſtum in ea parte ciuitatis, quæ noua vrbs dicitur, erexêre,
vt palam conciones haberent, quod deliteſcere amplius nol
lent, ſed interponente ſuam autoritatem Aurantio id facerę
prohibiti ſunt. Tunc quidam templum diuę Virgini dicatum *Tumul-*
ingreſsi ſunt, in queis vnus fuit, qui ſuggeſtum cõſcendit, po *tus.*
ſtulatoq; nouo Teſtamẽto paſtorẽ ad diſputationẽ prouoca-
uit: aderat tũc fortè nauta Põtificię religionis, qui cùm eã in-
ſolentiã ferre nõ poſſet, pari inſolẽtia reformatũ de ſuggeſtu
C deturbauit. Nautę ſtatim ſcloppetti glãde brachiũ eſt traiectũ
creſcẽte vtrinq; clamore tumultus factus, qui in tẽplo incipi
ens totam vrbẽ breui turbauit. Reformati enim numero au-
cti, & diffugiẽtibus alijs, tẽplis bellum inferre cœperũt, diuo-
rum imaginibus cõminutis, aris euerſis, & ſacra ſupellecti-
le, quæ templorũ cultui dicata erat, dilacerata aut aſportata.
Ex vrbe tum prorumpentes aliquot manipuli in propinquis
pagis templa vi ingreſsi eundem in modũ deformârunt. Qui
in cœnobijs erant viri pariter ac mulieres, illa effreni audacia
exterriti, in varia diffugêre. Aliquot diebus vrbis tẽpla om-
D nia ab illis iconoclaſtis obſerata ſunt, ne catholicis ſacrũ face
re volẽtibus ingreſſus pateret. Simile bellũ aris, & ſtatuis Boſ
leduci, & Gandaui indictũ. A tẽplis in Bibliothecas furor cõ-
uerſus, ſiquidem quamplurimæ veteribus, atque inſignibus
libris refertæ miſerabiliter deformatæ ſunt. Et mirum quàm
plurimis viſum, à tam paucis hominibus rem tã periculoſam
tentatã fuiſſe. Etenim vix trecẽti Gãdaui in tẽplis imagines,
& altaria euerterunt, & pauciores adhuc Antuerpiæ. At Bru-
gẽſes, Louaniẽſes, Aloſtanij, Teneramundani, Curtracenſes,

1566. Dunkerkani, Inſulenſes iconoclaſtis ſe viriliter oppoſuêre. A

Diploma ad tumultus ſedandos.

Dum eum in modum reformati in ſtatuas, & altaria templorum deſæuiunt, Gubernatrix tum Regis tum ſuo nomine diploma euulgauit, quo ſecuritas promittebatur confœderatis nobilibus, & Inquiſitionis ſæuitia abolebatur, donec Rex de religionis negotio aliter ſtatuiſſet. Securitas autẽ his conditionibus nobilibus cõceſſa fuit: vt deinceps Regi fidẽ, & obſequium præſtarent, ad turbas & tumultus compeſcendos omnem induſtriam, atq; operam adhiberẽt, iconoclaſtas pro viribus cohiberent, & in hoc potiſsimum excubarent, ne B qua iniuria clero, magiſtratui & nobilibus Põtificiæ religionis inferretur, & plebs cõfeſtim arma poneret, ne conciones de reformatorum Doctrina vſpiam haberentur, vbi antea habitæ non fuerant, vbi erant receptæ, ſine armis, atq; ſcandalo poſthac fierent, cum alijs Regis ſubditis iunctis animis atq; viribus exteris hoſtibus, & rebellibus ſe opponerent, nouéq; religionis hominibus perſuaderent, vt ijs, quæ poſtea à Rege & ordinum conſilio ſtatuerentur, morem ſine vlla tergiuerſatione gererent. Secundum hanc tranſactionem quidam ex confœderatis nobilibus ad miniſtros, conſiſtoria, & mercato C res reformatæ religionis datis literis ſedulò hortati ſunt, vt modeſtè per omnia ſe gererent, tantiſperq; turbulentorum hominum inſolentiam ferrent, donec ipſi venirẽt ad omnia diſsidia & turbas componẽdas: ſecuros etiam illos eſſe iuſſerunt, quòd nihil illis moleſtiæ ob ſuæ religionis exercitia exhiberetur: Polliciti tam ſuo, quàm confœderatorum omnium nomine, ſe omnia ſeruatuos, quæ conuenta & tranſacta fuerant. Tum ad omnium Belgicarum prouinciarum præfectos, equites aurei velleris, generalium, & prouincialiũ ordinum conſilia, ſecretioris conſilij viros, cunctaſq; primarias ci D uitates literæ Gubernatricis nomine perſcriptæ ſunt, quibus pax & ſecuritas, & Inquiſitionis intermiſsio publicata eſt, capitis etiam ſuppliciũ eſt conſtitutum, & bonorum confiſcatio aduerſus omnes iconoclaſtas, templorum, & monaſteriorum deprædatores, incendiarios & alios huiuſmodi pacis publicæ perturbatores: pœna verò arbitraria, & priuilegiorũ amiſsio promulgata in magiſtratus, qui eiuſmodi homines non cohiberent, grauis quoque pœna ſtatuta in illos, qui armati

A mati congreſſus publicos religionis gratia haberent. 1566.

Poſt publicatam tranſactionem aliquot tumultuoſi homines nulla pactorum habita ratione in imagines,& tẽpla graſſati ſunt, ad quos compeſcendos latrunculator (quem Bacque zelium vocant) miſſus eſt,qui apud Gerardi mõtem eos, qui in Aldenardum irruperant, reperit,pulſu campanæ cõuocatis ad arma ciuibus,& proximis ruſticis iconoclaſtas imparatos,& nihil ab ipſo metuentes adgreditur,quorum duodecim cęſi fuêre,cæteri fermè omnes capti,horum viginti vnus *Iconoclaſtæ repreſſi.*

B poſtera luce ſuſpenſi ſunt, alij magna ex parte flagris cæſi,& proſcripti.Eandem fermè ſortem tulêre, qui ad Marchenas, vbi Benedictinorum cœnobium eſt, inuenti ſunt, in quibus miniſter vnus erat,qui captus ſuſpendio vitam finiuit.

Gandaui tranſactio inter ciues his conditionibus facta,vt reformati non impedirent, nec ſinerent impediri Pontificios aut cultum diuinum antiquitus ſeruatum, nec in vrbibus,nec in templis extra vrbes conciones haberent, ſed in locis illis tantum qui à magiſtratu aſsignarentur, idq́; dominicis,& alijs feſtis diebus tantùm,& in cœtibus ſuis nulla arma *Quid Gandaui actum.*

C geſtarent. Mechliniæ excitatus tumultus à reformatis, qui volebant iconoclaſtas quoſdam è carceribus eripere, ſed à Hochſtratano comite, qui iam aliquamdiu illi vrbi pręfectus fuerat, ſedatus eſt,ita tamen, vt poſtero die captiuos illos dimittere coactus ſit.Eo die Bruxellis rurſus nouo edicto clandeſtina intra vrbem cõuenticula prohibita ſunt, miniſtro ſuſpendij,auditoribus pœna arbitraria conſtituta. Antuerpiæ ſub veſperam iconoclaſtæ aliquot in primariam ædem denuo irrupêre. Verùm Hochſtratanus,qui Aurantio in Hollandiam abeunti ſubſtitutus fuerat, coacto milite illos templo *Mechliniæ.* *Bruxellis.* *Antuerpiæ.*

D exegit, lęſiſq; non paucis factioſorum capita comprehendit.

Septimana ſequente conuentus ordinum apud Traiectum inferius habitus eſt:aderat Aurantius,cuius præſentia audaciores facti reformati,ad arcis portam cœtus ſuos habere voluêre. Iuſsi ab arcis præfecto ſecedere aliò, cùm non parerẽt, diſploſis tormentis in fugam acti ſunt & diſsipati, paucis vulneratis,nemine tamen interempto.Porrò Ericus Brunſuicẽſis tribus inde milliaribus aliquot cohortes habens Holandis,ne quid attẽtarent, terrori fuit. Iam in Atrebatibus & in *Conuentus ordinum.* *Holandi.*

1566. *Atrebates & Luceburgenſes. Bruxellenſes.* Luceburgenſi ditione milites conſcribebãtur Regis nomine, quoniam multis in locis tumultuabatur, & maximè Bruxellis, vbi, qui proteſtantiũ religionis erãt, inſtabãt, vt cõgreſſus publicos de more & inſtituto ſuo haberẽt, ex magiſtratus indultu, & decreto, quibus ille portis obſeratis obſiſtebat, prohibẽs ne quis ad conciones agrarias egrederetur, cõſentiẽtibus ciuibus omnibus, qui in conſiliũ de vrbis adminiſtratione ſolẽt adhiberi. Miniſtri & alij qui cœtus eccleſiaſticos refor- A

Antuerpienſes. matorũ Antuerpiæ regebãt, petiẽre à magiſtratu, vt ſibi liceret ſuos cœtus in aliquot tẽplis habere, de ruptis diuorũ imaginibus, & alijs inſolentijs plebis ſe excuſantes & omne obſequium, ac obedientiã in rebus politicis promittẽtes. Reſponſum eſt illis, vt abſtinerẽt à quatuor tẽplis nẽpe à primario diuę Virgini dicato, à tẽplis diui Georgij, diui Michaelis, & diui Iacobi. Ex prohibitione occupãdi quatuor illa templa, exiſtimarũt ſibi fas eſſe cœtus ſuos habere in alijs nõ prohibitis, idcirco delegerũt ſibi duo, nẽpe tẽplum quod eſt in ſuburbio, & tẽplum Dominicanorũ & iam cõcionẽ vnã in ſuburbiano habuerãt, cum eorũ deliberatio Aurantio innotuit, ſtatim eis renũciari iuſſit, illis ab omnibus templis eſſe abſtinendum, ſed ipſis permitti vt in ea ciuitatis parte, quæ noua vrbs nominatur cœtus ſuos haberent. Tantum turbarum in vrbe per aliquot dies fuit, vt nec portæ nec tabernæ aperirentur. B C

Aurantius his malis mederi cupiens, & ne res in apertam ſeditionem erumperet, valde metuens, cum Reformatorum delegatis cõmunicatis conſilijs ad auertẽdam ſeditionem hanc pacificationis formam concepit, & omnibus incolis vtriuſque religionis obſeruandam tradidit, donec aliud in frequentibus Belgarum comitijs decretum eſſet atque inſtitutum: *Ne conciones Catholicorum, ſacra vel alia munia Eccleſiaſtica impediantur, neque turbentur, ad auitam religionem ſpectantia, neque alio quouis modo, aut per quemquam magiſtratum Reformati curent, aut patiantur turbari. Ne liceat habere conciones aut munia nouæ religionis in templis, cœnobijs, aliisue ſacratis locis, niſi his in tribus locis in khranamo Pauli Vangbimeri, vbi equorum forum eſt, liquerquicij ſiue in viridario, vbi telæ dealbantur, & in pratis Xenodochij, apud viridarium ſagittariorum, & baliſtariorum. Quod ſi quis horum locorum haberi non poſſit, tunc liceat alibi habere, quemuis eiuſdem amplitudinis: vt his in locis liceat habere conciones* D

Formula pacificationis.

A *ciones omnibus diebus feriatis & dominicis, atque ſi nullus dies feriatus* 1566.
fuerit in hebdomade, liceat iſtud ipſum die Mercurij: vt ſi concionator ſo-
litus aliquo impedimento diſtineatur, alius in eius locum poſſit ſuccede-
re: vt omnes concionatores, & miniſtri in regionibus Catholicæ maieſta-
ti ſubiectis iuramento adfirment, vel apud principem Aurantium, vel a-
pud inſigniores magiſtratus, atque profiteantur ſe fidem, & obedientiam
Regi præſtituros, obſeruaturóſque in omnibus negotijs. Ne licitum ſit ad-
euntibus vel redeuntibus à concionibus vllo telorum genere armari, quæ
poſſint offendere, enſis tamen, & pugio nemini ſit interdictus. Vt vniuerſa
B *vrbana multitudo pareat magiſtratibus, opemq́; ferat publicis oneribus ſuſti-*
nendis, ſicuti mos eſt, & ſicuti reliqui ciues tenẽtur, atq; vt cæteri omnes tran
quillitatem, conſeruationem pacis, publicam ſalutem tuendam procurent, &
procurare teneantur. Vt omnes concionatores ab iniurijs ſeditionibusq́; con-
citandis abſtineant, neq; inſurgant aduerſus magiſtratus, vel aduerſus homi-
nes alterius factionis, & religionis, neq; contumelias dicant, ita tamen, vt illis
liceat reprehendere vitia & flagitia, quæ reprehẽſio non habeatur pro ſemi-
nibus ſeditionum. Vt princeps habeat delectum è magiſtratu, qui poſſit adeſſe
illic, vbi erunt aliquem miniſtrum delecturi ſeniores, aut Diaconos, aut vbi
erunt de re aliqua ad religionem ſpectante pertractaturi, vt apud principem
C *vel magiſtratus vrbis verum teſtimonium reddi poſſit: ne alter alterum ſub-*
ſannet, aut aliqua ratione deludat ob varietatẽ religionis, ſed omnes teneãtur
ad mutuã defenſionem, ſi quis iniuria affectus fuerit. Ne quis aut huius, aut al-
terius religionis poſſit iuſtitiã impedire, vel capiẽdis ſontibus, vel puniendis,
atq; caſtigãdis, qui tẽpla ſpoliarint, aut alia quauis de cauſa, ita tamen, vt no-
cẽtes per iudices, & non per alios puniãtur. Vt princeps, & magiſtratus pro
tegãt non ſolum veteris religionis homines, ſed omnes habitantes in vrbe, qui
trãquillè concorditerq́; vixerint, nulla habita veteris, aut nouæ religionis dif
ferentia. Si quis ſeditionis initia iecerit, ille per iudices puniatur, pro ſceleris
magnitudine; neq; id poſſit à quoquam impediri. Vt colligantur duo millia pe
D *ditum ad vrbis cuſtodiam, qui communibus ſtipendijs alantur, ad opprimen-*
das ſeditiones, ſi quæ excitatæ fuerint, vt milites collecti teneantur ſeruare has
cõditiones, quarũ exẽplum dabitur præfectis, & hominibus nouæ religionis,
vt has omnes conditiones miniſtri, & cõcionatores eorum religionis homi-
nibus in ſuis concionibus demonſtrent, explicentq́; populo, eosq́; omnes, qui
aderunt, hortentur, vt ad vnguem ſeruent: vt omnes hæ conditiones inuiola-
biliter ſeruentur, donec Philippus Rex vnà cum ordinibus Belgicarũ prouin
ciarũ aliter ſtatuerit, quibus inſtitutis homines nouæ religionis in poſterũ ſub-
ijciẽtur, promittentq́; ſeſe ſeruaturos, ea tamẽ conditione, vt ſi quid aduerſus

1566. *ipſorum religionem ſtatutum fuerit, liceat ſine impedimento ac liberè intra* A *certum tempus cum omnibus bonis excedere Belgij finibus, & abire quocũq; libuerit: vt miniſtri, & Diaconi aliją; qui munus habent in adminiſtratione Eccleſiæ, cum nonnullis è primarijs viris ad has conditiones recipiendas & obſeruandas animos ſuorum componant, atq; ipſi ad maiorem ſecuritatem præſens exemplum ſuis ſigillis, & ſubſcriptionibus confirment: ipſe etiam princeps, magiſtratus huius vrbis nomine, ſubſcribat, vt maior ſcripto autoritas habeatur.*

Hos tranſactionis, & pacificationis articulos omnes miniſtri, ſeniores, Diaconi, alijq;, qui in regenda Eccleſia locũ habebãt, approbãrunt, & populum ad illorum obſeruationem inducere promiſerunt. Ita pacatæ ſunt ciuium mentes, & turbatæ ciuitati priſtina quies vtcunq; reſtituta. Quoniam verò reformati apud magiſtratũ accuſabãtur, quòd plebem ad diruenda templorum altaria, & cõfringendas diuorum imagines incitaſſent; miniſtri de non ſoluẽdis vectigalibus tam immenſis in ſuggeſtu verba feciſſent: de occupando prætorio, mutando magiſtratu, & expellendis è ciuitate ijs omnibus, qui reformatæ religionis non erant, cõſultaſſent: item quòd iactaſſent, ſe nullo modo Catholicæ religionis exercitiũ permiſſuros: libellum ſupplicem magiſtratui exhibuerunt, quo de iſtis omnibus ſe purgabant, & falſa omnia eſſe illa, & à maleuolis hominibus impudenter conficta probabant. Petierũt etiam vt noua templa ſibi exædificare permitteretur. Magiſtratus oſtendit ſe illorum purgationem accipere, & extruendi templa licentiam dedit. Ea impetrata, tanta populi alacritate templa exædificari cœpta, vt vix iacta fundamenta à pleriſq; crederetur, cum iam abſolutum erat opus. Siquidem nõ fabri modo & cæmentarij ſedulò ei operi incumbebant, ſed etiam mercatores, nobiles, atq; equites illorumq; vxores, neque vllis ſumptibus parcebant, vt cœptum opus quàm citiſsimè abſolueretur. Etenim quibus pecunia pro voto non ſuppetebat, torques, annulos, & alia cimelia liberaliter conferebant. Hanc templorum extructionem reformatis conceſſam multi credidêre, vt eorum animi à cogitatione armorum auocarentur, & belli conſilia prorſus abijcerent. Hac ratione potiſsimùm de hoc perſuaſi, quod Gubernatrix à confœderatis petierit, vt populo perſuaderet arma ponere, promiſſa Inquiſitio-

Templorũ ædificatio conceſſa.

B C D

A ſitionis abolitione & regiorum edictorum, quæ ad coercitio 1566. nem hæreticorum ſpectabant.

Interea Rex de tam ſubita mutatione religionis in Belgicis ditionibus ſuis certior factus, ſtatuit eò proficiſci cum tantis copijs, vt eos, qui nouis rebus ſtudebant, in ordinem cogere poſſet, & ita Belgium in priſtinum ſtatum reſtituere. Sed cùm plurimi è conſiliarijs illud conſilium non probarēt, mutauit ſententiam, & Madrocij conuocatis Hiſpaniæ proceribus, ab eis quæſiuit, quánam ratione tumultus Belgici cómo B dius ſopiri poſſe viderentur. Re variè, multumq; deliberata, in hoc tandem conſenſere omnes, refractarios vi armorum eſſe perdomandos, lenitatem apud eos nihil prodeſſe: ſed in deligendo duce, qui bellum adminiſtraret, variæ fuêre ſentētiæ. Multi cenſebant Carolum Regis filium & hæredem eò mittendum, neminem illo ad reprimendos tumultus magis idoneum, quòd in eum maximè propenſi eſſent Belgarum animi, qui Pontificiæ religionis erant, ipſius præſentiam exoptarent, quòd princeps Flandriæ natus eſſet, & quòd eius expeditionis cupidus eſſe videretur. Qui metuebant tam peri- C culoſum onus principis humeris imponere, eligebant ducē de Medina Cœli: alij Albanum, qui numero ſuffragiorum vicit. Dum expeditionem parabat Albanus, literæ ſatis acerbæ ad Gubernatricem, & prouinciarum Belgicarum præfectos à Rege miſſæ ſunt, quibus oſtendebat, ſe ingentem animi dolorem concepiſſe ex turbis in Belgio religionis cauſa excitatis, ſeuerè etiam iubebat, vt edicta in hæreticos, & malè de fide ſentientes plenām vti antea vim, ac poteſtatem haberēt, & ſeuerè cum deſciſcentibus à Rom. religione ageretur, omnes, qui fana expilarant, & aras, atque imagines euerterant, D ſacrilegi, graſſatores, Dei & Regis, ac patriæ hoſtes declararentur. Promittebat amplam mercedem ijs, qui ipſos quoquo modo trucidaſſent, indicta etiam magiſtratibus pœna publicationis bonorum, ſi eiuſmodi hominibus parcerent.

Cōſultatio Regis de ſedandis turbis Belgicis.

Literæ Reg. ad Gubernatricem.

Confœderati nobiles qui hucuſq; velut arbitri, & moderatores inter magiſtratum, & plebem fuerant, ſubodorari cœpêre Gubernatricis conſilia ad bellum ſpectare, & niſi ſolicitè, & maturè ſibi cauerent, periculum graue ſibi imminere, vnde ſe expedire facilè non poſſent. Id autem futurum conijcie-

Cōfœderati & Plebs quid conſultent.

1566. bant,nõ ſolùm ex Regis minis & bellicis apparatibus Guber A
natricis,qui varijs in locis fiebãt:ſed etiam ex Põtificiorũ Bel-
gicorũ cõſilijs,quæ ex delectibus,qui ipſorũ nomine habeban
tur,iam patefacta erant: nihil tamen ſe cõmouêre,quod Gu-
bernatrix illorum iram lenibus verbis mitigaret,& amplis ꝓ-
miſsis metum omnẽ ex eorũ animis deijceret. Præterea cum
omnia belli incõmoda rectè perpenderent, inſanum eſſe iudi
carunt,tumultibus ſe immiſcere.Itaq; quocunq; ſors caderet,
nullam factionem alere decreuerunt, magis tamen inclinãtes
ad Gubernatricis partes, quàm plebis ad publicũ cõmodum B
& tranquillitatem (vti aiebant) reſpicientes,quamuis in arca
no Inquiſitioni atq; genti Hiſpanicæ maximè infenſi eſſent.
Plebs cognita Pontificiorum conſpiratione in omnes,qui re-
formatæ religionis Doctrinã amplectebãtur, maximè timuit,
& quòd varijs in locis delectus militũ haberẽtur, decretũ con
tra ſe bellum non dubitauit.Cùm perſpiceret aũt Gubernatri
cem parum ſuis miſerijs,& gemitibus moueri:ad Regem ſup-
plicem libellũ miſit,quo cum magna animorũ demiſsione i-
pſum orabat,vt adflictæ ſuæ plebis miſereretur, nihil aliud ab
ipſius clementia poſtulare,quàm conſcientiarum libertatem, C
quæ per tranſactionem à Gubernatrice conceſſa fuerat. Hanc
ſi ipſius maieſtas confirmare, & inuiolatè ſeruandam iubere
voluerit,tres florenorum milliones ſoluere pollicebatur. Re-
gis conſiliarij perlecto eo ſupplici libello, plebis preces reie-
cêre,& quod ingens pecuniæ munus pro tranſactione confir
manda offerret, pro ſuperba oſtentatione opum accepêre,ſu-
ſpicati hac ratione etiam peregrinorum animos ſibi deuinci-
re, & ad ſuæ cauſæ defenſionem allicere voluiſſe. Plebs cùm
ſuas preces à Rege reiectas videt, maximè perturbatur,non ta
1567. men animum prorſus deſpõdet,ſed apud Gubernatricem in- D
terceſſores parat,quam inexorabilem inuenit. Idcirco ad no-
biles confœderatos ſe cõuertit, quos promiſſorum admonet,
& periculi communis, quod timeri iure poterat ex dubio e-
uentu triſtiſsimæ tragœdiæ,cuius primi actus ſatis infauſti o-
minis eſſe videbãtur,grauiter denũciãs,ſi quid mali plebi cõti
gerit,omnẽ culpã ipſis imputandã, qui ſæpius adhibito iura-
mẽto promiſerint,populũ religionis ergò non fore à quoquã
diuexandum,& liberum ſuæ religionis exercitũ habiturum.

Brede-

A Brederodius, qui à principio reformatorum cauſam defendendam ſuſceperat, plebis querelis, & precibus incitatus Gubernatrici ſupplicem libellum miſit ſuo, & fœderatorum nobilium quorundam nomine, quo ſe de turbis excitatis purgare nituntur, aiuntq; ſe ea fide, quæ nobiles deceat, curaſſe, vt tranquillitas Belgio redderetur, potuiſſeq; omnes ſopiri turbas, ſi quemadmodum conuentum erat, ita proceſſum fuiſſet. At cùm omnia indies rectius ſuccederent, & ex Regis, atq; ordinario communi decreto quippiam boni expectaretur præ- 1567. *Libellus ſupplex à confœderatis Gubernatrici oblatus.*

B ter omnem ſpem mutationem inſignem accidiſſe planè contrariam promiſsis principum quibuſcum tractatus fuerat initus. Nam extare literas quibus reformatæ religionis exercitia interdicuntur, cum tamen promiſſæ ſint conciones, ſub quibus diſciplinæ exercitia videbátur cóprehendi. Hinc verò populum, cui ſecuritatẽ ipſi promiſerint ſua ſpe fruſtratũ omnẽ culpam in ipſos conferre, & quòd promiſsis non ſteterint accuſare, vti poſſet ipſius celſitudo ex adiũcto ipſorũ libello ſupplici intelligere. Addunt & alia quædã de vi illata miniſtris, & quòd eò tẽdant omnia, vt etiam cóciones prohibeãtur, quód-

C que Gubernatrix non fidat promiſsis fœderatorum, ipſosq; à principum colloquijs, & vrbibus regijs arceri velit, & vt perduelles in itineribus comprehendi. Orant etiam, velit declarare, an vnà cum cócionibus exercitia quoq; permiſerit reformatæ religionis, vt ipſi plebi perſuaſerunt, vt ſecuritatem nobilibus datam ſtabilem, & firmam ſeruet, atq; militẽ, qui contra ipſos conſcriptus videbatur, exautoratũ dimittat, edictaq; poſt conuentionem propoſita irrita pronunciet. Hæc ſi fiant omnia tranquilla fore aiunt, ſin minus ingentia formidanda mala, in ijsq; multam popularis ſanguinis effuſionem. Poſtre-

D mo petunt breue reſponſum, vt ſciant quid ipſis faciẽdum ſit

Reſpódit in hãc ſententiã Gubernatrix: Non ſe aſſequi, qui ſint illi nobiles, quiue popul⁹ à qbus illi ſupplices libelli ꝓdierint, cùm pleriq; nobiles fœderati ſibi ſatisfactũ putẽt, tum ceſſatione Inquiſitionis, & edictorũ ſecuritate propoſita, atq; indies ſe offerant miniſterijs regię maieſtatis, iuxta illius mentẽ & voluntatẽ: verũ ſatis ſe mirari non poſſe, illos ſibi pſuadere, exercitia illa ſe vnquã pmittere voluiſſe, cũ è diuerſo nó obſcurè oſtẽderit, moleſtũ ſibi eſſe, quoſdã nobiles populo ſecurita- *Gubernatricis reſpõſum.*

1567. tem, quoad illa exercitia, præſtitiſſe, mox à conuētione inita, A tum etiam cùm nobiles promitterent, ſe amoturos arma, ſcādala & tumultus publicos, ſcandalorum nomine etiam dicta exercitia illa cōprehenſa fuiſſe, quibus ipſa ne verbo quidem aſſenſum præbuerit. Sed ſi bene meminerint, quanto animi angore conciones locis ſolitis ſine ſcandalis, & armis haberi permiſerit, eos proculdubio ſcire, quàm longè à ſua mente ab fuerit, ipſorum religionis exercitij conſenſum præbere, puta vt noua ſibi deligerent & inſtituerēt conſiſtoria, vel magiſtratus, collectas, & onera ſubſidiaria Regis ſubditis imponerēt, B idq́;, vt ipſi iactitant, ad aliquot aureorum milliones, vt ſacramentorum adminiſtrationem ſibi vſurparent, vt in totam politiam confuſum quoddam chaos introducerent, vt matrimonia ſuo ritu & more contraherent, vnde mira ſucceſsionum confuſio ſequitur, vti denique ea facerent, quæ ſub èxercitiorum nomine & diſciplinæ prætextu in ſuis cœtibus nō verentur attentare, è quibus cùm pleraq; ſibi de Regis, & magiſtratuum autoritate vſurpent, ſe profectò valde ſui immemorem fore, ſi ipſorum poſtulatis aſſentiatur, & facta omnia probet, ſe rectè magiſtratibus mentem ſuam in cōtrarium explicuiſ- C ſe, ſi qui ſecus populo perſuaſerint, illorum eſſe apud illum ſe excuſare, ſe libertatem conſcientiarum illis tantùm conceſſiſſe: Itaq; iuſtam indignationis cauſam ſibi ſuppetere, quòd hæc, quæ vſurparūt, tam impudenter & falsò ipſi affinxerint, & Regiæ maieſtati, quæ intellexit populum ab ipſis ita eſſe animatum, vt ſub religionis prætextu ſumpta audacia vetita religionis exercitia inuehat, ſuoq́; nouo magiſtratu regios officiarios in ordinem cogat, quod non modò non ſit approbaturus Rex, ſed etiam ſuorum fidelium ſubditorum auxilio vindicaturus. Quòd verò dicant ipſam contra pacta & cōuen D ta feciſſe, omnia eius generis niti falſa nimiumq́; laxa verborum ſuorum interpretatione; recteq́; quarundam vrbium magiſtratus feciſſe, qui ea recipere noluêre: ſi modum exceſſêre, & vltrà, quàm ipſis conceſſum, auſi ſunt, oportuiſſe ad ſe querelas deferre non ad eos, qui omni culpa vacāt. Ipſos ſilentio prçterire imaginum ac altarium euerſiones, tēplorum vaſtationes, quæ poſt ipſam tranſactionem factę ſunt etiam à nonnullis confœderatis nobilibus, introductaſq́; in oppida conciones

A ciones, cùm antea in pagis tantùm haberentur, item Eccle- 1567.
ſias occupatas, monachos è cœnobijs profligatos, exteros concionatores accerſitos, cùm promiſiſſent, ſe conciones impedituros & populi coitiones, in loca quædam ab ijs nouitatibus aliena, eos introductos, plebem ab ipſis concitatam regias domos occupaſſe, tormenta, & alia bellica inſtrumenta cum ſupellectile, exportaſſe, regios præfectos, & magiſtratus ex vrbibus expuliſſe, ita, vt quidam non ſine periculo euaſerint, tum quoque in vrbes regias vim exercere, in aciem
B ſub ſignis militaribus prodire, minari cædem aut eiectionem eccleſiaſticis & regijs miniſtris, in quibus etiam ipſa ſit comprehenſa, quinetiam eos diripere, inflammare, euertere monaſteria, ędes nobilium, & aliorum, & omnia hoſtilia moliri, literis quorundam illorum interceptis cognitum eſſe, illos apud ſe ſtatuiſſe, Regis imperium è Belgicis ditionibus ſuis profligare: idipſum etiam milites Valecenenſes quoſdam confeſſos fuiſſe. Quod petunt, vt cõſcriptos in patriæ tuitionem milites exautoret, & edicta recenter publicata abroget, ſatis oſtendere, ſe ipſi auferre velle gladium à Deo commiſ-
C ſum & traditum. Se omnino velle & iubere, vt Brederodius & con fœderati populum admoneant de tumultibus, & rebellionibus, vt ad ſanam mentẽ redeant, & ne accumulent peccata peccatis.

Hæc Brederodio Gubernatrix reſcripſit, quæ confœderatorum animos maximè pupugerunt, & reformatos in maximam ſolicitudinem coniecerũt. Tunc enim quaſi claſsicum auditum fuiſſet, omnes diligenter rebus ſuis prouidere cœperunt: fœdus inter ſe initum confirmarũt: quos potuêre, in partes ſuas traxerunt: plurimas vrbes occupârunt, quarum ali- *Exordia bellica vtriuſque partis.*
D quot munierunt, vt aduerſus inſidias Pontificiorum tuti eſſe poſſent, qui non parcẽtes ſumptibus validas copias iam cõtraxerant, quas paucis poſt diebus in patentes campos eduxêre. Ad bellum autem inferendum promtiores, & alacriores Pontificij fuêre, quòd veteranæ copiæ ipſis militarẽt, & quòd Rex denunciaſſet imaginum ruptores, & templorum direptores, vt Dei, patriæq; hoſtes, acerrimè eſſe perſequendos, qui magna damna omnibus Belgij prouincijs intulerant, q, res cultui diuino dicatas non ſolùm profanaſſent, ſed etiam

1567. expilaſſent. Coëuntibus itaque ad ſigna vndique militibus, A
bellum iconoclaſtis à Pontificijs eſt indictum, qui varijs in lo-
cis deprehenſi atroces pœnas luerunt, paſsim præda hoſti-
bus facti, quòd ab omnibus ferè deſerti ſunt. Etenim cùm ma
ior confœderatorum pars congreſſus publicos reformato-
rum non adiret, plerique ex ijs iconoclaſtarũ inſolentiam de-
teſtabantur, & meritas luere pœnas dicebant; multi etiam ex
ijs, qui reformatorum Doctrinam amplexati erant, & eo-
rum cœtus frequentabant, vt qui diſciplinam eccleſiaſticam
inter omnes exerceri, & petulantia ingenia coerceri cupie- B
bant, eorum ſortem non maximè dolebant, quos apud ſe
nũquam fuiſſe voluiſſent. Pontificij proſperis ſucceſsibus e-
latiores facti, quod neminem reſiſtentem inuenirent, paula-
tim maiora audent. Conciones reformatæ religionis prohi-
bent, qui eas frequentabant in carceres captiuos conijciunt,
infantes, qui à miniſtris baptizati fuerunt, denuo per ſacrifi-
cos baptizandos curant, & nuptias eorum, quos miniſtri cõ-
nubio iunxerant, iterum celebrant, omnes publicos cõgreſ-
ſus eccleſiaſticos omnibus reformatis interdicunt, miniſtros
capiunt & proſcribũt, Inquiſitionem, & edicta regia in vſum C
reuocãt. Hac crudeli, & inopinata perſequutione territi mul-
ti Belgio exceſſêre, multi etiam Boſleducum, & in alia muni
ta loca, quæ fœderatis parebant, abiêre.

Valecenẽſes quomodo ſe geſſerint.

Vrbs Valencenæ quod reformatorum cauſam tueretur, &
Pontificijs eſſet aduerſa, à Gubernatrice præſidium quinque
cohortium peditum, & quatuor aliarum equitum Noecar-
meo Marchionis Bergenſis apud Annones præfecti legato
accipere iuſſa. Ciues quòd ſuis viribus plus æquo fiderent, &
auxiliaribus Francorum copijs (quę pertenues erant, quoniã
infauſto conſilio maiores, quæ ad ipſorum tuitionem ſe offe D
rebant repudiarant) Gubernatricis iuſſa nihil curârunt, quã-
uis de hac re bis ad ipſos perſcripſiſſet: idcirco Areſcotanum
& Edgmontanum ad eos miſit, exiſtimans ipſorum autori-
tate ciues moueri ad recipiendum præſidium: ſed nihil apud
eos efficere potuêre: ea de cauſa Valecenẽſes rebelles declara
ti ſunt, & lata in eos ſentẽtia per omnes ferè vrbes Belgij pu-
blicata eſt, qua etiam in rebellium numero cẽſebantur, qui il
los commeatu, aut bellico inſtrumento aliquo modo iuua-
rent.

Arent. Hæc ſententia multos exterruit, & ciues, qui antea adeò 1567.
in propoſito ſuo obfirmati erant, labare animis cœperunt, &
Areſcotano atq; Edgmontano ſignificarunt, ſe præſidiũ recipere
paratos eſſe vel repugnantibus priuilegijs, modò beneficio
tranſactionis ſibi vti liceret. Pontificij eas conditiones
nequaquam admittendas cenſebant, quòd iniquũ eſſe dicerent,
vt ſubiecti principi ſuo leges darent, & regendi cõditiones
præſcriberent, idcirco propius admouendum terrorẽ iudicârunt,
quo refractarij ad officium redirẽt. Itaq; ad obſiden
B dam vrbem accedunt Noecarmeo duce, qui poſitis nõ longè
à mœnibus caſtris, ciuiũ eruptiones cohibet, circũiectum agrum
vaſtat, nihilq; omittit, quo obſeſsis ſe nocere poſſe putaret.
Fanum Amãdi in poteſtatem redactum ita præſidio muniuit,
vt Valecenẽſes præ eius metu in propinquos pagos ad
quærenda cibaria excurrere non auderẽt. Cùm ita ſe concluſos
vident, fœderatas ciuitates, & nobiles, quorum ſuaſu
& fauoris auxiliíque fiducia arma ſumpſerant, & de non
admittendo præſidio ſtatuerant, admonuere, vt fidei promiſſorúmque
memores, auxiliares copias ſubmitterent,
C quoniam ſuis viribus hoſtium ferociæ diu reſiſtere non poſſent.
Brederodius de illis non parum ſolicitus, & viribus
ſuis, ac confœderatorum parum fidens, Gubernatricis iram
emollire tentauit, ſi fortè tolerabilibus conditionibus Valecenenſes
in gratiam, ſoluta obſidione, recipi poſſent: hac de
cauſa ad ipſam literas miſit, quibus orabat, vt bona cũ ipſius
venia ſibi Bruxellas venire liceret, vt cum ea de toto negotio
colloqueretur, quod cum impetrare non poſſet, alias literas
exarauit, quas cum ſupplici libello omnium confœderatorum
nomine ad eam miſit, quo poſt multas querimonias,
D nias, de non ſeruata pactione, de vi illata miniſtris, atque
de bello ſuis indicto, orabant eam, vt declararet, an ipſius
iuſſu, & mandato hæc omnia fierent, ſe equitum velleris
aurei iudicio, & generalium comitiorum decreto ſubiecisſe,
nulli vim intuliſſe nec ciendis tumultibus occaſionem
vllam præbuiſſe, ad ipſam ſupplices confugere, petentes
vt in eius tutela ſecuri conquieſcere poſſent. Ad Brederodij
literas Gubernatrix reſpondit, ſi belli clades horrerent, eáſque
à ſe auertere vellent, regijs iuſsis, atque decretis ſe ſub-

1567. mitterent, nihil magiſtratibus, quibus obedientiam debent, A
præſcribẽtes: nullam aliam ſeruandæ pacis rationem oſtẽdi, nec patrocinium ſub alijs conditionibus illis promittere. Interea ſibi perſuaderent, ipſam nulla conſilia in eorum perniciem inire, nec in eos conſpirantes & hoſtilia molientes (ſi qui ſint) fouere velle. Noecarmeus interea totis viribus incũbebat, vt Valencenas arctiori obſidione premeret, & in primis diligenter cauebat, ne commeatus, aut auxilium in vrbe introduceretur. Oppidani, qui nobiles confœderatos & amicas vrbes diu antea monuerant, vt ſibi ab hoſtibus obſeſsis & B
in anguſtias redactis opem ferrẽt, à nobilibus nulla in re adiuti fuêre, plebs illis ſuppetias ferre decreuit, maximè apud Flãdros occidentales & Tornacẽſes. Flandri diligentiores ac promptiores fuêre, qui properè correptis armis, cùm ſocios in periculo verſari audiuêre, ad eos iuuandos profecti ſunt. Sed cum inordinati incederent, & in templis ſpoliandis, & ſacrificis diuexandis, non itineri faciundo (vt res poſtulabat) intẽti eſſent, à Raſſegenio, Inſulę, Doaci, & Orcheſii pręfecto, facilè profligati ſunt. Ipſe enim cùm validam equitum manũ, & ſcloppettariorum peditum aliquot manipulos è proximis C
præſidijs detraxiſſet, illos in planitie deprehenſos nihil tale metuentes adortus eſt, quos nullo negotio diſsipauit. Quidam malè ſano conſilio propinquam Vuaterloſij turrim cõfugêre, qui cùm aduerſus irruentium impetum ſeſe tueri poſſe putarent, iniecto igne partim fumo partim flamma extincti ſunt. Tornacenſes, qui de Raſſegenij conſilijs certiores facti fuerant, in patentes cãpos, vt ſocijs opem ferre poſſent, exierant, monaſterijs Carthuſianorum, & monialium prius crudeliter euaſtatis, atque incenſis: erant ij ad tria millia. Sed D
Raſſegenius, qui iter ad Valencenas eis præcindere volebat, tota nocte ex ruſticis & propinquis præſidijs contractis circiter duobus armatorum hominum millibus, recta ad eos contendit, vt manus confereret: ſed Noecarmij opera eo labore liberatus eſt. Is enim Tornacenſibus cum decem peditum vexillis, & ſexcentis equitibus obuius factus, tanto militum ardore atque impetu in eos inuectus, vt ſtatim perrupti, ac fuſi fuerint, ſupraq; tertiam partem è ſuis amiſerint: qui fuga ſe ſeruauêre, Tornacum ſe recepêre. Noecarmius eos inſequitur,

A tur,& per arcem, quæ ipſius præſidio tenebatur,ſuos in vrbē 1567.
introducens,nouem cohortes impoſuit,miniſtros quoſcun-
que inuenire potuit,& alios primariæ notæ viros,quos refor
matæ religioni nomina dediſſe comperit,reſte latronum mo
re ſuſpendi iuſsit.Cùm autem videret,Valecenenſes nihil de
ſua pertinacia in defendenda vrbe propter ſuorū cladem re-
mittere,ex Doaco,& Tornaco tormenta viginti duo deſum-
pſit,quibus ad mœnia promotis,ea continenti impetu ita di-
uerberauit,vt ingenti ſtrage edita ſuis militibus irrupturis fa
B cilis daretur aditus.Obſeſsi ante periculum feroces,cùm mœ
nia latè deiecta vident,& hoſtes ad irrumpendum paratos,tū
rectè æſtimatis ſuis viribus ad pacem animos inclinârunt,&
freti Gubernatricis promiſsis,quę paucis antè diebus ad eos
perſcripſerat, ſe præteritorum veniam illis concedere, ſi re-
gium præſidium reciperent, Noercameo deditionem fęce-
runt,refragantibus,qui inibi erant Gallis,cum quibuſdam ci
uibus, qui Noercameum pactis nequaquam ſtaturum dice-
bant.Pontificios enim reformatis fidem ſeruare non ſolitos,
quos pro hæreticis habent,& quietis publicæ perturbatori-
C bus,& eos implacabili odio proſequuntur.Nec falſum appa-
ruit eorum iudicium:nam ſimul ac Noercameus cum ſuis co
pijs vrbem ingreſſus eſt,portas claudi iuſsit, & miniſtros di-
tioreſq; ciues,qui religionis reformatæ erant,cum Gallis mi
litibus ſuſpendi,omnibus ipſorum bonis publicatis.Deindę
conciones, omneq; aliud reformatæ religionis exercitium
interdixit,& eccleſiaſticos in priſtinum ſtatum reſtituit.Hęc
Valencenatum deditio alia oppida,quæ fœderatorum præſi-
dijs tenebantur,ita exterruit, vt in vnius vrbis expugnatio-
ne omnes Pontificiorū hoſtes debellati eſſe viderentur.Cam
D breſiacum à præſidio deſertum fuit. Maſtrichum deditionē
vltrò fecit, & aliæ vrbes ferè omnes regia præſidia recepêre.

Dum hæc in Annonia gerebantur, Flacius Illyricus,Span
genbergius, & alij aliquot miniſtri Germani (confeſsionis
Auguſtanæ) Antuerpiam venêre,à quibuſdam ciuibus voca-
ti, vt eam religionis formam, quam proteſtantes Germani
profitentur, in Belgium introducerent, & contra Zuinglia-
nos,& Caluiniſtas ſuum dogma de cœna Domini adſererēt.
Cùm eo venêre,Latinè,& Teutonicè ſuam fidei confeſsionē

Theologi proteſtantes veniūt Antuerpiam.

1567. edidêre, quam, Confeſsionem miniſtrorũ Ieſu Chriſti in Ec- A
cleſia Antuerpienſi conſentientem cum Auguſtana confeſ-
ſione, vocârunt. Caluiniſtæ iam antea ſuam ediderant, quam,
Breuem fidei Chriſtianę cõfeſsionem, nominârant. Non diu
miniſtri illi Germani Antuerpiæ manſêre, quod omnia tur-
bulenta, & confuſa illic viderent, & maiorem populi partem
Genuenſi eccleſiæ potius adhærere, quàm Germanicis, quæ
confeſsionem Auguſtanam ſequuntur.

Quid in Brabantia & Hollandia & ad Boſleducũ & alia loca actum.

Meguanus validis copijs ſtipatus in Brabantia, & Hollan-
dia eos, qui à Romana eccleſia deſciuerant, acerrimo bello B
premebat. Is Boſleducum, vbi erat firmum Reformatorum
præſidium, adgreſſus, quod cum natura & ſitu munitum eſ-
ſet, tentare mœnia non auſus eſt, ſed ſuburbia occupauit,
& itinera, quibus commeatus in vrbem introducebantur,
obſedit, vt rerum inopia preſsi, cum illo de pace paciſci co-
gerentur. Non multos dies in obſidione hæſerat cum op-
pidani inter ſe diſſentientes, cùm alij Meguanum in vrbem
recipiendum dicerent, alij omnia belli incommoda poti-
us ferenda, ad manus deuenêre. Pugnatum acriter ab illis,
eo quidem euentu, vt omnes præ metu domi ſe contine- C
rent, certaminis aleam deuitantes: vnde nonnulli arrepta
occaſione, Meguano portas aperuêre, qui vrbem ingreſſus,
omnes reformatos inde expulit. Poſtea duodecim cohor-
tes in agrum Traiectinum miſit, vt ſi fieri poſſet, Vianam
vrbem cum præſidio interciperet. Omnes qui in ijs regio-
nibus capti fuêre, rebellium, & ſeditioſorum more puni-
ti ſunt, qui imagines perfregiſſe conuicti ſunt, ſuſpendio
vitam finiêre, & eorum bona publicata. Qui capi non po-
terant, præconis voce publicè citabantur, vt magiſtratui
ſe ſiſterent, qui ad præſcriptum tempus non veniebant, in D
rebellium numero habebantur, facultatibus omnibus fi-
ſco addictis. Ea atrox inſectatio effecit, vt multi deſerto pa-
trio ſolo ad exteras nationes perfugerent, & maximè in An-
gliam. Qui vim repellere ſatius ducebant, è varijs locis An-
tuerpiam confluxêre, à quibus aliquot cohortes conſcri-
ptæ ſunt, ſed ſtatim ex vrbe excedere iuſſæ, ne bellum eò
attraheretur. Hæ partim in Holandiam, partim in Zelandi-
am nauibus deuectæ, primò Vliſsingam, dein Rammeken-
ſtein

Aſtein arcem intercipere conatæ ſunt, vt ſuæ factionis homi- 1567.
nes haberent, quo ſe reciperent, ſed vtrobiq; repulſi ſunt, nec
alibi mitiorem fortunam experti ſunt.

Quid inter Equites velleris aurei & alibi actum.

Eo ferme tempore velleris aurei equites fidem Catholicam Romanam ſe ſeruaturos, & obedientiam, atque obſequium Regi præſtituros, ſolenni adhibito iuramento, promiſerunt, in queis non pauci erant Gueuſiorum fœderi alligati, qui Edgmontani ſuaſu mutata ſententia Pontificiorum partes ſequi decreuêre. Is per Flandriæ ſuæ præfecturæ
B vrbes ſolicitè diſcurrebat, iubens, vt reformatorum conciones vbique abolerentur. Idem Antuerpiæ facere conati ſunt Aurantius, & Hochſtratanus: ſed fruſtra: tum reformatorum præcipuis hortatores fuêre vt ſaltem tres menſes ſuos congreſſus publicos omitterent, & interim ipſorum templa regio ſigillo valuis appoſito obſeruarentur, nequis vim facere auderet, ſed ne id quidem impetrare à reformatis potuêre.

In pago propinquo ad Scaldim (qui Oſtrevuele vocatur) conſcribebantur copiæ pro reformatorum cauſa, creſcebátque eorum numerus indies, vndique nouis militibus ad-
C fluentibus, qui non mitius cum eccleſiaſticis, quos comprehendere poterant, agebant, quàm cum ſuæ religionis hominibus alibi à Pontificijs agebatur. Hoc cùm Gubernatrix comperiſſet Brabantiæ Latrunculatorem, quem Droſſardum vocant, cum aliquot peditum, & equitum turmis & Flandriæ, & Brabantiæ præſidijs accerſitis eò miſit. Ille tota nocte ſumma diligentia itinere facto improuidos, & incautos adoritur, è quibus ſupra ducentos interfecit, non annumeratis ijs, qui in fuga perempti ſunt, & ijs qui in Scaldi flumine abſorpti periêre, plures in horreis pagi flammis exuſti
D ſunt, pauci admodum in oppidum, licet propinquum, euaſêre. Captus in fuga vnus, qui habebat Catalogum omniũ, qui Gueuſiorum militiæ erãt adſcripti, à quo multa ipſorum arcana detecta ſunt. Antuerpiẽſes, qui religionis reformatæ erãt, ijs ſuppetias ferre volebãt, ſed ab Aurantio, & Hochſtratẽſi occluſis portis pago proximis prohibiti ſunt. Vicit tamẽ pertinacia & feritas quorũdã, qui reſerata per vim porta vnã exiêre. Non longè à mœnibus proceſſerant, cùm de ſuorum infelici exitu audiêre, tunc non vlterius progredi, ſed in vrbẽ

Antuerpiæ tumultuatur.

1567. redire ſtatuêre. Regreſsi magnis clamoribus ſe proditos eſſe A conquerebâtur, quod fratribus laborantibus opem ferre eſſent prohibiti. Inualuit autem tumultus in tâtum vt aliquot maiora tormenta extorſerint, atque arma quibus inſtructi forum frumentarium occupârunt, moxq; explicatis vexillis rectà pergunt ad occupândam curiam. Verùm Aurantij, Hochſtratenſis, & magiſtratus vrbis, qui aderant reuerentia moti, primarij viri, qui in turba erant, animorum ferociam demiſerunt: captiuos tamen omnes tum æris alieni, tum criminũm nomine in carceres coniectos effractis foribus liberârunt. Po B ſtridie orta eſt periculoſa, ac prope tragica factio in ponte, qui Marinus vocatur, quam Aurantius ſumma prudentia, ac moderatione vſus, cum magno ſalutis ſuæ diſcrimine citra cædem compoſuit. Statutum autem, vt tres militum cohortes, quæ in magna platea vrbis in acie ſtabant, ad ſua hoſpitia redirent, & tormenta in armamentarium reducerentur, cùm omnia pacata viderentur, renouatus eſt tumultus, quod Itali, & Hiſpani, alijq; Pontificiæ religionis, cum ijs, qui Auguſtanam confeſsionem proteſtantium Germanorum ſequebantur, forum equorum occupârãt: Caluiniſtæ denuò correptis C armis in vnum conuenêre, vt alijs ſe opponerent, quos cõtra ſe conſpiraſſe iudicabant. Hæc ſeditio duos dies integros durauit, & nullus erat qui eius exitum luctuoſum fore non maximè metueret, vtraq; parte rem ad manus deducere cupiente. Sed Aurantius & conſules ciuitatis de omnium ſalute ſolliciti, tãtum ſuis hortationibus effecêre, vt diſsidentes ciues ad amicam tranſactionẽ deuenerint, quæ hiſce articulis continetur: *Vt ciues omnes vtriuſque religionis iuramentum præſtarent, ſe fidos & obedientes Regi, & Aurantio principi fore, pro communi, quicte, & commodo ciuitatis Antuerpienſis, eamq; tueri, & defendere cum omni di* D *ligentia, & ſedulitate velle: vt Gubernatores & magiſtratus non recipiant in vrbem militum præſidium, ſine communi conſenſu trium ordinum ciuitatis: Omnia priuilegia, & libertates vrbis integrè obſeruentur: vt pro cõmodo Reip. & negotiationis promotione, tranſactio facta in religionis negotio menſe Septembri præteriti anni in ſuæ vi, & poteſtate maneat: donec Rex conſilio generalium Ordinũ aliter ſtatuerit: vt magis inſignes vtriuſq; religionis promittant, ſe ita concorditer inter ſe victuros, vt cum neceſsitas poſtulabit, alius alium pro viribus iuuet: pro maiori ſecuritate claues vrbis in ma-*

Compoſiti tumultus, & tranſactionis formula.

in manus Aurantij principis tradantur, vt portas aperiat, & claudat cum ex- 1567.
vſu fore videbit: Diligentes excubiæ fiant à ciuibus & militibus, præterita
perpetuâ obliuione ſepeliantur: Qui excubijs agendis deſignati non erunt,
domi maneant ſuis negotijs tractandis intenti: Ad maiorem ſecuritatem vr-
bis quadringenti equites conſcribantur, & publicis ſtipendijs alantur: Scal-
dis armatis aliquot nauibus cuſtodiatur, ſi reformatæ religionis viris ita vi-
ſum fuerit, & ijs qui communi cōſenſu ad id munus eſſent deſignati. Omnes
vrbis incolæ cuiuſcumque conditionis & ſtatus, ad ſumtus qui fient pro
cōſeruatione vrbis, ſoluendos obligentur. omnia tormenta, quæ ſunt in pro-
B *pugnaculis & alijs locis, in manus Gubernatorum tradantur. Omnes tumul*
tus communi omnium opera ſopiātur ad quietem, & pacem totius ciuitatis,
& ſeditioſi carceribus mancipentur. Pro maiori ſecuritate, & integra ob-
ſeruatione harum rerum Gubernator & magiſtratus ciuitatis, ſimul eti-
am Proteſtantes ſolenni iuramento promittent, omnia quæ conuenta &
tranſacta ſunt, ſe inuiolatè ſeruaturos: Duces copiarum ac milites, qui nunc
pro tuitione vrbis colliguntur, aut poſtea colligentur, retineantur, donec
aliter conſtitutum fuerit. Cum hæ pacis conditiones vtrique par-
ti probarentur, primùm Hiſpani & Itali receſſêre, dein re-
formati (quos Gueuſios tunc vocabant) poſtea qui Ponti-
C ficiæ religionis erant ciues, & qui confeſsionem Auguſta-
nam amplectebantur.

Sub id tempus Haſſeletum oppidum Leodienſis Epiſco- *Haſſeletũ*
pi ditionis, ex quo Doctrina Pontificia profligata à Gueuſijs *deditum.*
fuerat, & ea de cauſa arctiſsimè obſeſſum, deditionem fecit
his ferme conditionibus: vt ciues impenſas obſidionis om-
nes ſoluerent, ſuis ſumptibus cœnobia & templa diruta in-
ſtaurarent, & deinceps fidem Catholicam Romanam profi-
terentur: hac tranſactione facta Epiſcopus vrbi militare præ-
ſidium impoſuit. Maſtrichenſes miſsis Bruxellas legatis ad *Maſtrichẽ-*
D Gubernatricem vrbem ipſius arbitrio regendam permiſerũt, *ſium &*
nulla nec priuilegiorum, nec libertatis conſcientiarum men *Antuerpi-*
tione facta. Ipſa cum Antuerpienſibus ita tranſegit: *Vt miniſtri,* *pienſium*
& concionatores omnes, qui Doctrinam, ab Eccleſia Romana minus proba *cum Guber*
tam, in populum euulgabant, quamprimum vrbe excederent. Omnes illius *natrice*
nouæ religionis conciones, conſiſtoria, conuenticula, collectæ pecuniariæ *tranſactio.*
ceſſarent, templa ſpoliata vel diruta in priſtinum ſtatum reſtituerentur: Cul-
tus diuinus ſecundum Romanæ Eccleſiæ vſum vbiq; inſtauraretur, vt concio
nes & aliæ cæremoniæ omnes, quæ tumultuum cauſa fuerant intermiſſæ, re-

1567. *dirēt. Vt nouorũ templorũ ſtructura ceſſaret, & nihil deinceps fieret, quod* A
eſſet religioni Catholicæ Romanæ contrariũ. Ciues et incolæ omnes Regi de-
bitã obedientiã præſtarent, omniaq; eius edicta integrè obſeruarēt. In ſua vr-
be nullos in poſterum exules, errones, ſectarios, fugitiuos, apoſtatas, & ſimi-
les ferrent, & magiſtratui ſua priſtina autoritas redderetur, militare præſi-
dium reciperent, quod intromiſſum Regi iuramentum præſtaret. Hæc ſi in-
uiolatè & bona fide ſeruarentur, promittebat Gubernatrix, neminem neq;
ibi, neq; alibi damnum vllum religionis cauſa accepturum, omniaq; in paca-
to, & tranquillo ſtatu mãſura, donec Rex cum ordinum cõſilio aliud ſtatuiſ-
ſet. Qui verò ad regiorum edictorum præſcriptum in religionis negotio vi- B
uere nollent, ijs libera diſcedendi poteſtas dabatur, & quo vellent abeundi,
niſi læſæ maieſtatis, direptionis templorum, iconoclaſmi, latrocinij, rebellio-
nis, coniurationis rei inuenirētur: promittebat etiã, ſe Regi ſcripturã, vt hæc
omnia rata haberet. Eæ verò cōditiones omnes, quas Guberna-
trix proponebat, ab Antuerpiēſibus approbatæ ſunt: exceſſē-
re vrbe ſtatim miniſtri, qui nouem numero erant, & eorum
templa clauſa fuēre, quæ poſteà pluris licitanti vendita ſunt
in commodum militum, qui vrbi præſidio erant, ſolum fiſco
adiudicatum. Idem factũ eſt in Flandria, Hollandia, Zelandia,
& alijs locis, vbi reformatorum religio recepta erat. Acerbæ C
aũt perſequutiones factæ ſunt in eos, qui tēpla expilaſſe, aut
imagines perfregiſſe accuſabantur, ita vt per trimeſtre ſpati-
um in vna Inſulenſi vrbe ad octoginta, qui in pagis vicinis
capti fuerant, ſuſpenſi fuerint.

Legati Principum Proteſtantium Germaniæ ad Gubernatricem.

Eo ferme tēpore quidam proteſtantium Principum Ger-
maniæ legati ad Gubernatricem venerunt, orantes vt, qui in
Belgio Auguſtanæ confeſsionis eſſent, ijs libertas conſcien-
tiæ concederetur, & præteritorum erratorum venia. Reſpon-
ſum illis eſt, ab ea non poſſe quicquam de illa re cōſtitui, pri-
uſquam Rex ſuam voluntatem explicuiſſet. D

Brederodius Amſterodamo diſcedit.

Brederodius qui Amſterodami erat à ſecretario priuati cō-
ſilij inde diſcedere iuſſus eſt, cui nullum reſpōſum dedit, ſed
paucis pòſt diebus quã ſecretarius reuerſus eſt, intēpeſta no-
cte ne hoſtes de ipſi⁹ profectione cognoſcerēt, vrbe exceſsit;
à multis nobilibus fœderatis cum tędis quãplurimis ad nauē
deductus, cum tota ſua familia: Valedicens nobilibus illis prę
cepit, vt nō diu in vrbe morarētur, ſed inde quãprimũ abſcede
rent, neminiq; in diſceſſu iniuriã inferrēt. Illi ſecundũ Brede-
rodij

A rodij monita, biduo pôſt cum ſuis, quas illic habebát, copijs 1567.
inde abiêrunt, ſed priùs aliquot milites Carthuſianorú cœno
bium, quod extra vrbis mœnia eſt, diripuerũt. Inde profecti
ad Abbatiá Edgmontaná, eam ſimiliter deprædati ſunt. Alc-
mariam vrbẽ prætereuntes vicinũ Regulariũ cœnobiũ expila
runt. Meguanus cum omnibus ſuis copijs (erant ad quatuor
militũ millia egregiè armata) diligẽter eſt pſequutus, cupiẽs
cũ illis cõfligere: ſed eos adſequi nó potuit. Cũ oppida quędá
fruſtra tẽtaſſent, qđ in patẽtibus cápis Meguano reſiſtere nõ
B poſsẽt, nauib. aufugere decreuêre, & cùm ad oppidulũ quod-
dá littoreũ perueniſſent, incolas coëgêre naues concedere ad
tráſuectionẽ, quas conſcẽdentes incolumes omnes è Holan-
dia abiêre, cẽtum exceptis, q tardiùs iter fecerát; qui licet ad-
modum pauci aduerſus Meguani copias pſequẽtes eſſent, pu
gnæ aleam ſubire q̃ ſe dedere maluêre, itaq; fortiter pugnãdo
pleriq; oẽs cecidêre, viginti tátùm capti ſunt, quorũ decẽ pati
bulo ſtatim affixi fuêre. Qui Vianę & in locis vicinis erát, au- *Quid Vianæ actum.*
dita ſuorũ fuga & clade, ſe diutius in ijs terris hęrere poſſe dif
fidẽtes, mutato habitu in varia diffugêre, q in Pontificiorũ ma
C nus deuenêre latronũ more ſuſpẽſi ſunt. Eorũ duces, qui cum
aliquot alijs ſe in nauim quandam receperant, vt in pacatum
abirent, malefidi nautæ ductu in Arambergij manus venêre.
Erant numero centum & tres, in queis erát nobiles ad ſexa-
ginta. Vehebatur in ea naui præda cœnobij Edgmontani, &
ad quadraginta millia tallerorum. Nobiles illi magna ex par-
te Viluordiam abducti ſunt. Viana poſtea ab Erico Brunſui-
cenſi occupata eſt. Hæc victoria fœderatorum animos fregit
ita, vt quiſque abiectis belli conſilijs, fuga ſaluti conſuleret.

Aurantius poſtquam intellexiſſet Albanum Præfectum à *Aurantius*
D Rege deſignatum cum magnis Hiſpanorum, Italorum & *Antuerpia*
Burgundionum copijs breui venturum, fluxam quorundam *excedit.*
optimatum ac nobilium fidem, & vulgi inconſtantiá exper-
tus, Antuerpia excedens Bredam ſe confert non paruo nobi-
lium, mercatorum, & ciuium numero comitatus, atque in-
de in Germaniam profectus eſt. Breui poſt Antuerpiæ dome-
ſtici milites exautorati ſunt, præter quatuor cohortes. Indi-
gnè id ferebant illi, atque in vnũ coëuntes tumultum excita-
turi videbátur, ſed ipſorum conatibus à magiſtratu obuiam

1567. itum, accito milite regio, qui in propinquo erat: ſiquidem A
Carolo Mansfeldio duce intromiſſa ſunt in vrbem ſedecim
peditum vexilla, prius aliquot curribus cum cohortum im-
pedimẽtis intromiſsis, & in compitis viarum poſitis, ne qua
vis ingrediẽtibus militibus inferri poſſet. Subſequuta Manſ-
feldium Gubernatrix, aulæ primoribus comitata, validáque
quingentorum equitum manu ſtipata, cùm Antuerpiam ap-
pulit, ſtatim iuſsit ſingularum familiarum nomina deſcribi,
itemq; arma, quæ in ſingulis ædibus inuenirentur: Et vt tur-
bæ religionis gratia excitatæ ſedarentur, & ſimiles tumultus B
in poſterũ præcaueri poſſent: Cõcepit & publicauit edictum
cuius hęc ferè ſumma fuit: *Vt iuxta edictũ anni ſuperioris in Iulio mẽ
ſe promulgatũ, miniſtri & concionatores, qui pertinaciter in ſua functione
manere vellent, præter bonorum omniũ confiſcationem, morte mulctarẽtur.
Qui ſuas ædes ad conuenticula habenda commodarent, eadem etiam pœna
punirentur. Item receptatores & fautores illorum, ſi id pro more haberent,
aut in hæreſibus tuendis peruicaces & obſtinati eſſent. Qui eiuſmodi con-
uenticula adirent, pœnam luerent arbitrariam, ita tamen, vt iudex videret,
an curioſitate quadam ducti id feciſſent, ſine armis: an vero propoſito arma-
ti. Concionatores ſub pœna capitis ſolum verterent: parentes, curatores, he-
ri, quòd filios, pupillos, & ſeruos conciones adire permiſiſſent, ad iudicis ar-
bitrium punirẽtur, & pueri ac famuli flagris cæderentur: vt clandeſtina con
uenticula citiùs proderentur, quicunq; illa detegeret, & locum, vbi haberẽ-
tur, indicaret, ſi eius ſectæ fuerit, & ad fidem Catholicam Romanam conuer
ti vellet, admiſſorum criminum veniam conſequeretur. Vt iuxta aliud præce
dẽtis anni edictum, iconoclaſtæ omnes, & alij templorum monaſteriorumq;
expilatores, & qui ijs conſilium dediſſe, aut opem tuliſſe conuincerentur,
bonorum publicatione, & ſuſpendio punirentur: cuiuis etiam fas eſſet, eos
comprehendere, & ad magiſtratus adducere, ne magiſtratus ad ea facinora
conniueret, ſed omnibus modis ea inſectaretur, ſub pœna arbitraria, & præ-* D
*ſtandi damni, quod eccleſiis illatum eſſet. Idem facerent, qui eſſent eccle-
ſiis vicini, aut parœciani non modò parochiales, eccleſias defendentes,
ſed etiam omnia eiuſdem parœciæ ſacella. Qui exercitia reformatæ reli-
gionis haberent, puta baptiſmum, matrimonium, cœnam, pſalmodiam,
diam, publicum cantum in conuenticulis, aut ſepulturam alio ritu, quàm qui
à Romana Eccleſia probatur, capitali ſupplicio afficerentur, qui illis auxi-
lium aliquo pacto præberent, pœna arbitraria punirentur. Infantes nati
mox in Eccleſiam deferrentur & Catholico ritu baptizarentur: parochi li-
brum.*

Edictũ Gubernatricis ad tumultus ſedandos.

A *brum haberent, in quo dies baptiſmorum, nomina baptiſatorum, parẽtumq́; & ſuſceptorum annotarent, pœna arbitraria conſtituenda in parentes, qui non iuſſerint infantes baptizari. Si baptiſmus ſectariorum more fieret, pœna capitis conſtitueretur, cum bonorum confiſcatione in baptizantẽ, & eos, qui pueros baptizandos offerrent: Obſtetrices ad iuramentum denuò præſtandum cogerentur, quod indicabunt, quarum puerperijs adfuerint. Si intra viginti quatuor horas à partu infantes non baptizarentur, parentes pœnas luerent: nullus ludimagiſter iuuẽtutem inſtitueret, nec publicè nec priuatim, niſi prius de fide examinatus à ſcholaſtico* Inquiſitore, *& duobus à* Senatu *de* 1567.

B *putatis præſtitoq́; iuramento iuxta formam præſcribendam, de non prælegẽdis libris, aut dogmatibus ab* Eccleſia Catholica *damnatis, hæc ſeruarent ante decimum diem, poſt huius edicti publicationem, aliàs pœnam arbitrariam ſubirent, & ſi deinceps hæreſis & errores docerent, capite & bonorum confiſcatione mulctarentur: parentes autem, qui ad eiuſmodi ſcholas liberos mitterent, pœna arbitraria. Prætores & magiſtratus cum viſitatoribus exactè obſeruarent decreta omnia, de typographis & bibliopolis promulgata, & immorigeri capitis & bonorum confiſcationis pœnã luerent, ſi pluries contra edicta peccarent: ſi ſemel tantùm, pœna extraordinaria punirentur; capitis tamen ſupplicium non ſubirent: qui libros vetitos emerent, ijs multa*

C *pecuniaria irrogaretur.* Quicunq́; regijs ſubditis, abſq́; Regis mandato, *collectas pecuniarias imponerent, pœnam arbitrariam ſubirent, & quadruplũ inſuper reſtituerent, partim fiſco regio applicandum, partim pauperibus erogandum, ſi qui verò tales collectas iam feciſſent, aut contribuiſſent, ob militem conſcribendum, aut in poſterum id facerent, tanquam rebelles & ſeditioſi capite plecterentur, & bona eorum addicerentur fiſco. Præterea eo edicto rebelles declarabantur omnes conſiſtoriorũ præfecti, & prohibebantur in poſterum conſiſtoria omnia, non in vrbibus tantùm, ſed etiam ruri: item conuenticula quæ vel cœnæ celebrandæ prætextu, colloquij vel viſitationis fierent, idq́; ſub eadem pœna. Iubebantur inſuper vrbibus excedere, ante ho-*

D *ras viginti quatuor exules, fugitiui, errones, apoſtatæ omnes, ij præſertim, qui ſub religionis prætextu eò veniſſent, & quidem ſub capitis pœna aut flagri aut exilij, pro meritorum ratione. Quicunq́; aliunde in* Belgium *veniſſent exules, iubebantur quamprimum abſcedere, ſub pœna in exilij literis expreſſa. Si alia cauſa ſui aduentus eſſet, adferre iubebãtur teſtimonia* parochi *& magiſtratus ſui, de vita ſua & cauſis diſceſſus ex alijs ciuitatibus. Poſtremò interdicebantur ſcandala omnia, turbæ, contumeliæ in homines Catholicos, in eccleſiaſticos, monaſticem profeſſos, & quidem ſub pœna capitis, & bonorum confiſcationis, ſi graue ſcandalum eſſet, aliàs arbitrariæ caſtigatio*

1567. *nis crimen iudicabatur.* Illud autem edictum etſi motus omnes A planè compeſceret, Reformatis ferè omnibus præ metu diffugientibus, & nemine contra Pontificios hiſcere auſo: tamẽ quòd præteritorum veniam non concederet, ac non perpetuum ſed prouiſorium eſſet, vt disertè hæc clauſula explicabat; *donec aliud in religionis negotio conſtituatur*; non parum ſolicitudinis multis adferebat. Nonnulli ad Comitiorum generalium determinationem hoc referebant, in quibus omnia ad communem patriæ vtilitatem agerentur, ſed euentus docuit, ſententiam in turbarum & tumultuum autores à Rege B (qui ſcripſerat, ſe ſibi ſeruaſſe criminum omnium dijudicationem) iam latam fuiſſe, cuius exequutio Albano regulo futuro proregi demandata erat. Sed Gubernatricis lene imperium, & promiſſa de Comitijs ſecundum patriæ leges habẽdis, ſæpius repetita, nihil ſæuum nec crudele de ipſa populum ſuſpicari ſinebat, & quę ea in re mẽs Regis eſſet, vt difficile erat ſcire, ſic eius arcana ſcrutari velle temerariũ & periculoſum videbatur, vt appoſitè & verè à Tacito dictum ſit:

Abditi Principum ſenſus, & ſi quid occultius parant, exquirere illicitum.

RICHARDI DINOTHI

DE BELLO CIVILI BELGICO

Liber II.

PHILIPPVS Rex grauiter admodum ferens 1567. motus Belgicos, vt ex Sororis literis, quas Montignyus & Bergenſis attulerant, intellexerat, quibus illa ſignificabat, ſe non niſi ad paucos menſes ſine grauiſsimo religionis detrimento, & Reip. maxima confuſione Belgium retinere poſſe: conuocatis ad ſe Hiſpaniarum proceribus ſeipſum in Belgium profecturum declarat, de forma, ac tempore profectionis cum ijs delibe-
C rat. Decretum tandem, & ad Gubernatticem reſcriptum, intra quadrimeſtre ſpatium Regem ipſum in Belgium eſſe venturum, vt ſubditos ſuos tumultuantes ad officium reduceret: ſed conſilio mutato alium ſuo loco quemdam mittere conſtituit, & exquiſitis ſingulorum ſententijs, an ad compeſcendos Belgij motus clementer cum ſubditis, an ſeuerè eſſet agendum, nonnulli, in queis fuit Regis confeſſarius, clementia & lenitate vtendum, in illis ad officium reducendis, cenſuerunt. Alij contrarium ſenſerunt, & in ijs generalis Inquiſitor fuit. Hanc ſententiam Rex ſequutus, Albanum Re-
D gulum cum proregis autoritate in Belgium mittendum ſtatuit. Interea dum Albanus ſe ad iter adcingit, Rex ad Paraſanum Proregem Neapolitanum literas dedit, vt veteranorum Hiſpanorum copię, in Inſubriam mitterentur. Idem perſcriptum Carolo Siciliæ proregi: Iuſſus eſt & Gabriel Gęuena Mediolani præfectus illas & ſuas copias, in Albani aduentum in Italiam, paratas habere, quem tandem cum ſummo imperio rerum militarium iuſsit in Belgium proficiſci. Ille paratis copijs in Inſubria & eum expectantibus, magna militum no-

Regis conſilium de pacando Belgio.

Apparatus bellicus Albani.

1567. biliumq; Hiſpanorum manu ſtipatus Barcinonem profectus A conſcenſis triremibus felici vſus nauigatione, Genuam applicuit, vbi (quia febris eum in nauigatione inuaſerat) aliquot dies commoratur. Monet per literas Guenam, vt iuſſas copias quàm citiſsimè inſtructas haberet, qui ſtatim iubet omnes Hiſpanos cum equitatu Alexandriam conuenire, quare paulò pòſt Albanus Aſtam venit, quandoquidem circa Duriam fluuium ipſius copiæ ſtatiua habebant. Erant circiter nouem veteranorum Hiſpanorum millia, ſeptem Italorum, & Allobrogum mille equites leuis armaturæ, & quadringen B ti cataphracti partim regij, partim ducis Sabaudiæ. Albericus Lodronius tria Germanorum peditum millia, quingentos equites Auguſtæ Vindelicorum colligit, proceditq; obuiam Albano Namurium vſque, ne traijciendis fluminibus prius ab hoſtibus opprimeretur, quàm in Belgium perueniret. Albanus Lotharingiam egreſſus aliquantulum temporis ad Theonuillam ſubſtitit, inde per Luxemburgum Namurium proficiſcitur, vbi iunctis cum Lodronio copijs, Bruxellas verſus iter intendit, cui cum copijs progredienti Edgmontanus obuiam proceſsit, Albanus conſpecto illo apertè, ita vt C ab omnibus adſtantibus & ipſo adcedente facilè audiri poſſet, dixit, En magnus hæreticus. Diſsimulauit in præſens Edgmontanus, quamuis nõ leuiter turbaretur, & ad ſalutãdum Albanum proceſsit. Illi ſimulatis vtrinq; blãditijs mutuo ſeſe complectuntur, & oſculantur more aulico, licet Albanus iam cum Cepinio Vitellio caſtrorũ magiſtro, & Gabriele Serbellone Mediolanenſi tormẽtorum bellicorum præfecto per Vincentium Locadellum Cremonẽſem de Edgmontano & Horneo capiundis conſtituiſſe diceretur. Cùm Bruxellas ve- D nit, tum in loca circumuicina ita copias diſpartitus eſt, vt in bidui ſpacio eas in vnum cogere facillimè poſſet, tum ad ordines & ſtatus Belgij literas, quas à Rege attulerat, miſit, ſimul declarans, quid ſibi eſſet ab ipſo demandatum, hortabatur omnes, vt Regi morigeros, & fidos ſe præberent, arma ponerent ac Catholicæ religionis ritus obſeruarent. Typis etiã excudendum ſcriptum atq; euulgandum curauit, quo declarabat, quam autoritatem à Rege traditam haberet, ampliorẽ multò, quàm Gubernatrix habuiſſet, qui ſupremus belli dux eſſet

Albani in Belgium aduentus.

Albani poteſtas in Belgio: & quid agat.

A eſſet conſtitutus, plenámque poteſtatem in conſtituendis, & 1567.
deſtituendis locorum præfectis & alijs rebus, quæ ad Reip. adminiſtrationem pertinerent, ordinandis haberet. Omnibus verò arcibus & munitis locis in poteſtatem redactis, illiſq; Hiſpanicis præſidijs firmatis, Inquiſitionem in malè de fide ſentientes inſtituit, iuſsitq;, vt religio, quam Rom. Eccleſia probat, per omnes Belgij prouincias inuiolatè ſeruaretur. Nouum etiam ſenatum, quem tumultuum conſilium nominauit, inſtituit. In eo erant duodecim ſenatores, qui de rebus
B capitalibus decernebát, & cùm multos vltimo ſupplicio afficeret, Teutonico vocabulo Blutrhat, id eſt ſanguinarius magiſtratus, vulgo cognominati ſunt. Præterea quàm plurimos quos ſuſpectos habebat licet nullius criminis accuſarétur, in carceres trudi iuſsit, & ijs, qui Belgij finibus exceſſerant, diem adſignauit, ad quem niſi domum redirent, omnes facultates, quas in regijs ditionibus poſsidebant, fiſco adiudicabat. Inquiſitores in Albani tutela, & patrocinio conquieſcentes, eiúſque fauore feroces, quoſcunq; nanciſci potuêre ex ijs, qui Rom. Eccleſiæ ritus minus probabant, in carceres con
C iecerunt, infantes, qui ſecundum proteſtantium morem baptizati fuerant, denuo tingendos ex vſu Rom. Eccleſiæ curauerunt, & coniugatos qui à miniſtris matrimonio iuncti erant, Romanæ Eccleſiæ ritu per ſacrificulos iterum connubio iungi coegêre. Qui Albani mandato parentes in patriam rediêre, magna ex parte ab Inquiſitoribus neci addicti ſunt, quorum alij ſecuri percuſsi, alij laqueo ſuſpéſi, alij aquis ſubmerſi fuêre. Albanus Gandauenſibus, ne Edgmontano refugij locus pateret, ſi fortè ipſius conſilia perſentiſceret, claues portarum ademit, & arcē præſidio Hiſpanico firmauit. Gan-
D dauenſes de hoc Albani facto apud Edgmontanum, q; Flandriæ præfectus eſſet, conqueſti ſunt. Is ad Albanum profectus pro Gandauenſium defenſione reſponſum tulit, in Regis gratiam & commodum factum eſſe.

Gubernatrix cùm ſibi ſuffectum Albanum videret, mittit ad Regem, qui poſtularet, vt poſt diuturnam adminiſtrationem Belgicarum prouinciarum liceret in Italiam ad ſuam ditionem redire, iſtud facilè ſibi concedi poſſe, cùm Albanus iam eſſet in Belgio, qui rebus omnibus pro arbitrio prouide- *Gubernatrix ex Belgio diſceſsit.*

1567. ret: id conceditur à Rege aliquótque millia coronatorum regia liberalitate ei donata, annuuſque reditus quatuordecim millium coronatorum perpetuus ei adſignatus, addita & gratiarum actio, quòd ſumma diligentia & fide omnia adminiſtraſſet. Belgio præfuit per nouem annos, hoc eſt, ab anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo nono ad annum milleſimum quingenteſimum ſexageſimum octauum; cum omni æquitatis & prudentiæ laude, quæ omnium iudicio populum ipſius, leni imperio aſſuetum facilè in officio retinuiſſet, ſi ipſi rerum gubernatio non fuiſſet adempta, & Albano tradita: Bruxellis excedens per comitatum Namurienſem, Annoniam & Arduennam, in Luxemburgicum agrum profecta eſt, inde per Germaniam in Italiam rectà contendit. Populus eius diſceſſum acerbiſsimè tulit, qui grauiſſima incommoda à nouis hoſpitibus præſaga mente expectabat.

Poſtea conuentus Bruxellis ab Albano indicti ſunt: In ijs regios codicillos ordinum delegatis oſtendit, quibus tota adminiſtratio, & præfectura Belgicarum prouinciarum ipſi tanquam in ijs terris proregi demandabatur. Interea copias peditum & equitum, quas Bruxellis habebat, paratos in armis eſſe iuſsit, vt ſi fortè tumultus exoriretur, facilè in ipſo initio reprimi poſſet: conſtituerat enim Edgmontanum, & Horneum captiuos facere, quos omnibus ordinibus charos eſſe ſciebat. Hi in conſilium conuocati fuerant, vt de reipublic. negotijs cum alijs primoribus, & conſiliarijs deliberarent. Edgmontanus è conſilio diſcedere, & domum ſe recipere ab Albano iuſſus, cùm cognitum eſt milites expeditos in armis eſſe, & nihil à populo metuendum, expectabatur à multis nobilibus, clientibus & famulis, qui eum honoris cauſa comitari, & ad ædes deducere volebant, ſed exiens è conclaui obuium habuit Fernandum Toletanum Melitenſem equitem, Albani filium & duos alios equites Hiſpanos, qui ipſi declarârunt, Regem velle ac mandaſſe, vt cuſtodiæ traderetur, proinde gladium, quo accinctus erat, ſtatim deponeret, vt captiuorum mos eſt. Reſpondit, ſe ex ordine equeſtri velleris aurei eſſe, idcirco arma nulli præterquam Regi ordinis magiſtro tradere

Egmondanus capitur.

re

A re debere, & operam fidelem, & ſtrenuam, quam Regi ac patriæ in bellis nauauerat aliam compenſationem mereri; ſed demum gladium, & pugionem illis equitibus tradidit, & ſe in carcerem duci paſſus eſt. 1568.

Horneus itidem à tribus nobilibus Hiſpanis, quos ad conclauis portam obuios habuit, captus eſt, & in aliam ædium partem ductus. Eorum autem cuſtodia militibus Hiſpanis demandata eſt, quibus imperatum, vt cauerent, ne quis eos adcederet. Eo ipſo die Backezeleus, & Caſsimbrotus, Edgmontani conſiliarij, & Hornei ſecretarius in vincula coniecti ſunt. *Horneus capitur.* *Capti & alij.*

B

Captus etiam eſt à Lodronio prope Antuerpiam Strallus, conſul Antuerpienſis, vir magnæ autoritatis, & valde opulentus, Bruxellas perductus. Volens itaque Albanus hoc pacto in eos animaduertere, quos ſub Gubernatrice rebellionis capita atque autores fuiſſe exiſtimabat, effecit, vt permulti vitæ diſcrimen ob inauſpicatum fœdus euitare conantes, facultatibus omnibus, vxoribus, & liberis relictis, fuga ſibi conſulerent, & in voluntarium exilium abirent. *Metu è Belgio multi fugiunt.*

C

Fugit & Abbas quidam Sancti Bernardi (locus eſt non procul ab Antuerpia) & ſecum magna pecuniæ ſumma aſportata, Coloniam venit, vbi depoſita cuculla in reformatorum terras abiens, viduam quandam opulentam in vxorem duxit. Tantus autem terror iniectus eſt omnibus Belgis, vt ad triginta millia hominum è Belgio diffugerint, eorum bonis fiſco addictis. Templa à Gueuſijs euerſa vbiq; inter Belgas inſtaurata ſunt, atq; cœnobia.

Quoniam autem Antuerpia, propter diuerſarum gentium appulſum, quæ eò ex omnibus Europæ partibus ob mercaturam confluunt, maximam habet claritatem, ac propter ingentes opes, & egregias munitiones magnam ad gerendum bellum opportunitatem, arcem ibi ædificare, atque præſidio munire conſtituit, ne ſi bellum oriretur (quod breui futurum præuidebat, propter exulum multitudinem & potentiam) graue incommodum ipſi adferret, & conſilia omnia atque conatus interturbaret. Coactis itaque duobus foſſorum, atq; operariorum millibus ciuitatem loco opportuniſ- *Arx Antuerpiæ extructa.*

D

1567. ſimo interſcidit arcemq; munitiſsimam pentagoniæ formæ A extruxit, quam efficiebant quinque ampliſsima propugnacula. Singulis autem peculiaria nomina indidit: primum Dux cognominatum eſt: Secundum à Toledo nomen habuit: Tertium Ferdinandi appellatione inſignitū fuit: Quartum Toletanum vocatum eſt: Quintum nomen architecti habuit: Is Pachiottus vocabatur. Circundata illa arx fuit profundiſsima atq; latiſsima foſſa, ea induſtria facta, vt quoties luberet, aqua per canales, ex propinquo flumine impleri poſſet. Magno etiam tormentorum apparatu, & valido mi B litum præſidio mūnita fuit, vnde magnus terror circumiectis populis, nedum Antuerpienſibus, iniectus eſt. Pro extructione illius arcis quadringenta florenorum millia ab Antuerpienſibus ciuibus exacta. Collecta autem eſt ea pecuniæ ſumma ex centeſima parte duabus decimis, & duabus viceſimis bonorum immobilium, quæ erant ſub iuriſdictione ciuitatis. Iis temporibus in Brabantia è plebeia muliere natus eſt infans gemellus complexu mutuo vnius corporis quidem, & vnius vmbilici, verū biceps, quadrupes, & quadrimanus.

Partus mōſtroſus.

1568. Inchoante anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octauo grauis perſequutio facta in eos, qui contra edicta regia C aliquid commiſiſſe dicebantur, ita, vt in paucis diebus ſupra mille, & ſeptingentos homines non obſcuri nominis neci dederit. Qui capi non potuêre, in ius vocati ſunt, cum ſe non ſiſterent, tanquam rebelles & perduelles damnati. Ad cancellos regiæ aulæ per fœcialem citatione ad ſonum tubæ publicata Aurantius, Hochſtratanus, Ludouicus Naſſouius, Bergenſis, Culemburgius & Brederodius, vti Bruxellis ad ſextū nonas Martias ſub exilij, & publicationis bonorū pœna ſeſe ſiſterent, iuſsi ſunt. Omnia autem ſollenni iuris ceremonia D peracta ſunt poſtulante procuratore fiſcali, qui exprobrata illis ſumma ingratitudine pro ingentibus meritis & beneficiis, quæ à Carolo Quinto Imperatore, & Rege Philippo eius filio receperant, obiecit illis, quòd rebellium defenſores & patronos ſe præſtitiſſent, bonam nobilitatis partem ad fœdus ineundum contra Regis autoritatem incitâſſent, plebi malignè perſuaſiſſent, Regem Inquiſitionem Hiſpanicam in Belgium introducere decreuiſſe, de capiendis armis & regijs offi-

Tyrannis Albani.

Aurantius cum alijs proceribus in ius vocatur.

De quibus accuſatus.

A officiarijs è Belgio expellendis conſultâſſe,tumultibus & ſe- 1568.
ditionibus initium dediſſe.Aurantius ad adſignatam per fœ- *Excuſat ſe*
cialem diem cum ſuis ſocijs non comparet, ſed varia officia, *Aurantius.*
quibus ipſe & maiores ſui Regem, eiuſq́; patrem proſequuti
fuêre, commemorans, & innocentiæ ſuæ ac fidelitatis erga
Regem teſtimonia multa proferens, ſcripto ſatis prolixo ꝓ-
teſtatur, illam citationem nullius ponderis habendam eſſe,
quia non citaretur ſecundum patriæ leges, neq; præfixis ter-
minis iuris,neque iudex idoneus eſſet,ſe equitem velleris au
B rei eſſe,non poſſe ſe acciri,niſi ad principem equitum Philip-
pum Regem, nimirum ſe, nec ſocios fuiſſe tumultuum au-
tores,ſed omnem illorum culpam eſſe in Inquiſitionem Hi-
ſpanicam,& eius defenſores reijciendam,falsò ſe læſæ maie-
ſtatis accuſatos,nihil in regiam autoritatem, nec in commu-
nem patriæ libertatem,& pacem molitos fuiſſe,quo perduel
les dici debeant.Licet autem prolixè procuratoris accuſatio-
nibus reſpondiſſet Aurantius, & declinatoriam ad eum mi-
ſiſſet,ipſe tamen cum ſuis publicata ſententia bonis fiſco ad-
iudicatis proſcribitur. Iuſsit etiam Albanus ipſius Aurantij *Aurantij*
C filium,quem ex Burani filia ſuſceperat, circiter tredecim an- *filius in*
norum natum,è Louanio vbi literis operam dabat, Antuer- *Hiſp.ab-*
piam adduci, qui poſtea miſſus in Hiſpaniam in Academia *ductus.*
Complutenſi ſtuduit.Rex fertur illi præbere in annuos cen-
ſus duo millia coronatorum.

Interea Aurantius cum Ludouico fratre in Germania prin *Aurantius*
cipes maximè proteſtantes conuenit, deplorans patriæ ſuæ *Germanis*
calamitatem,conqueritur,quòd contra conditiones pacis & *de Hiſpa-*
priuilegia Belgarum,omnes munitiones ſint plenę Hiſpanis *nis conque-*
crudeliſsimis hoſtibus omnium nationum , deplorat nobi- *ritur.*
D liſsimæ prouinciæ miſerias,quòd contra pactiones antiquas
arces pluribus in locis erigantur. Queritur, quòd Belgæ In-
quiſitionis Hiſpanicæ acerbitatem deuitantes,in multo ma-
iores,grauioresq́; calamitates incidiſſent, quia nouam reli-
gionem & patriæ libertatem vellent defendere:non agi tan-
tum de ſalute,& libertate Belgarum in præſenti,ſed de liber-
tate,& religione deniq; totius Germaniæ.Se cæteroſq́; mul-
tos nulla alia de cauſa eiectos eſſe è ſuis laribus, niſi, quòd ſe
protectores, & defenſores nouæ religionis profiterentur, &

1568. ſanguinariam Inquiſitionem non recipiendam eſſe cenſerêt. A
Non eſſe expectandum, vt cogerentur de patria pugnare, de vxoribus, de principatu, de religione cum Hiſpanis hominibus, ſubiugatis, & oppreſsis finitimis Belgis, ac trucidatis principibus cunctis Belgarum, ac defenſoribus; ſed in recenti adhuc difficultate implicitum Hiſpanum communem hoſtem inuadendum, & opprimendum, antequam radicibus altiùs actis cum tanta acceſsione finitimarum virium Germaniam quoque ipſam hoſtiliter inuadat. Non exiſtimandum vtique eſſe, illud bellum eſſe proprium cuiuſquam B
nationis, cuius cauſa in ampliſsimas prouincias conferri poſsit, quippe quòd ſimulatione hæreſeos bellum hoc tempore, & captiuitas aduerſus Belgas ſuſcipiatur, at reipſa dominetur cupiditas abſolutè imperandi antiquis principibus, per ſummam iniuriam è prouincia eiectis aut cæſis, quæ ambæ cauſæ certè communes ſunt defenſionis ipſi quoque Germaniæ, poſt ſuperatos Belgas, iure nihil eſſe formidaturam, cùm auaritiæ, & libidini dominandi certi fines potuerint conſtitui, extra quos Hiſpana cupiditas non cupiat peruagari. Se pro vicinitatis amicitiæque iure orare, pro C
cõmunitate legum & religionis, pro ſtudio æquitatis, quod tenentur boni principes viris bonis & innocentibus, & primoribus in primis per iniuriam è principatu eiectis præſtare, pro gloria Germanici nominis, quæ ſemper fuit maxima, miſeris & iniquè oppreſsis ſubleuandis, ne Belgas in tot calamitates deiectos, tot principes ſuis omnibus bonis auarè, & crudeliter ſpoliatos, tam miſerabili fortuna conſtitutos negligerent: cùm præſertim Belgica calamitas totius Germaniæ ruinam breui ſecum ſit attractura. Reuocat in memoriam Caroli Quinti indomitum ingenium, qui v- D
niuerſam prope Germaniam ſubiugauit, neque tamen tanta imperij amplitudine contentus multa etiam aduerſus Gallorum Regem bella geſsit.

Eo denique Germanorum principum animos vel nouæ religionis ſtudioſos, vel ſibi ob vicinitatem Belgij non nihil timentes, vel Auſtriacæ domus felicitatem ægris oculis aſpicientes perduxit, vt fœdere percuſſo omne genus auxiliorum liberaliſsimè promiſerint, quibus adiuuantibus duo-

decim

A decim peditum,& tria equitum millia colligit. Neque ſolum 1568.
his copijs,ſed etiam Belgarum armis adiutus, putabat ſe Albanum è Belgio eijcere poſſe, cùm futurum arbitraretur, vt continuò atque Germanica inſignia ſeſe infeſta, Hiſpanis oſtenderent, vniuerſi Belgarum populi tumultuarentur, atque arma communi conſilio ad Hiſpanos trucidandos capeſſerent, & commeatum certatim in caſtra comportarent. *Aurantius copias colligit.* At Albanus nihil his territus iubet publicè per præconem populo denunciari, ne conciones nouæ religionis haberentur: *Quid Albanus agat.*
B vt antiquæ religionis ritus vbique ſeruarentur; vt omnes ad templa, & ad ſacra munia accederent: vt arma eriperentur Belgis,& ad præfectos vrbium & oppidorum comportarentur. Antuerpia autem Bruxellas reuerſus Albanus, vbi comperit Aurantium, atque eius fratrem Ludouicum magnas copias cogere, quibus Belgium ab Hiſpanorum tyrannide vindicarent, & priſtinæ libertati ac tranquillitati reſtituerent, fretos multorum prouincialium fauore, Italos equites Tornaco euocatos, multis alijs per multa loca diſtributis, ad tuendos Belgij fines iubet proficiſci: præſidium ex
C Hiſpanis in arcem munitiſsimam Bredanam miſit: nouum quoque conſcribit militem, vt vim ſicunde inferretur, à ſe propulſaret. Metuebat enim non ſolùm à copijs, quæ in Germania conſcribebantur, ſed etiam ab ijs, quæ Hucnoſijs in Gallia militârant: verebatur enim, ne pace iam compoſita Aurantij cauſam amplexæ, aliquid in Belgium attentarent, nec in eo ſuum iudicium fefellit. Siquidem Billeus quidam Gallorum tria millia in vnum collegit, quos ſecundum Moſam ducebat, eo propoſito vt ſe cum Aurantio, qui in Germania erat, validiſsimis copijs ſtipatus coniungeret, aut cum i- *Galli militant Aurantio.*
D pſius fratre Ludouico, qui iam in Friſia non contenendas copias habebat. Albanus ſtatim cum de eius profectione audiuit, Lodronium cum quinque peditum cohortibus, & tribus equitum turmis Auila duce Ruremondam verſus miſit, cum ijs mandatis, vt Gallos eo vſque perſequeretur, donec Regis ditiones pertranſiſſent. Non potuêre tamen tantam diligentiam Lodronius, & Auila adhibere, quin Galli priores Ruremondam venerint, in quam tamen non ſunt ingreſsi, quòd oppidani eis portas occluſerint. Cùm eo Albaniani

1568. venêre, variæ fuêre ducum ſentētiæ, Lodronius ad Albanum A
redeundum, & hoſtes elabentes non perſequendos cēſebat,
quòd iam extra Belgij fines eſſent, ſed Auila eos inſequendos
& omni arte ad conſerendas manus adducendos dicebat,
quòd metuendum eſſet, ne aliquem munitum locum occu-
parent, aut cum maioribus copijs ſeſe cōiungerent: huic ſen-
tentiæ eſt à Lodronio aſſenſum, & Gallos ambo inſequuti
Galli cæſi. ſunt, quos prope vrbem Dalemum in Cliuenſi agro adorti
ſunt, eo quidem euentu, vt illorum pluſquam dimidia pars
cæſa ſit, cæteri magna ex parte in Friſiam ad Naſſouium ſe B
receperunt: Billæus cum multis alijs captus fuit, & Bruxel-
las ductus. His omnibus paucis pòſt diebus ceruices ab-
ſciſſæ ſunt.

Albani ſolertia. Albanus cùm certis nuncijs accepiſſet, Germanos facta in
Gallijs pace reditum parare in Germaniam, ſed conſtituiſſe
prius Belgium inuiſere, confeſtim mittit in Eburones Hiſpa
nos, & Italos equites omnes cum peditatu Galliæ Ciſalpi-
næ. Iubet etiam Bartemontij filium duo Vvalonum millia
cōſcribere. Duos itidem tribunos in Galliam mittit, qui Ita-
los equites à Rege exautoratos ad nauandam ipſi operā ma- C
gnis propoſitis præmijs ſolicitarent.

Coniuratio in Albanū. Eo tempore quidam, quorum præcipuus Carolenſis regu-
lus fuiſſe dicitur, in caput Albani conſpirārūt: coniurationis
autem ea erat ratio, vt vbi Albanus in cœnobium haud pro-
cul à Bruxellis conueniſſet, coniurati cum armis & malleo-
lis circumdarēt cœnobium, ac flammas ſubijcerent, & cœno-
bium cum omnibus qui inibi eſſent concremarent, trucida-
rentq; Hiſpanos, ſe ex incendio eripientes, vt Belgium ab il-
lorum immani ſæuitia, & tyrannide liberarent, exiſtimabāt
enim trucidato Albano, neminem ad gubernandum Belgiū D
mitti poſſe ſeueriorem, & cæteros præterea duces eius cæde
deterritos cautiores fore, neque tantam ruinam ac deuaſta-
tionem Belgij procuraturos. Ea coniuratione clàm Albano
per quendam è coniuratis patefacta, continuò miſſus eſt ma-
giſter caſtrorum ad capiendum principem coniurationis: ſed
Commune odiū in Albanum. cùm non fuiſſet inuentus, captus eſt vnus, qui munus illud
vnà erat ſuſcepturus. Erat in illis finibus plurimus ſermo de
coniurationibus, quòd omnes cupiebant, Albanum non tā-
quam

A quam proregem,& Rom. Eccleſiæ vindicem,qualem ſe iacta 1568.
bat,ſed acerrimum patriæ hoſtem & immaniſsimum tyrannum de medio tollere.Iſtud commune odium in illum omnium populorum non ſolùm excitatum fuerat propter ſummam ipſius ſeueritatem,ſed multo magis quòd videretur nimìs antiquas ſeditionum cauſas, & primarios autores perſcrutari, eorumq; cõſilia curioſiùs rimari. Ille tametſi omnium Belgarum,& finitimorum populorum odia in ſe conuertiſſe ſua ſæuitia intelligit: tamen ne quod indicium timoris
B edere videretur,multò atrociùs in quoſdã coniuratos animaduertit. Iubet Anciancio regulo caput amputari,principi eorum,qui ex Atrebatibus conuenerant:huic additi ſunt ſex ex primarijs illarum ciuitatum viri, opulentia & autoritate inſignes,paulò pòſt duodecim alij hos ſequuti ſunt, qui in ipſius Albani caput coniurârant.

Anciãtius regulus cũ alijs capite truncatus.

Ita verò Belgarum animi erant aduerſus Albanum irritati, tantaq; indignatio excreuerat propter illum in vniuerſam Hiſpanorum gentem,vt qui armis non poſſent vindictam de
C nece ſuorum ſumere,per famoſos libellos Bruxellis & in alijs vrbibus diuulgatos animorum ſuorum ardorem teſtarentur,in quibus omnia crudelia Hiſpanorum facinora continebantur,per quæ conabantur populos omnes aduerſus Hiſpanam nationem concitare:Siquidem ijs ſcriptis declarabatur, quę contra antiquam Belgarum libertatem,& priuilegia Hiſpani pluribus in locis feciſſent: eadem vbique omnibus Belgis expectanda; enitendum itaque eſſe, ſeruitutis iugum excutere,quod non modò viuentibus, ſed eorum poſteris parabatur.Iactam eſſe aleam de omnibus patriæ iuribus,niſi ma
D turè occurratur, de libertate, de religione,de facultatibus,de ſalute,de auitis laribus,quibus Albanus inhiabat: neminem virum fortem, bonum vel ſapientem poſſe appellari, qui patriam laborantem deſerat,aut qui breuitate miſeriarum retardetur, deterreaturq; à diuturna felicitate ſibi ac ſuis poſteris expetenda ac procuranda: oportere omnes fortiſsimè arma capere aduerſus communem hoſtem patriæ crudeliſsimúmque tyrannum. Quamuis autem nullum induſtriæ diligentiæq; genus prætermiſſum ſit ad eius ſceleris autores inueſtigandos; tamen nemo vnquam reperiri potuit.

Libelli famoſi in Hiſpanos.

1568. Porcius, & Iacobus Dauanus Gedunenſes magnam perditorum hominum multitudinem in Arduenna & locis circũuicinis vbi conſcripſiſſent, ad loca Leodio vicina peruenêre: rumor euaſerat eos ciuitatem ex inſidijs adoriri velle, verùm coniuratione detecta conatus irritus fuit. A

Naſſouij copia. Ludouicus Naſſouius in Friſia non contemnendas copias habebat: erant enim ei tria equitum, & decem peditum millia & iam Dammum, & Vedam occupârat, & Groningam obſidebat, vnde Albanus rebus ſuis timere cogebatur, & maximè quòd Naſſouius ſe arma cœpiſſe, palàm teſtaretur, ob reformatam religionem tuendam, proſcriptos reſtituẽdos, & Reipublic. commoda promouenda; ſymbolum eorum, qui ſub illo merebant, erat; *Aut recuperare, aut mori:* quo declarabant ſe ita obfirmatos eſſe in eo bello gerendo, vt priùs arma non ponerẽt, quàm eiecto tyrãno amiſſam patriæ libertatem recuperarent, aut pro illa adipiſcẽda vitã profunderẽt. Albanus nihil cunctandum ratus contra Naſſouium Arambergium comitem miſit cum mille, & ducentis Hiſpanis ex ijs cohortibus, quæ ex Sardinia venerant, quibus præerat Gonzalus Bracamontius: videbat enim niſi gliſcenti malo ſtatim obſiſteretur, magnum rebus ſuis incommodum obuenturum. Nam Naſſouius, cui indies vires augebantur, totam prouinciam breui in poteſtatem redegiſſet, aut cum fratre cõiunctis copijs in Belgium penetrans, ipſum Albanum de ſumma rerum dimicare cogeret. Hiſpani cùm in conſpectum hoſtilium caſtrorũ venêre, pugnæ auidi & Germanicæ militiæ contemtores, manus conſerere ſtatuêre, & ad tormenti iactum propè Naſſouij caſtra adceſſerũt. Volebat Arambergius, vt tãtiſper pugnam differrent, donec Hiſpanicus equitatus, quem Meguanus adducebat, & iam in propinquo eſſe dicebatur, aduenisset. Milites ſtatim reclamârũt cõtumelioſè, Arãbergiũ Lutheranum ac Regi nõ ſatis fidum vocãtes, qui certamẽ differre ideò volebat, vt effugiẽdi ſpatiũ hoſtibus præberetur. Is plurimis rationibus tũc à prælio ſuperſedẽdum oſtẽdebat eo in loco eſſe, vnde nõ poſſent niſi inordinati ad hoſtes procedere, non locum tantũ æquiorem illos habere, ſed copiarum numero multis partib. ſuperiores eſſe, ita vt vni Hiſpano cõtra decẽ Germanos pugnandũ eſſet, qui acies ordinatas & optima B C D

Hiſpani pugnæ auidi.

ptima

A prima diſciplina firmatas haberẽt, quas nõ ſolùm profligare 1568.
ſed etiã loco pellere difficile eſſet: ſed cũ Hiſpani tumultuãdi
finẽ non facerẽt, nec vllas excuſationes admitterẽt, in eorum
ſententiã deſcẽdit. Itaq; inſtructis ſtatim ordinib. Hiſpani ad-
uerſus hoſtes magno animo ꝓgreſsi ſunt. Naſſouius nihil ſe
loco mouet, donec hoſtes in ꝓpinquo eſſe videt, tũ in eos ac ri
ter inuectus cũ magna victoriæ ſpe, ꝙ ipſi numero lõgè infe-
riores eſſent, & iniquo loco pugnarẽt. Arãbergius vti ſtrenuũ
decebat inter primos fortiter dimicãs ſuffoſſo equo cadit, &
B à ſcloppettario pedite interfectus eſt. Sunt q adſeuerẽt, illũ ex
equo deturbatũ cum Adolfo, Naſſouię Comite, pedeſtrib. ar-
mis ſingulari certamine depugnaſſe, amboſq; mutuis ictibus
cõfoſſos corruiſſe, ſimulq; ſepultos fuiſſe. Cęcidêre in eo ꝑlio
præter equites, q pauci quidẽ fuêre, ſexcẽti pedites Hiſpani.
Naſſouius victor omnib. ferè militaribus ſignis, ſex tormẽtis
& ingẽti pecuniæ ſumma, quæ in ſtipendiũ militũ nuper ad-
uecta erat, potitus eſt. Fuit hæc pugna inter Leã & Vvinshot-
tam. Superuenit poſt horam Curtius Martinẽgus cum multo
equitatu, cuius aduentu regij recreati ad hoſtes redeũt, Gro-
C ningãq; magna arte quatuor peditũ Arãbergij, & totidẽ Ger-
manorum ſigna cũ leuis armaturæ equitũ manu introducũt.

Conflictus Naſſouij cum Hiſpanis.
Pereũt Arẽbergius & Adolphus Naſſouius, comites.
Naſſouius victor.

Illa Arambergij cædes cõfœderatorum cauſam nequaquã
adiuuit. Nobiles in magno numero captiui cõiurationis no-
mine dãnati ſunt, ac primũ decẽ & octo, inter quos duo fuêre
fratres Andelotus Vvinglienus, & Turlonius Cœchius regu-
li Battemburgẽſes, qui cũ tympanorũ ſonitu locũ ſupplicio-
rũ extra vrbẽ deducti ſunt. Battemburgenſiũ corpora fuerunt
humata, reliquorũ palis ſunt infixa. Sumpto de his ſupplicio
Edgmõtanus, & Horneus è Gãdauo Bruxellas adducti ſunt,
D comitantibus decem Hiſpanorum peditũ cohortibus, & vna
equitũ ala. Eo ipſo die quo Bruxellas venêre, lata in eos eſt tã-
quam perduellionis reos ſentẽtia, & poſtridie capitali ſuppli-
cio affecti ſunt. Sententia aũt in Edgmontanum lata, his fer-
mè verbis complexa eſt: *Illuſtriſſimus, & excellẽtiſſimus Ferdinandus*
Aluareſius Toletanus Albanus Dux, Prorex Philippi Regis cũ ſummo im-
perio, in his Belgarũ regionib. viſo crimimoſo proceſſu inter Regis procu-
ratorem actorem, & principẽ Edgmontanum captiuum reum, viſa etiam
informatione ipſius procuratoris, & omnib. ſcriptis oblatis & Edgmonta-

Fratres Battemburgij.
Egmontanus cũ Horneo, capite plexi.
Sententia.

1568. *ni confeſſione, defenſionibus ſcriptis diuerſi generis ad ſuam expurgationẽ, viſa etiã culpa ipſius Edgmontani proceſſus, qui læſæ maieſtatis, & perduellionis crimen commiſit, cùm fœderationis, coniurationisq́; fautor fuerit Aurantij, ac reliquorum procerum harum regionum, cùm præterea fœderatorum defenſionem ſibi receperit, ac depopoſcerit, cognitis item multis erroribus commiſſis in Belgica adminiſtratione aduerſus conſeruationem ſanctæ Catholicæ fidei cum ſeditioſis ac rebellibus ciuibus, cognitis item multis criminibus alijs quæ in ipſo proceſſu continentur, datum eſt, omnes concluſiones ſuas probaret Albano omnibusq́; ſuis conſiliarijs: idcirco declarat, prædictum Comitem commiſiſſe crimen læſæ maieſtatis, & perduellionis, atq; vt in hominem huiuſmodi gladio ſæuiendum eſſe, cuius caput in loco publico, ſublimiq́; ponatur, vt conſpiciatur ab omnibus. Ibi autem tandiu conſiſtat, quandiu Albano placuerit aut aliud decreuerit. Statuitur ne quis inde illud auferat ſub pœna capitis. Præterea decreuit vt omnia eius bona vbicunq; locorum illa reperta fuerint, cuiuſuis generis ſint, omnesq́; rationes, iura, feuda, hæreditates ad illum ſpectantes fiſco addicantur.* Bruxellis pridie non. Iunij. Sententia in Horneum lata huic omnino conformis eſt; niſi in articulo de protectione confœderatorum, & eo qui facinora contra auitam religionem commiſſa reſpiciebat. Ambæ in ſcriptis redactæ ad illos per iudicem rerum capitalium circa mediam noctem latæ ſunt. Fuit Edgmontanus aliquo modo, cùm tam atrocem ſententiam audijt, perturbatus, & de iudicibus conqueſtus dicebat, non tam grauiter contra Regem deliquiſſe, vt ita ſeuerè puniretur: Quod Gueuſijs, autoritatem Romani Pontificis vellicantibus, gratificatus aliquo pacto fuiſſet, neceſsitate atque temporis iniuria ad id compulſum fuiſſe, nunquam alienum à Rege aut Rom. Eccleſia animum induiſſe.

De hoc præcipiti, & ſeuero iudicio ad Regem literas Gallico idiomate ſcripſit, quas Epiſcopo Hyperenſi dedit, ſtipulata ab eo fide, vt eas in Hiſpaniam primo quoque tempore mitteret, daretq́; diligenter operam, vt in manus ipſius Regis peruenirent. Iis literis Regem orabat, vt pro anteactis meritis poſt mortem ſuam innocentis viduæ & miſerorum pupillorum rationem aliquam haberet, & non pateretur eas inopes, & egentes ad victum quærendum vagari. In principio cùm illorum duorum Comitum cauſa agitata eſt, illi iudices, qui ad cognoſcendam cauſam eam delecti erant, tanquam

A quam ſuſpectos & nequaquam idoneos reiecére, his potiſsimum rationibus freti, quòd cùm ipſi aurei velleris equites eſſent, ſe non potuiſſe nec debuiſſe alicuius criminis accuſari aut damnari, niſi coram alijs equitibus, quos ſolos iudices agnoſcebât. Illorum etiam vxores literas à Cæſare impetrârunt ad Albanum, quibus declarabat, eos captiuos principes imperij eſſe, qui non poterant iure capi, niſi priùs Cæſar, aut ſaltem Electores moniti fuiſſent: ne iura igitur Imperij præter æquitatem vſurparentur, oportere illos ſolutis vinculis 1568.

B priſtinæ libertati reddi, Albanus id non ſuo, ſed Regis ipſius iuſſu factum eſſe reſcribit, exploſa etiam illorum proteſtatione, & declinatoria lege in eos agi iuſsit, effecitq́; vt perduellionis rei facti vltimo ſupplicio adficerentur. In loco ſupplicij tabulatum eminens ex aſſeribus extructum fuit, per totum obtectum, duo obeliſci in eo erant ad affigenda præciſa capita, & duo puluinaria nigra, in quibus poſitis genibus preces ſuas ad Deum funderent, cùm à lictore decollandi eſſent. Prior Edgmontanus ſub meridiem adducitur à magiſtro caſtrorum, & duce Salinenſi cum ſuo peditatu, comitante Ype

Locus ſupplicij.

C renſi Epiſcopo. Erat indutus ſerica veſte purpurei coloris, at ſuperius nigram geſtabat, & nigrum etiam pileum pennatũ nigri candidiq́; coloris manipulo ornatum, manus ſolutas habebat ac liberas, non ſequebatur eũ carnifex de more, cùm adeſſet tantùm præfectus ſatellitum ordinarius in equo ſub tabulato, qui dextra virgam rubram geſtabat. Carnifex latuit ſub tabulato, donec Edgmontanus põtẽ aſcẽdiſſet, qui paucis cum Magiſtro caſtrorum, & Epiſcopo communicatis, ſuperiorem veſtem vltrò ex humeris deiecit, & in genua procubuit, deoſculataq́; crucifixi Chriſti imagine, ab Epiſcopo ob-

D lata, breuem oratiunculam ad Deum habuit, oculos tum ſtrophiolo contexit, manusq́; ſupra pectus decuſſatim complicauit, hæcq́; verba ex Pſalmo proferens: In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum: carnifici iugulum præbuit. Extincto Edgmontano, Horneus tabulatum conſcendit nigra veſte indutus, qui verba ad adſtantem populum fecit, obſecrans, ſi quos offendiſſet, ipſi errata cõdonarent, tum ſublatis in cœlum manibus, preces ad Deum fudit, populo ſupplicans, vt pro ſe oraret, tum confeſtim, à ſuperueniente carnifi-

1568. ce, decollatus eſt. Capita abſciſſa duob⁹ obeliſcis affixa ſunt, A
Capita obe-liſcis af-fixa. vbi per trium horarum ſpatium manſère. Antequam ipſi ad ſupplicium ducerentur, confeſsionem delictorum coram ſacerdote, vt Pontificijs mos eſt, ediderunt, ab eoq; abſolutionem receperunt, quamuis Horneus in principio id detrectâſſet, qui dicebat, ſe Deo, quem vt miſerrimus peccator offenderat, confeſſum peccata, & ab eo veniam per Chriſtum ſaluatorem flagitâſſe. Hiſpanicæ cohortes, quæ dum hæc agebantur ſub ſignis conſtiterant, poſt ſupplicium ſumtum (præter duas, quæ manſère, donec cęſorū capita ab obeliſcis amota B ſunt, mœſtæ diſceſſére, conſtantiā inſignium virorū admirantes & tantā fortunę mutationē. Tantum verò fuit Bruxellēſis
Fauor Bruxellēſium. populi ſtudiū, tanta omnis ſexus, & ætatis in Edgmontanū beneuolentia, vt magnus omniū concurſus ad tēplum Diuæ Claræ, in quo exſangue corpus in loculo poſitum erat, fieret, qui loculum deoſculantes, quo beneuolentiæ affectu defunctum proſequerētur demonſtrabāt: multi etiā fuêre, qui ſtrophiola in eius ſanguine effuſo intingebāt, quo viri fortis, & patriæ amātis indignę necis memoriā diutius conſeruarent, nec indigenis tantùm charus fuit, ſed etiam exteris. Etenim C Hiſpani, præſertim milites, ipſum è viuis ereptum ſummoperè dolebant, quòd ipſum ſtrenuum, magnanimum, atq; in re bellica peritum & fortunatum cognoſcerent. Dicitur etiā, Albanum ad tam triſte ſpectaculum, cuius autor fuerat, lachrymas continere non potuiſſe, fortaſſe rerum humanarum inconſtantiam perſpiciens, quam & ipſe, ſi à Regis gratia excideret, experiri aliquando cogeretur. Familia Edgmontani, poſt eius corpus plumbeo loculo impoſitum, gentilitia inſignia palatij ipſius valuis (vti mos eſt in magnatum exequijs) affixère, ſed Albanus ſtatim amoueri iuſsit. Tantū verò odiū D omniū Belgarū, & finitimarū longinquarumq; gentiū, ob inuſitatum facinus, in ipſum Albanum exarſit, vt niſi ante hūc caſum ingentes vires comparâſſet, vniuerſus Bruxellenſis populus in illum impetū feciſſet: nō enim terrorē, vti putabat, ſed opinionē inauditæ crudelitatis, & incredibile vltionis
Sepultura. deſideriū, per illud factum, animis mortaliū iniecit. Corpus ipſius Edgmontani poſt exequias celebratas, è templo Diuæ Claræ auectum, in oppido ſuo Sotteghē in Flandria tumulatum

A tũ eſt: Hornei verò in eius Comitatu in Campinia Brabãtiæ. 1568.
Fuit Edgmontanus ſtaturæ ſupra mediocrem, toroſo habi-
tu, & lacertoſus, corporis dignitate & decore formæ lectiſ-
ſimus, aditu facilis, alloquio perhumanus, pugnacis ingenij,
& ad pericula impauidus, qui bella celeritate, nõ mora & cũ-
ctatione conficienda iudicabat: ideo rem ad manus deducere
properabat, vt citius populus, cuius ſemper rationẽ habuit,
à bellicis incommodis liberaretur. Fidelem, & vtilem ope-
ram non ſemel Regi præſtitit, & præſertim in Anglia procu-
B rãdis ipſius cum Regina nuptijs, in Gallia ad S. Quintinum,
& Grauelingam, profligatis Gallorum veteranis copijs, tan-
tæ felicitatis compos factus, vt in ignominioſa nece laudem
& gloriam ſummam, nunquam interituram, reportârit. Poſt
Edgmontani cædem Albanus, quo ſæuus vbique appareret,
ipſius ſecretarium viuum ab equis quatuor in partes diſtra-
hi, & alios quatuor viuos comburi iuſsit.
His tam diris ſpectaculis Belgarum animi maximè territi *Belgæ atto-*
fuêre: alij conſcientiæ ſtimulis exagitati, alij vel ſuæ innocen- *niti.*
tiæ diffiſi, ne in tam grauia pericula per fraudes, atq; inſidias
C inimicorum aut inuidorum conijcerentur, cogerenturq; per
tormẽta fateri, quæ nunquã cõmiſiſſent, aut cogitâſſent, dif-
fugiunt ex omnibus Belgij ciuitatibus, atq; extorres patriã,
& facultates omnes relinquunt: & niſi ſpes fuiſſet, intra dies
paucos publicandę condonationis cuiuſdam generalis, plu-
res adhuc aufugiſſent. Permultis mirum viſum eſt, cur Alba- *Cauſæ, Al-*
nus in tam periculoſo tempore, ingruente præſertim grauiſ- *ban. ad hoc*
ſimo bello, cuius euẽtus maximè dubius videri poterat, Ed- *facinus*
gmontani, & Hornei necẽ accelerârit. Sed duæ cauſæ, cur Al- *mouentes.*
banus hoc accelerãdũ iudicauit, adſignãtur. Prima eſt, q̃ clade
D accepta in Friſia, eqtes, qui ipſius imperiũ ſequebãtur, pterri-
ti admodum erãt, nõ tam ob mali grauitatẽ, quàm q̃ ex malo
initio finẽ belli ſibi pniciosum fore pręſagiret: idcirco in ex-
ercitu pręſens eſſe volebat, vt ſuos pterritos cõfirmaret, & nu
tãtes in fide retineri: hoc aũt cõmodè fieri nõ poterat, niſi oẽs
ſuas copias ſimul in vnũ cogeret, qđ ſi fieret, metuẽdũ eſſe vi-
debat, ne populus, excitato tumultu, illos duos captiuos, ex-
pugnata arce, in qua aſſeruabantur, è vinculis liberaret, eoſq;
belli duces cõſtitueret, quãdoquidẽ ſe ſuoſq; adminiſtros, ob

1568. nimiam ſeueritatem in exigendis pœnis, exoſos cunctis ordinibus ſciebat: ob id ſatius eſſe duxit, antequam expeditionem in hoſtes ſuſciperet, à metu illo ſe liberaret, & omnem ſpē Belgicis populis præcideret, quam in ipſis repoſitam habebant. Altera, quod ignominiam ſibi & ſuæ genti factam ad Vuinshottam, vbi Hiſpani, qui capti fuerant, latronū more, ſuſpendio vitam finierant vindicare volebat. A

Prodigia. Mors autem Edgmontani prodigijs prænunciata fuiſſe dicitur. Antuerpiæ, die quodam, ipſi ex aula domum redeunti, duo moloſsi ſimul ludentes ſub ventrem equi, quo ille vehebatur, irrepſére, vnde exterritus equus corruit, cuius lapſu Edgmontanus grauiter læſus eſt. Ab amicis admonitus fuerat, vt ſibi ab Albano caueret, nec fallacibus promiſsis Hiſpanorum, Albani conſiliariorum, nec blandis ipſius Albani ſermonibus, & fucatæ amicitiæ fideret, ipſum eſſe, quem Albanus potiſsimum reformidaret, & propter populi fauorem, amorem militum, & in bello felicitatem: idcirco omnem adhibiturum illum machinam, vt ipſum è medio tolleret: ſed vis fati omnia ſana conſilia peruertit & in deſtinatum exitum, quamuis præmonſtratum & præuiſum, coniecit. Antequam Albanus in Belgium veniret, Aurantius ei denunciârat, quòd Hiſpanorum aduentum cupidè expectare videretur, & illorū adminiſtrationi faueret, exitiale illi fore. Tu, (inquit) vti video, pons eris, per quem Hiſpani in Belgium tranſibunt, ſed pons ille ab ipſis, cùm tranſierint, ocyſsimè deſtruetur. Statim poſt nobilium, & duorum Comitum necem, non procul à Louanio, ſanguinis guttæ ingenti copia ſunt repertæ. B C

Meguànus, apud quandam Abbatiam propè Gronningam globulo ictus, non multò pòſt obijt: Martinengus non modicum periculum ſubijt, equo ipſius cadente. Trucidati ſunt ex Gueuſijs ducēti, & totidem capti, ex Meguanis decē tantùm deſiderati. Cepinus Vitellius interea, dum Alban⁹ exercitum cogebat, congregatis, quas potuit, copijs, propè Groningam caſtra poſuit, quòd vrbs eſſet à Naſſouio, poſt victoriam de Arembergio partam, obſeſſa, non ſine multorum admiratione, quòd operibus & præſidio egregiè munita eſſet, omnibuſq; rebus ad tolerandam obſidionem neceſſarijs inſtructiſsima. Crebras autem eruptiones obſeſsi fecêre, quorū D

Groninga à Naſſ. obſeſſa. & quid ibi geſtum.

vna

A vna memorabilis fuit, in qua cùm obſidentes vellent impedire, ne obſeſsi foſsis ductis propugnaculum nouum erigerent, pugna acerrima cõtracta eſt, in qua periêre ex Naſſouianis circiter ducenti, & ex Hiſpanis non pauci. In vrbe captus eſt Gueuſius vnus, qui incendium in ea excitare volebat, vt occupatis in reſtinguendo igne ciuibus, ſocij, qui in caſtris erant, mœnia ſcalis admotis tranſcenderent. Naſſouius cupiebat, ante Albani aduentum, cum Vitellio manus conſerere, & ſæpe explicatis vexillis ad illius caſtra adcedens pugnæ B poteſtatem fecit. Vitellius nihil temerè periclitandum ratus, à prælio abſtinuit, dicens, ſe Albanum expectare. Varijs autem ſtratagematibus Naſſouius vſus, vt Vitellianos ad pugnã alliceret, ſed omnes conatus irriti fuêre. Albanus ad Cæſarem ſcripſerat, vt Naſſouium interpoſitâ autorate à Friſia reuocaret, qui miſsis ad eum literis iuſsit, vt exautoritis militibus à Friſia abſcederet. Reſpondit Naſſouius, ſe non poſſe, quòd iubebatur, efficere, niſi præmonito Aurantio fratre, & alijs confœderatis, velle illos de ipſius Cæſaris voluntate certiores reddere, vt communi conſilio reſponſum daretur: C multi tamen nobiles, Imperatoris iram veriti, caſtris Naſſouij deſertis, ad proprias domos rediêre. Ille verò nec propinquitate Vitellianorum caſtrorum, nec præſidiariorum, qui in vrbe erant, fortitudine & numero mouebatur, quo minus in obſidione maneret: ſed cùm Albanum cum valido exercitu magnis itineribus aduentare percepit, obſidionem quàm celerrimè ſoluens, prope Embdemum ſe recepit.

1568.

Soluta obſidio.

Albanus, maxima equitatus parte Groningam præmiſſâ, aſſumtis ſecum peditibus, Naſſouium inſequutus eſt. Hic caſtra poſuerat in loco admodum tuto. Ex vna enim parte D multis lacunis munitus erat, ex altera Embdemum ciuitatem in conſpectu habebat, quæ commeatus & alia neceſſaria ſuppeditabat, apparebatq; eum nullum detrimentum ab inſultantibus hoſtibus accipere poſſe, cùm illis vnus tantùm in caſtra aditus relictus eſſet, qui à paucis defendi poterat. Albanus cum ſuos in duas acies diſtinxiſſet, primam ad caſtra oppugnanda præmiſit, aliam ad incertos belli caſus reſeruans. Erant primæ aciei cohortes non in vnum denſatæ phalangis corpus conglobatæ: ſed oblonga ſerie ordinatæ: nam per

Acies Albani.

1568. viam tantùm publicam altius in campis eminentem iter fa- A
cere, ſeruatis ordinibus, licebat, à dextra læuaque ſtagnanti-
bus aquis, Auila & Menterus cũ trecentis delectis peditibus
præcedebant, qui hoſtes ad pugnã elicerent: Sequebatur ali-
quãto interuallo Romereus, cũ octingentis. Poſt eũ Zanchus
Lodoignus progrediebatur, qui mille ducebat. Hæ cohortes
Gonzaguæ, & Martinẽgui equitibus, ab vtroq; latere tanquã
alis, vtebãtur, reliquas primæ aciei copias Vlloa & Bracamon
tius ducebant. In poſtrema acie, quam regebat Albanus, erãt
ſex Germanorũ peditum ſigna, & quindecim Belgarũ, quæ le B
uis armaturæ equites ſequebantur. Diſiunctæ aũt erant, &
modico interuallo ſeſe ſequebantur, primæ aciei cohortes,
vt, ſi primæ pellerentur, ad ſecundas ſe reciperent, ſecundę ad
tertias, quoniam Albanus præuidebat, ſe non poſſe ab hoſti-
bus graue detrimentũ accipere, ſi ſui ab illis pellerẽtur, quod
reſtagnantes aquæ non minus Naſſouianis inſequentibus, ſi
victores euaderent, obfuturæ eſſent, quàm ſuis caſtra hoſtilia
oppugnantibus.

Albaniani, quos Auila & Menterus, in prima agminis fron
te, tanquam antecurſores ducebãt, intrepidè ad pontẽ, p quẽ C
ingreſſus in caſtra dabatur, ꝓgreſsi ſunt. Naſſouiani tormẽta
cãpeſtria ſex, & ſcloppetorũ magnũ numerũ in adcedentes
Naſſouia-norum fuga. diſploſẽre, qua procella cùm duos tantum Hiſpanos occiſos
viderẽt, in fœdam fugam, deſertis tormẽtis & abiectis armis,
cõuerſi ſunt, per auia & impedita loca diſcurrentes, tanquam
panico terrore acti. Naſſouius hac inopinata exercitus cõſter
natione territus fuit, ſe tamẽ nõ deſerit, ſed vultu, fiduciã ple-
no, ad milites perturbatos adcurrit, & ad capeſſendam pu-
gnam, hoſteſque è caſtris deturbandos hortatur. Illi emeri-
ta ſtipendia depoſcunt, & certamen ignauo metu detrectãt, D
nec vlla ratione adduci potuẽre, vt hoſtibus ora obuerterent.
Cùm omnia confuſa, & perturbata in caſtris videt, & feroces
hoſtes perturbatis inſiſtere, ac victoriam iam in manibus ha-
bere, fugam ipſe capeſsit, qui cùm ad flumen Emſeum perue-
nit, inuentã ſcaphã, qua celeritate potuit, in vlteriorẽ ripã tra
iecit. Hochſtratẽſis duobus antè è caſtris exceſſerat. Schvuen-
burgius è clade elapſus eſt, cum maxima parte equitatus:
cùm enim pedites pugnam detrectantes, & ducum imperia
ſper-

A Aſpernentes vidit: cædi ſe ſubducere, quàm inutilem conſtantiam oſtendere maluit. Periêre ex Naſſouianis ad ſeptem millia, ex Albinianis tantùm octo milites deſiderati ſunt, toti dē vulnerati, capta militaria ſigna viginti, ſedecim magna tormenta, quatuor ſigna ipſi Naſſouiani, ne ijs potiretur hoſtis, in aquas abiecerunt. Capti equi mille & quingenti, multa pecunia multaq; ſupellex argentea. 1568. *Strages.*

Grauia inde detrimēta Embdemenſis ager ſenſit, Hiſpanis tanquā in hoſtico omnia depopulantib. quæ cùm Albano re- B nūciarentur, ſe Embdemēſis reguli iniurijs fuiſſe ꝓuocatū dicebat, q Naſſouij exercitum vario cōmeatu iuuāṙat, & durāte cōflictu in Hiſpanicas cohortes tormēta è nauib. aliquot, quę prope vrbem in ancoris ſtabāt, diſplodi permiſerat, ideo meritas pœnas ab eo exigi, nec Hiſpanos, agros depopulātes, accuſari poſſe. Abſtinuit Alban⁹ ab oppugnatione vrbis, ꝓpter anni tēpus, tum ne magis irritaret Germanorum animos, qui eius ſæuitiam maximè horrebant, & eum è Belgio eiectum iri peroptabāt. Non diu itaq; cum exercitu in Friſia māſit, poſt quam hoſtes inde expulit, ſed quòd Aurantium cū magnis co- C pijs è Germania aduētare, per exploratores & ex multorū literis cognouiſſet, per Holandiā raptato exercitu, ad Maſtrichū peruenit, eo quidē conſilio, vt Aurantium tranſitu fluminis prohiberet. Coegerat enim ille iuſtum exercitum, vt patriæ adflictę, aduerſus Hiſpanorum immanitatem, opem ferret: priuſquam autem in Belgium intraret, Apologiā edidit, aduerſum Albani præiudicium, qua cauſas declarabat, quib. coactus fuerat, cum fœderatis & ſocijs arma ſumere, contra Albanum eiuſq; aſſeclas, nempe propter horrendam tyrannidem, quam ipſe in reformatæ religionis homines exercuit, & con- D tra Belgij ordines, quibus omnem autoritatem adimebat, ſe Dei præſidio & fauore fretum, decreuiſſe indignam Edgmontani & Hornei cædem, armis vindicare, eorumq; poſſeſsiones, fiſco adiudicatas, hæredibus reſtituere, reformatæ religionis libertatem adſerere, & Belgij ordinibus ſuam autoritatem. *Aurātij aduentus, & Apologia.*

Habebat Aur. vnis in caſtris ad triginta millia bellatorū tū peditū tum equitū, in queis erāt Gallici nominis duo millia ſcloppetariorum peditum, & duodecim equitū alæ, quorum *Copiæ Aurantij.*

1568. pręcipui duces erant Ienliſsius, Moruillereus, Rentyus, Moyus, Autricurtius, Eſterneus, Fequiereus, & Perſona. Cæterę copiæ magna ex parte Germanorum erant. Ducebant equitatũ Rolhauſenus, Heſsiæ Mareſchallus, Schombergius, Barbyus, Neasburgius Riedeſalus, Vvelſeus. Peditatui præerant Hatſtadtius, Schonnerus, Vvoluenus. Quædam cohortes in vexillis hoc ſcriptum deferebant, Pro lege, grege, & rege: quædam habebant Pelicanum, qui pro amore, quo ſuos pullos proſequitur, ſibi roſtro pectus fodiendo, illis mortuis vitam reſtituit. In caſsidibus equitum depictæ erant róſæ, quo ſymbolo innuere volebant, Reginam Angliæ fœderatorum cauſæ aduerſus Albanum patrocinari. Trahebat Aurantius decem tormenta, quatuor muralia, & ſex campeſtria: venit in ipſius caſtra, inter alios, Lumæus regulus, vir bellicoſus, & ingenio acer, propinquus, & adfinis Edgmontani, cum mille & quingentis galeatis equitibus, qui neq; vngues neq; capillos prius ſe præciſurum vouerat, quàm Edgmontani indignã necem vindicâſſet. Gallorum copiæ, cùm per agrum Luxemburgicum ad Huberti fanum veniſſent, monaſterium Andagienſe cum vico annexo depopulati, templum diui Huberti & monaſterium, octingentorum & amplius annorum opus, igne conſumſerunt. Aurantius traiecto Rheno regiam arcem Carpenſem ſecundo à Colonia lapide cœpit, & præſidio muniuit. In Limburgicam tandem ditionem, & Iuliacenſem agrum copias duxit, vbi quoq; arcem Vvitenam, quæ Culemburgici fuerat, recepit, cui pręſidium impoſuit, dein Arenbergum, & Epenum, inter Coloniam & Duram, vi expugnauit, ſimiliter & Hormeſonium, cuius præſidium totum conciſum eſt, qua ſæuitia irritatus Albanus nemini captiuo ex Aurantianis parcere poſthac voluit.

Albani copiæ. Erant in Albani caſtris ſex millia equitum, & triginta millia peditũ, quibus copijs Eburones inuadere in animo habebat, quòd multi, abnegata Pontificia religione, Epiſcopo Domino ſuo debitam obedientiam præſtare detrectarent, & Aurantio auxilium præbituri viderentur: attamen re exactiùs deliberata, conſultius viſum, priùs explorare, quorſum hoſtis iter intenderet, vt vbi maior videretur incumbere neceſſitas, ibi potiſsimùm ſuas vires opponeret. Cùm Limburgi

Auran-

A Aurantius aliquot dies ſubſtitiſſet,ad Eburones,miſſo præco 1568.
ne,à conſulibus & plebe trāſitum per ciuitatē ſibi dari poſtu-
lauit,qui penes ſe ſolos eius rei poteſtatem non eſſe reſpon-
derunt: ne verò ciuitas à tam valido exercitu detrimentum
aliquod acciperet, ſex peditum cohortes ad eius defenſio-
nem coëgêre.

Dum hæc agebātur,Albanus edictū Antuerpię publicauit, *Edictum Albani.*
quo iubebat,vt oēs,qui haberēt bona Gueuſiorū,aut ſcirēt a-
pud q̄s ſeruarētur,quæſtori generali,aut magiſtratui eius lo-
B ci,vbi ea bona eſſēt, indicarēt,pœna cōſtituta ijs,q occultarēt
celarēntue,aut extra Belgij fines aſportanda curarent, vt eo-
rum valorem ſoluerent, cuius tertia pars delatori addiceba-
tur,aliæ fiſco,qui ſoluēdo nō eſſet,arbitraria pœna puniretur.

Cùm ad Moſam fluuium Aurantius venit, quòd Albani co- *Tranſit*
pias in vlteriori ripa cerneret,quæ eum trāſitu prohibere vo- *Moſam*
lebant,aliquot dies ibi manere coactus eſt,interea vadū quę- *Aur.*
reretur,quia flumen traijcere aliter non poterat. Reperto va-
do,duobus ab Albani caſtris milliaribus, Aurantius properè
ſuos in vlteriorem ripam traduxit, & in colle, qui hoſtilium
C caſtrorum frontem deſpectabat,caſtra poſuit, explicatiſq; a-
ciebus,Albano pugnæ poteſtatem fecit. Conſtiterat Albanus
in loco admodum tuto & opportuno, pone habens Maſtri-
chum, vnde commeatus abundè veniebant, & quà dabatur
in caſtra aditus, eā foſſa lata & profunda munita erāt,Hiſpa-
ni milites rem ad prælium deduci cupiebāt, & ſuas alienaſq;
vires experiri:ſed alienus tunc fuit Albano à dimicando ani- *Cur Alb.*
mus,quoniam,quas habebat exterorum copias,non eam re- *pugnæ de-*
ligionis formam,quam ipſe,ſequebantur,ob id metuebat,ne *trectet.*
hoſtibus,propter ſimilem fidei profeſsionem, fauerent, & in
D ipſo pugnæ ardore ad eos deficientes, aut à pugna abſtinen-
tes,rem in manifeſtum periculum adducerēt.Sciebat præter-
ea, ſe omnes Belgij ordines infenſos habere,qui ipſi,non ni-
ſi inuiti,parebāt, & qui hoſtibus,ſi victores euaderent,prōtiſ-
ſimis animis adhæſiſſent.Statuit itaque leuiſsimis prælijs ho-
ſtes diſtinere,& ludificari,immiſitq; in eos equitatū, qui no-
uiſsimos poſtremi agminis carperet,quoniam Aurātiani ſpe
committendi prælij abiecta recedere videbantur. Illi cùm Al-
banum ad pugnam elicere non poſſent: inde digreſsi verſus

1568. Tongros iter ſuſcepêre, quã vrbem occupare ſperabant. Vrbs A
eſt parua, ſed ſitu & arte munitiſsima, pertinetque ad Epiſcopi Leodienſis ditionem. Lupius Acuna equitatus Albanici præfectus, vt Aurantium vrbi imminere vidit, properè cum ſuis turmis inſequutus eſt, & contracto cum ijs, qui præcedebant, acerrimo certamine, eos ab vrbe excluſit, & ſuos in eam introduxit. Periêre ex Aurantianis multi, qui euadere potuêre, Santronium ſe recepêre. Interea Hiergius cum ſuis noctu, quam occultè potuit, Thenas Brabantiæ, tribus à Louanio milliaribus, oppidum vt ciues ac Brabantos in officio conti- B
neret, eiſq; ſuppetias tempeſtiuè ferret, Aurantium anteuertens, contendit, ac magna celeritate præcurrit.

Quatridui exacto ſpatio Aurantius prope Tirlemontem partem copiarum fluuiolum tranſmiſit, aliam partem monticulum, in quo molendinum erat, occupare iuſsit, vt facilius Hiſpanorum caſtra infeſtaret. Albanus ſuos eò confeſtim miſit iubens Aurantianos adoriri & loco, quẽ occupârant, depellere in quos tanta vi, atq; impetu inuecti ſunt, vt in effuſam fugam coniecerint: Aurãtius relicto à dextra Tilmõtio, ſecundũ ripã fluminis Geetę iter fecit, & vado reperto, co- C
pias trãſmittere cœpit: de hoc Albanus per exploratores certior factus, è veſtigio Toletanum filiũ, cum quatuor millib. Hiſpanorũ peditum, & ſex bellicis tormẽtis, ac valida equitũ manu, qui trãſeuntes hoſtes inuaderet, antè quàm ſimul oẽs copiæ iungerẽtur, miſit, ipſe paulò pòſt filiũ ſubſeq̃tur, in animo habẽs, ſi daret occaſio, in ipſo traiectu fluminis aleã vniuerſi certaminis experiri. Toletanus vbi nemori cuidã ꝓpinquaſſet, quo hoſtes ſe receperãt: in eos tormẽta dirigit: at Aurãtiani, hinc tormẽtis, illinc ab eq̃tatu infeſtati, nullã pugnãdi rationẽ inueniebãt, ꝗ vndiq; circumuenirẽtur: manꝰ tamẽ D
cum Hiſpanis fortiter conſeruêre, quod in fuga manifeſtum exitium appareret, ſed creſcẽtibus Albani aduẽtu hoſtilibus copijs, & à ſuis nõ adiuti, fuſi fugatiq; ſunt. Periêre ex ijs, partim manu hoſtili trucidati, partim aquis ſuffocati, ſupra duo millia hominum: captus eſt Loueranus regulus Namurienſis, Aurantij familiaris, cui mox Albanus caput amputari iuſſit. Toletanus fluuium tranſgreſſus, fugientes inſequitur, qui tamen ad ſua caſtra peruenêre, vbi Aurantius ſuos, in colle quo-

Alb. perſequitur Aur.

Clades Aurantianorum.

A quodam, in acie diſpoſuit, multa tormenta in acies Albani 1568.
diſploſit, à quib. graue detrimentũ acceperũt: Adducta ſunt
Hiſpana tormenta, quæ cum in Aurantianos diſploderentur, collem deſerere coacti ſunt, & ad ſuos ſcloppetarios ſere
cepêre, qui in planitie conſtiterant. Albanus ipſe inter caſtra hoſtium & Tilmontium conſedit. Aurantius, tanta ſuorum iactura facta, in ijſdem caſtris, per aliquot dies, conſtitit,
quibus aſsiduè minutis prælijs certabatur, modò his modò
illis alternante victoria.

B Inde motis caſtris Aurantius Louanium verſus iter intendit, quòd ſperaret ab amicis oſtentatis viribus ſe receptum iri, ſed quòd nemo ſe ad illum recipiendum cómoueret, in agrum Leodienſem reuerſus eſt. Is quod tranſitus per Leodiũ *Mouet Caſtra Aur.*
vrbem denegaretur, eam obſedit, improuiſoq́; magis, quàm
aperto bello inuaſit, & ſuburbia diuorum Laurentij & Margarethæ, Afrodij denique pontis, occupauit, eâ ſpe concepta,
quòd Eburones à cleri forſitan fauore alienari, inteſtinisq́; ac
domeſticis diſcordijs diuiſi, rei bene gerendæ occaſioné præbituri eſſent, verùm ſecus, quàm ſperauerat, res cecidit: nemo
C enim ad eius partes tuédas ſe commouit, ſed omnes ad vrbis
defenſionem cóſenſêre. Ideo Leodiéſi ciuitate relicta, in Geldonię loca vicina, greſſu citato, ſuos duxit, vbi Boneſiéſe monaſteriũ incédit, cum aliquot dies ijs in locis moratus eſſet, in
agrũ Leodiéſem reuertitur: Ibi Limayus regulus, cum ſua peculiari equitũ ala, omnia incédijs & populationibus replet,
pſertim in eo tractu, q à Moſa eſt inter Leodiũ & Honiũ. Inde
moués Aurãtius ꝓpius hoſtes adceſsit, eoſq́; multo tubarum
clãgore, & tympanorũ ſtrepitu ad pugná vocauit, quam detrectârunt. Cùm illos ad certamé adduci non poſſe videt, Na-
D murium verſus iter capit, in Franciam ſe recipiens, vaſtitaté,
quacumque tranſibat, faciens vt ignauiam magis populi Belgici, pro cuius libertate bellnm gerebat, vlciſceretur, (vti credi par eſt, qđ præliũ toties depopoſciſſet) quàm hoſtes inſequentes à ſe auerteret: inter cætera Lauacnm peruetuſtum
oppidum incendio abſumpſit. Illa deuaſtatione audita Rex *Aur. cum Gallo expoſtulat.*
Gallorũ mittit, qui quereretur, quòd nulla laceſsitus iniuria,
Galliam hoſtiliter inuaderet, quibus reſpódit, iſtud fieri, partim ne hoſtis inſequeretur, partim quòd hoſtem eum puta-

1568. ret,qui Condei eſſet hoſtis, deinde illum iure optimo hoſtē A
cenſeri poſſe, qui palàm ſuis hoſtibus tanta auxilia miſiſſet.

Albanus,ad fanum Quintini vſque, Aurantium inſequutus eſt, vbi tumultuario prælio, cum magna vtrinque clade, certatum eſt. Coſſa qui à Rege Gallorum cum duobus ſcloppetariorum peditum millibus, & mille ducentis equitibus ad Albanum miſſus fuerat,abeuntium veſtigijs inſiſtit, vt nouiſsimos carperet,& quantum poſſet à populationibus prohiberet: qui propter laſsitudinem, aut aduerſam valetudinē Aurantium ſequi non poterant,cùm in Albani milites inci- B debant,ipſius iuſſu,ſi Germani erant,nudi flagris cæſi,Maſtrichum verſus pellebantur,qui Regis ſubditi erant, latronum more,omnes ſuſpenſi ſunt.

Galli,qui Aurantij caſtra ſequebantur,volebant,vt ipſe cū ijs,quas habebat copijs,in interiora regni penetraret, ad qđ ſe duces fore profitebantur,ſimulq; declarabant,nouas in dies copias in auxilium venturas,ex ijs hominibus, qui reformatorum cauſam probabant: ſed Germani id conſilium non

Cedit Aur. probàrunt,quorum cùm maior pars in patriam varijs itineribus abiſſet,ipſe Aurantius cum reliquis per Campaniam, Lo C tharingiam petijt,quam cum pertranſijſſet,non longè ab Argentorato illis,quo vellent, abeundi licentiam dedit.

Quid Alb. agat. Talem exitum habuit illa Aurantij expeditio,cum magno apparatu & ſpe ſuſcepta. Albanus è Belgio expulſo hoſte, Cameraci cum toto exercitu aliquot dies hæſit, deinde quibuſdam per fines eius regionis in præſidia diſtributis, pleriſq; dimiſsis,præſertim Germanis,nonnullis Antuerpiam, & Valencenas ablegatis,reliquis in Hollandiam. Cameraco diſcedens Bruxellas venit, mox ingreſſus templum, pro victoria adepta,laudes Deo cani iuſsit,pro qua non parum gloriæ ſibi D vendicabat, quòd tam potentem exercitum & populorum fauore ſubnixum,ſine ſuorum clade, repuliſſet. Ad perpetuā autem rerum, à ſe in Belgio geſtarum, memoriam, ſumtuo-

Tropæum Albani. ſum ac ſuperbum tropęum in arce Antuerpienſi erexit. Fuſilis erat ex cupro ſtatua, ipſum Albanum repræſentans,quæ ſub pedibus habebat biceps proſtratum corpus, ſex brachiorum,quorum vnum chartas deſcriptas tenebat,ſecundum tædam,tertium malleum ruptum, quartum clauam, quintum

crume-

A crumenam,ſextum ſecurim.Sub pedibus erat larua,pone corpus proſtratum erat ſinus vnde ſerpens emergebat, è cuius auribus ſcutella dependebat. Totum autem opus altitudine quindecim pedum,ſuper lamina eiuſdem materiæ collocatum erat: lamina verò poſita ſupra petra quadrangulari marmorea, cuius Baſis trium paſſuum amplitudinis. Omnia quidem affabrè compoſita, iuxta proportionem ſtatuæ. Titulus petræ triumphalis inſcriptus huiuſmodi erat: 1568.

FERDINANDO ALVARESIO A TOLEDO, ALBAE DV-
B CI,PHILIPPI SECVNDI HISPANIARVM APVD BELGAS PRAEFECTO, QVOD EXTINCTA SEDITIONE, REBELLIBVS PVLSIS, RELIGIONE PROCVRATA, IVSTITIA CVLTA,PROVINCIAE PACEM FIRMARIT,REGIS OPTIMI MINISTRO FIDELISSIMO POSITVM. Ad vnum latus erat altare cum hoc titulo: DEO PATRVM NOSTRORVM.Ad alterum aurora conſpiciebatur,tenebras noctis diſcutiens,cum hoc titulo: ἈΛΕΞΙΚΑΚΟΣ ἨΩΣ. Hoc opus egregium,à perito artifice fabre factum varias interpretationes habuit,omnibus quidem pro ingenij captu coniectanti-
C bus,ſed paucis Albani mentem adſequentibus. Quidam dicebant,ea duo capita in vno trunco,Edgmontanum,& Horneum equites auratos deſignare,alij duos fratres Naſſouios Aurantium & Ludouicum,quos Albanus vel magnis copijs, ſtipatos Belgio expulerat: quidam verò coniungentes ſcripturam cum figura,quam erecti tropæi propriam & genuinā interpretationem eſſe deberi dicebant,interpretabantur hūc in modum: Corpus, à ſtatua ſupplantatum,deſignare Flandriæ ſtatus,aiebant,qui per tres duces,aut capita regebantur, quorum duo ab Albano fuerant debellati, eccleſiaſtico ſtatu
D in ſua autoritate & libertate relicto: Duo verò capita in corpore proſtrato,dicebant, nobiles & plebem ſignificare, tria brachia,quæ tenebant ſchedulas,tædam,& crumenam,ad nobilium ordinē pertinere,quoniam ij ſupplices libellos Margaretæ Auſtriacæ,dum rerum adminiſtrationē habebat, porrexerant,& Proteſtantibus,aduerſus Rom.Pontificis Doctrinam,atq; autoritatem,fauorem,atq; operam præſtiterant,ritus Rom.Eccleſiæ abrogare,& Reformatorum religionem,à Pontifice damnatam,tueri & propagare cupientes:tria bra-

Coniectura de Tropæo.

n

1568. chia quæ malleum,ſecurim,& clauum tenebāt, ad plebē per- A
tinere,quoniam ijs inſtrumentis templa demolita eſſet.

Hoc pro tropæo ſuarum victoriarum Belgicarum oſtenta-
bat Albanus, in maximum omnium Belgarum contemtum,
quos parum inter ſe concordes,& rebus agendis inefficaces,
expertus fuerat,ſed ea gloria tam ſuperbo monumento illu-
ſtrata citò euanuit:ſiquidem Antuerpiēſes recuperata,poſt a-
Tropæum dirutum. liquos annos,libertate,eximij opis tropæū,velut de immani
Iudicia de illo. tyrānide triūphātes, diruerūt. Res indigna & admodū ſupba
pleriſq; omnib. viſa eſt,& pauci erāt,vel ex ipſis Hiſpanis,qui B
illud Albani factū probaret,ꝙ gloriari, & lętari videretur, de
populi calamitatib. quarū ipſe autor eſſet,& tyrannū magis q̄
proregē,& gubernatorē ꝓuinciæ agere velle: illatas iniurias
ſempiterna obliuione delēdas, & memoriā illarū,ſi fieri pōt,
nō eſſe refricādam,ꝑſertim apud eos,q acceperūt:non eſſe na
tionē vllā tam ignauā aut imbellē,quę æquo animo ferat,ſibi
obijci,& exꝓbrari acceptas calamitates,maximè ab ipſarū au
torib. Qđ ſi ad gloriā faciebat,oportuiſſe Regis potiꝰ illā ſta-
tuā erigi,cuius nomine & ſumptib. omnia bella geſta fuerāt.
Sed tātus erat illi Belgarū contētus,vt eorū animos irritare & C
exacerbare,q̄ lenire,& pacare glorioſiꝰ & vtilius exiſtimaret,
ꝙ Gubernatricis lenitas populos illos ferociores reddidiſſet,
ſeueritas,quā ipſe exercuiſſet,obſequētiores & mitiores effe-
ciſſe ſibi videret. Itaq; nihil de ſua priſtina atrocitate remit-
tēs,omne ſuū ſtudiū cōuertit,ꝙ terribilē & metuendū vniuer
Tyrannis Alb. ſis ſe ꝓberet. Diligēter ac ſolicitè ꝓfugorū,& malè de fide Ca-
tholica Romana ſentiētiū opes inqrendas curauit, eaſq; fiſco
addixit,edictū ꝓmulgari iuſsit, vt oēs typographorū,& bi-
bliopolarū libri Inquiſitionis magiſtratui afferrētur,quorum
magna copia,cū maximo mercatorū detrimēto, concremata D
eſt,arces ijs in locis, quos magnā habere ad gerendū bellū op
portunitatē putabat,exædificari p̄cepit;& maximè,in qb. tu-
multꝰ antea excitati fuerāt,vt Valēcenis in Annonia,Gronin
gæ in Friſia,Traiecti Batauorū.Nihil igiť ei agēdū ſupeſſe vi-
debatur,Belgis omnib. ipſius iuſſa facientib. niſi vt Politicis
rebus animū intēderet,& in adminiſtratione rerū certū ordi-
Comitia Alb. nē cōſtitueret. Hac de cauſa comitia generalia Bruxellis in-
dixit,in quibus multa diſcutiēda propoſuit, & hoc inter cæ-
tera,

A tera, ad reſarciẽdos prętoritorũ bellorũ ſumptus, cũ quadrin- 1568.
genta & amplius millia librarũ auri abſumta fuiſſent, ad li-
berandum eam prouinciã ſeditionibus: vt certi ꝓuẽtus regij
inſtituerẽtur, in reditus priuatorũ. Petijt itaq; ab ordinũ dele
gatis decimũ & vigeſimũ, atq; cẽteſimũ nummũ. Decimũ qdẽ
omniũ rerum mobiliũ, quæ diſtraherẽtur, viceſimũ rerum im̃
mobilium omniũ diuẽditorum, cẽteſimum iuſtæ æſtimatio-
nis omniũ tam mobilium, q̃ immobiliũ, quẽ ſemel Regi per-
ſoluerẽt. Hac pecunia dicebat, ſe ſtipẽdia militib. ſoluere, qui
B eſſent locis opportunis ꝓ tuitione patriæ pręſidio imponẽ-
di, tum loca oppignorata redimere, reliquũ referre in Regis
ærariũ, vt ſi q bellorũ motus exiſtãt, facilius reprimi poſsint.
Reſpõdẽt ꝓuinciales ſe certã pecuniæ ſummã numeraturos,
& in cẽteſimũ qdem nũmum cõſentiunt; q̃ ſit aũt durũ & mo
leſtum, etiã vigeſimũ, atq; decimũ reddere, exponunt. Actum
deinde eſt in omnibus Belgij prouincijs vt cẽteſimus nũmus
ſolueretur. Friſij, & Gueldrẽſes facta eis poteſtate cẽteſimum
redemerunt. Feruntur autem penè omnes ſtatus etiam in de-
cimum & vigeſimum cõſenſiſſe, ſed certis cõditionibus. Lo-
C co decimi & vigeſimi nummi Brabanti in ſummam quingen
torum quadraginta duorum millium librarum monetæ Ar
theſiẽſis, ſpatio duorum annorum, exoluendã conſenſerũt.
Non deerãt interim, q multis in locis odioſè Albanũ inſecta
rent, dicerẽtq; eũ iniuſſu Regis iſthęc attẽtare. Ita populus vel
religioni addictiſsim⁹, & regię dignitatis ſtudioſiſsim⁹, cœpit
hoſtilẽ animũ in eũ induere. Ne videret aũt Albanus in odiũ
libertatis Belgarũ, & reformatæ religionis omnia facere, rerũ
criminaliũ ſummũ iudicẽ Bruxellis ante curiã, erecto patibu-
lo, ſuſpendi iuſsit, quòd accepta pecunia veniam reis conceſ-
D ſiſſet, quòd innocẽtes diuexâſſet, famulum ſuum, opinãtibus
cõtrariũ alijs iudicibus, vltimo ſupplicio affeciſſet, quòd iu-
ſtitię prętextu varias oppreſsiones & exactiones exercuiſſet.
Tunc temporis Cognatus del Rio Louanij in quæſtionib. *Alb. triumphi exploſi.*
quodlibeticis cũ ampliſsimos Albani de Mauris, Gallis, Ita-
lis, Germanis, Cliuẽſibus, Belgis, & cęteris nationib. enarrare
triũphos inſtituiſſet; tãtus ſcholaſticorũ in ipſo actionis exor
dio pedũ oppioſus factus eſt, vt ꝓgredi in inſtituto encomio
vix poſſet. Paucis interiectis diebus duo Doctores ꝓpter ali-

1568. quod negotium Bruxellas profecti ſunt, qui à confeſſario Albani ſtrepitu ſunt obturbati mirantibus Doctoribus, & ſciſcitãtibus quid rei eſſet: reſponſum illis eſt, incommodo atque indecoro oploſu Louanij optimè meriti ducis Albani laudes exceptas fuiſſe, nec hactenus in tumultuãtes, & proteruos adoleſcẽtes fuiſſe animaduerſum, & Doctores re infecta diſcedere coacti ſunt. Poſt celebrata comitia edidit Albanus reformatoria in cauſis criminalibus quædam decreta poſthac obſeruanda, quæ Regis nomine promulgata ſunt. Poſtea generalem cõdonationem ac veniam anteactorum criminum, regali theatro magnificè ſtructo, Antuerpiæ ante prætoriũ vrbis, promulgauit, vt omnes ob elapſos tumultus ſe ſecuros eſſe putarent, nec alio migrare cogitarent. A B

1569. Illi Bruxellis agenti, cùm poſt profligatum bellum, ciuilibus negotijs animum aduertere decreuiſſet, ab Hiſpanico legato, Regis negotia in Anglia procurante, literis miſsis, eſt nunciatum Reginam pecunias, quæ ex Hiſpania Albano, ad ſoluenda militibus ſtipendia, mittebantur, intercepiſſe. Erãt quinquaginta nouem capſulæ, monetæ argenteæ plenæ, quã regales vocant, ad valorem octingentorum millium ducatorum. Iratus Alban⁹ iuſsit, vt omnes Angli, qui in Belgio erãt, prehenderentur, occupatis omnibus facultatibus, atq; in ipſorum ædibus milites Germani, tanquam in præſidio collocarentur. In Zelandia etiam quædam naues, pannis & alijs mercimonijs onuſtæ, quæ ex Anglia veniebant, ab Albani officiarijs ſunt captæ. Is præterea Regi in Hiſpaniam ſcripſit, vt omnes Angli, qui ad eas oras appellerent, caperẽtur. Tum vnum è ſuis ſecretarijs ad Reginam miſit, qui eam admoneret, ne Regis Hiſpaniarum negotia interturbaret, cùm nulla, cur id faceret, data illi occaſio eſſet, quem Regina audire noluit, quin grauiter facto Albani exacerbata, iuſsit, vt omnium mercatorum Hiſpanorum, qui in Anglia erant, bona caperẽtur, interdixitq; omnibus ſuis ſubditis, ne cum ijs, qui Hiſpani Regis imperio parebant, commercium haberent, donec planè de ipſius Regis voluntate conſtaret. Miſit etiam legatũ ad Regem, qui declararet, grauem iniuriam ab Albano, & Hiſpano legato Reginę illatam eſſe, quòd nulla data occaſione, Angli mercatores in Belgio, tanquam in hoſtili terra, cum facul- C D

Pecunia Hiſpan. à Reg. Ang. intercepta.

Legatus Ang. ad Hiſp.

A cultatibus ſuis detineretur, ſe quidem pecunias in nauibus, 1569.
quæ ex Hiſpania veniebant, cœpiſſe, ſed quas putauit (prout ſibi renunciatum fuerat) ad Genuenſes mercatores pertinere, quibus vti ad aliquod tempus decreuerat, totam ſummam cũ fœnore redditura. Si Rex eas pecunias habere vellet (etiãſi probè conſtaret, ad mercatores pertinere) ſe non impedituram, modò ſui ſubditi, qui in Belgio captiui detinebãtur, priſtinæ reſtituerentur libertati, ſe nunquam in animo habuiſſe, Regem Catholicum offendere, nec prouocare, cuius amiciti-
B am ſibi honori, & vſui eſſe nouerat.

Hæc ſemina diſſenſionum prudẽter repreſſa & ſopita, multorum opinionem fefellerunt, qui iudicabant, rem in apertũ bellum deuenturam, quòd Albanus ſuæ felicitati, & veteranorum militum virtuti confiſus, exoptare videbatur: ſed tẽpus docuit, ſi Regina Gueuſiorum partes defendendas ſuſcepiſſet, & ſocia arma cum ijs coniunxiſſet: Albanum tanto oneri ſuſtinendo parem eſſe nequaquam potuiſſe, cùm ſoli Belgæ concitato tumultu propter viceſimum & decimum nummum, ita eius ferociã retuderint, vt inglorius è Belgio in Hi-
C ſpaniam redire cogeretur: prudenter tamen Regina egiſſe iudicata eſt, quòd ab ijs turbis ſe explicuit, & bellum à ſuis finibus auertit, vt Pontificis Romani conatus & conſilia, qui bellum ciuile in Anglia accendere volebat, diligentia, & ſedulitate ſine magnis turbis eluſit.

Pontificis conatus in Anglia, & quid effecerit.

Eodem tempore, quo illa inter Regem Philippum, & Elizabetham Reginam agitabantur, miſit Pius Quintus Pontifex Nicolaum Mortonum, presbyterum Anglum & Theologiæ Doctorem, in Angliam, vt certis illuſtribus, & Pontificiæ religioni addictis viris autoritate Apoſtolica denunciaret, Eliza-
D betham, quæ tum rerum potiebatur, hæreticam eſſe, ob eam cauſam omni dominio & poteſtate, quam in Catholicos vſurpabat, iure excidiſſe, impuneq; ab illis, velut ethnicam & publicanam, haberi poſſe, nec eos teneri, illius legibus aut mandatis obedire. Qua denũciatione multi nobiles viri ſumſerant arma, pro auita religione tuenda, ſed quingenti circiter ex ĳs capti, & neci dati ſunt, & nemine amplius ſe cõmouere auſo, finis tumultui impoſitus eſt. In eadẽ cauſa duo nobiles viri, inter cæteros, de familia Nortonorum, Thomas &

1569. eius nepos Chriſtophorus, vltimo ſupplicio affecti ſunt, qđ A
nollét à Pontificia Doctrina diſciſcere, & Elizabethá legitimá
reginam agnoſcere. Pontifex eam denunciationem, quam in
Angliam miſerat, typis excudendam curauit, cuius exemplar
ad Ioannem Feltonum, virum nobilem, tranſmiſit, qui vo-
lens homines ſuæ gentis Pontificiæ religionis, quæ ſenten-
tia in Reginam lata eſſet, cognoſcere, Londini ad fores epi-
ſcopi exemplar, ſibi allatum, publicè affixit, quòd à multis le-
ctum, & à nonnullis tranſcriptum fuit. Captus ipſe Felto-
nus, & in duodecimuirali iudicio damnatus, Londini ad ſup B
plicium ductus eſt, qui cum à quibuſdam moneretur, vt à Re-
gina veniam peteret, non ſe illam læſiſſe, reſpondit.

Prodigia. Prope Louanium, in agro Heurienſi, fuit in Iulio grando
prodigioſa, quam præceſsit decimoquarto Maij terræmotus
vehemens, die ſequenti, & quarto ab illo, volantes in aere i-
gnes viſi ſunt. Poſtea ſubſequuta eſt prodigioſa tēpeſtas cum
hiatu, atque harenarum alluuione mirabili, qua circa cœno-
bium Parcenſe domus paſsim in pago Vuinckenboſch in ter
ram ad fauces vſque demerſæ.

1570. *Lodronius captiuus.* Sequenti anno Lodronius, Germanorum militum præfe- C
ctus, ob non ſoluta ſtipendia, à tumultuante milite Valence-
nis aliquandiu captiuus detentus eſt, Albanus eas cohortes,
quæ id facinus auſæ fuerāt, Antuerpiam acciuit, vbi non mul
to pòſt præcipui duces & tribuni, Lodronio è vinculis libe-
rato, motæ ſeditionis dāt pœnas, gregarijs militibus in ſuam
patriam redire iuſsis.

Diluuium. Iis temporibus tanta aquarum alluuies in Friſia, Hollan-
dia, & Zelandia, & alijs pleriſque locis, per inferiorem Ger-
maniam, facta eſt, vt diluuium nouum aduenifſe videretur.
Ita elementa futuras calamitates prænunciabant, quæ con- D
tinenti impetu Belgij prouincias, & præcipuè maritimas per
multos annos concuſſerunt.

Exules Belgæ monēt ſuos. Qui in Germania, Anglia & Gallia exulabant, ordinibus
Belgicis ignauiam, & ingratitudinem exprobrabant. Indi-
gnos ſe oſtendere, quibus exteri principes, & vicini populi,
qui ipſorum vicem dolebant, opem ferrent, qui tam volunta-
riè tyranno colla ſubderent, indignam laudabilium procerū,
& patriæ amantium necem, tam cito obliuioni traderent,
eos

A eos breui Hiſpanicam Inquiſitionem in Belgium introdu- 1570.
ctam viſuros,& ciuitates mercaturæ prouẽtu priuatas. Hiſce admonitionibus Hiſpani populo inuiſi reddebãtur, quibuſcum etiam ob quorũdam inſolentiã,& rapacitatem non bene cum indigenis conueniebat.

Illud odium maximè aluit viceſimi & decimi nummi im- 1571.
portuna & inaudita exactio,quam mirum in modum vrſit Al- Odiũ Belg.
banus, initio capto à Bruxellenſibus , quos arbitrabatur,q̃d in Alb.
ibi præſens eſſet, ipſius iuſsis obtemperaturos: at illi dicto vnde.
B obaudientes non fuêre : nam ceruiſiarij à coquenda ceruiſia, & piſtores à conficiendo pane abſtinuerunt, ne decimationem ferre cogerentur,tantus ob id fuit tumultus populi,vt ipſe Albanus vereretur, ne res in apertam ſeditionem abiret, cuius exitus incertus videbatur. Huic exactioni pariter ſe oppoſuêre aliæ Brabantiæ vrbes , item Flandriæ, Zelandiæ & Hollandiæ, præuidentes magnam confuſionem in omnes Belgij vrbes graſſaturam,& incolas in maximas anguſtias redactum iri, quòd exteri mercatores Belgium ſtatim deſererent, propter immodicas exactiones,quas ſi ibi manerent,&
C ſolitam negotiationem exercerent, ipſi etiam cum indigenis ferre cogerentur,quoniam quater, aut quinquies merces decimam ſoluerent, antequam ad inſtitorum,& tabernariorum manus peruenirent. Perſiſtebat tamen in ſuo propoſito Albanus,nec vllas rationes ab irritata plebe admittere volebat, exiſtimans frenum illi frequentibus , & validis præſidijs iniectum,ita,vt nullo modo ſe commouere poſſet, & iugum quantumuis graue,& durum ferre cogeretur. Sic totius populi odium in eum adeò exarſit,vt tanquam truculentiſsimum tyrannum armis perſequendum, & è Belgio expellen-
D dum,quocunque periculo,decreuerit: quãdoquidem, ſi diutius in præfectura maneret,certiſsimum exitium Belgicis prouincijs omnibus eſſet allaturus: ad hoc belli decretum alia etiam cauſa Belgas impulit,nimirum ſententia,hortatu Inquiſitorum patrum,à Rege in omnes Belgij ordines lata,ob primos tumultus,Inquiſitionis Hiſpanicæ cauſa excitatos,quæ oẽs homines cuiuſcũq; cõditionis,ſexus,aut ętatis q introducendę Inqſitioni refragati fuiſſent,& tumultuãtes populos p viribus non cohibuiſſent,perduellionis reos teneri,& pœnis

1571. quas lex maieſtatis ſtatuebat, obnoxios eſſe, declarabat, quas A omni ſpe veniæ præciſa ſubituri eſſent. Hæc vt maximè ſeuera erat, ita Belgis omnibus horrorem incutiebat, quia vix vlla familia ſibi ſecuritatem ab illa promittere audebat. Exiſtimabant itaque Belgæ, quòd Albanus publicam prçteritorum criminum condonationem, regio nomine, promulgâſſet: id feciſſe, vt impunitatis ſpe conceptâ, exules ad patrios lares redirent, & qui diſceſſum è Belgio parabant, retinerentur, & quum omnis metus ex hominum pectoribus ſublatus eſſet; ipſe ſecundum regiam ſententiam in omnes, quos Gueuſijs B aliquo pacto patrocinatos fuiſſe, aut ipſis pro viribus non reſtitiſſe, ex delatoribus cognoſceret, ſeuerè animaduerteret.

Scitum Inquiſitorū. Hæc ſententia Madritij anno Domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octauo lata fuit, prius decernentibus Inquiſitoribus, quorum ſcitum in hanc fere formam conceptū fuit: *Officium ſanctiſsimæ, & ſacræ Inquiſitionis interpellatum à Regia maieſtate præſente, vt ſuper abominabili crimine defectionis, apoſtaſiæ, & hæreſeos perpetrato per Regis ſubditos inferioris Germaniæ: Diligẽter perſpecta Regiæ maieſtatis informatione ſuper his rebus, perlectis etiam literis, & probationibus fide dignis, illi informationi additis, quæ à ſacroſanctæ Inquiſitionis officiarijs fideliter è Germania inferiori tranſmiſſæ ſunt; Dicit,* C *& ſtatuit in quantum pertinet ad profeßionem Theologicam, & conſcientiam: quòd omnes, & ſinguli Regis ſubditi inferioris Germaniæ (ijs tantum exceptis qui ſeorſim notati ſunt in informatione) tum reſpectu illorum, qui ſunt publici & manifeſti apoſtatæ, hæretici & deſciſcentes à Deo, à noſtra ſancta Eccleſia, & mandato Regis Catholici, ac obedientia ipſius, tum cæterorum, qui ſimulant, ſe Catholicos eſſe, officio ſuo non ſatisfecere, cui & Deo & Regi quantum ad religionem Catholicam & præſtitum ab ipſis iuramentum, ſunt & erunt obligati, ad reſiſtendum totis viribus, publicis, & manifeſtis apoſtatis, hæreticis & ſeditioſis, & impediendam eorum iniquã,* D *& ſceleratam factionem, quod initio tumultuum nullo negotio facere poterant, ſed è contrario à tam pia, & ſancta reſiſtentia prorſus abſtinuerunt, & propterea digni ſunt, qui habeantur fautores, & ſectatores publicorum, & manifeſtorum apoſtatarum, hæreticorum, & ſeditioſorum. Illi etiam nobiles, nomine ſubditorum libellos ſupplices contra ſanctißimam Inquiſitionem offerentes, aſtutè inflammârunt, atq; incitârunt hæreticos, apoſtatas & ſeditioſos, & proinde omnes illi crimen leſæ maieſtatis in ſupremo gradu commiſerunt. Ita dictum & ſtatutum in vrbe Madritio. 16 Februarij, 1568.*

Fuêre

A Fuére autem tam occulta,& ſecreta coniuratorum popu- 1572.
lorum in Albanum conſilia,vt is per ſuos exploratores (quã-
uis multos,& diligenter excubantes,in populo haberet, qui
omnium dicta,& facta notarent) nihil cognoſcere potuerit.
Certa verò dies deſignata fuit, in qua omnes vrbes aduerſus
Hiſpanos arma capere, eoſq́; incautos & diſperſos adoriri,&
ſi defenſionem pararent,ſine diſcrimine omnes trucidare de-
bebant: quod euentu non cariturum fuiſſe,plerique opinan-
tur,ſi vnius copiarum ducis temeritas diem non anteuertiſ-
B ſet.Is fuit Lumaius Marchianus,qui in Anglia naues aliquot
militariter inſtructas habens,moræ impatiens, códictam di-
em expectare non potuit:ſed velificatione facta, ex improui-
ſo Brielam Holandię vrbem adortus, in ſuam poteſtatem re-
degit.Res autem hunc in modum peracta eſt.

Coniuratio Belgarum in Hiſpanos.

Deſcenſione facta,cùm ad portam auſtralem venit; agge-
ſtis ad eam aridis faſcibus,& alia materia, quæ incendium a-
lit,ignem ſubiecit. Ciues repentina illa inuaſione exterriti
nullam defenſionem parârunt,ſed quiſque quietus domi ſuę
ſe continuit:interea milites appoſitis mœnibus ſcalis ad ſe-
C ptentrionalem portam in vrbem peruaſêre, nemine reſiſten-
te.Ingreſsi ſtatim ad templa concurſu facto, diuorum ima-
gines perfregêrunt,& altaria euerterunt.Albanus de hoc Lu-
mæi facto ſtatim certior factus eſt, ſed nullo modo turbatus,
quòd hoſtes à ſe vinci ſolitos contemneret,tantùm duas Hi-
ſpanorum cohortes,quæ Traiecti in præſidio erant, in Inſu-
lam miſit,vt inde Gueuſios expelleret, ſed illis ſtrenuè ſe de-
fendentibus,Hiſpani in effuſam fugam ſe coniecerunt,& cõ-
tinuato curſu per lutulenta itinera perſequẽtium manus ef-
fugerunt,à Dodracenſibus recepti.

Briela Hollandiæ occupata.

Hiſpani fugati.

D Boſſutius Comes, decem Hiſpanarum cohortium præfe-
ctus,veritus ne Gueuſij,qui Brielæ erant,vlterius in Hollan-
diã progrederentur:copias, quæ in ea prouincia Albano mi-
litabant,in vnum coegit, quæ mille & quingentorum mili-
tum numerum non excedebant,cum quibus,cùm Sciedamũ
vrbem,Brielæ Inſulæ finitimam,perueniſſet, naues conſcen-
dit,& poſtridie in Inſulam, nequicquam prohibentibus ho-
ſtibus,deſcendit:qui illum prohibere volebant, quòd nume-
ro & viribus inferiores eſſent,in vrbem ad ſuos ſe receperũt.

Boſſutij expeditio in Inſulam, & quo euentu.

1572. Boſſutius victoriam iam in manibus ſe habere exiſtimans, q; A hoſtes tam citò diffugiſſent, nullo in nauibus relicto præſidio, in interiora Inſulæ cum ſuis penetrauit, Brielani omni occaſioni intenti, cùm Hiſpanos longè è nauibus ſuis diſiunctos vidêre, maiori numero, quàm antea, in eos feruntur, tãto impetu atq; animorũ fiducia, vt pedẽ verſus naues referre coegerint: ſed Gueuſij aliquot cõſcenſis celocibus, in eas impetũ fecerant, & iniecto igne incenderant, ita vt nullum nauigium Boſſutio relictum eſſet, quo in vlteriorem ripam traijcere poſſet. Ipſe in eas anguſtias redactus, ſuos in conſilium vo- B cat, illiſq; demonſtrat, vrbẽ munitam eſſe, & valido præſidio firmatam, ſe tormenta ad quatienda mœnia non habere, omnes ferè Hollandiæ populos ad Aurantium deficere, ni maturè diſcederent, iter illis ad reditum intercludi facilè poſſe, quid in ea rerum difficultate potiſsimum agendum eſſet, diſpicerent, ſe illorum conſilium ſequi decreuiſſe. Omnesq; redeundum eſſe, quocunque periculo, cenſuerunt, quòd verò equis & nauibus deſtituti eſſent, coacti ſunt aquas multas vado tranſire, donec Dodracum peruenêre, inde in continentem tranſiêre, vt eò, vnde venerant, reuerterentur. C

Hiſpani quomodo Roterodami excepti.

Primus portus, quem inuenerunt, fuit Roterodamum, vbi ciues ianuis clauſis, & ſumtis armis ingreſſum illis prohibuêre. Duos duces ſibi delegerant, quorum alter faber ferrarius erat, alter piſtor. Hi cum ciuium promtiſsimos ad cuſtodiam portarum deſignâſſent, cæteros diſtinctis ordinibus ſub ſignis in platea ciuitatis continebant, vt vbi foret opus, ſi Hiſpani vim pararent, auxilia ſummitterent. Boſſutius perplexus admodum animo fuit, quid agendum ſibi eſſet, quoniam eò ſe redactum videbat, vnde non facilè ſe expedire poterat: neque enim retrò abire tutum, neque vlte- D rius progredi, ſi vrbe excluderentur: poſsibile videbatur, cùm vi ciues cogere non poſſet, vt tranſitum per vrbem concederent, ad preces deſcendit, quibus tandem effecit, vt ipſe intromitteretur, data prius fide, quòd nemini ciuium iniurius foret. Ingreſſus cum aliquot nobilibus, magiſtratus vrbis acceſsit, quos orauit, vt ſuis copijs liberum tranſitum per vrbem traderent, quoniam non ibi morari, ſed aliò proficiſci decreuerat. Illi poſt multas conſultationes tandem

A tandem permiſêre, vt deni tantum tranſirent, & ſine vllis ſcloppettis: venit itaq; ad portam, per quam ſui milites erant ingreſſuri, ibi iam erant duo vrbani duces cum valida ciuium manu, & in magna vrbis platea conuenêre in armis, ſupra quatuor millia hominum. Omnibus ita diſpoſitis, vt nihil periculi ab ingreſſuris timendum videretur: porta vrbis aperta eſt, vt decem Hiſpani primi tranſirent, ſed tantus numerus ſimul irrupit, vt portæ cuſtodes eam occludere non potuerint, tunc Boſſutius pugione, quo accinctus erat, vB num ex illis ducibus, qui feruentior videbatur, percuſsit, nobiles, qui ipſum comitabantur, euaginatis gladijs in cuſtodes irruerunt, quos partim trucidârunt, partim è porta expulerunt. Occupatâ eo pacto à Boſſutio portâ, omnes eius copiæ ingreſſæ ſunt, à quibus magna ciuium ſtrages facta. Ibi autem manſêre, omnia pro arbitrio regentes, donec ab Albano in obſidionem Montenſem accitæ ſunt. 1572

Vlißinga ab Alb. deficit. & qua occaſione.

Iis fermè diebus, quibus hæc in Hollandia acta ſunt, Vliſſinga Zelandiæ ab Albano defecit. Is ſatis validam Belgarum militum manum ex ijs, quos Vvalones vocant, præſiC dio impoſuerat, ad retinendum in officio populum, ſed quòd vrbs littorea ſit, & in eo loco ſita, qui magnam habet ad nauigationem opportunitatem: voluit arcem ſimilis ſtructuræ cum Antuerpienſi ibi exædificare, & ea de cauſa miſit ſuum architectum Paciecum, qui cùm arcem iam delineâſſet, ab Albano reuocatus, opus meditatum, & aliquo modo incœptum informe manſit. Perſpecto Albani conſilio Vliſſingenſes, odium, quo iam in eum deflagrabant, maximè adauctum eſt: Supra modum enim indignabantur, quòd D non ſolùm ipſos nouis, & immodicis vectigalibus opprimere volebat, ſed erectis etiam arcibus in duram ſeruitutem redigere. Cùm tumultus in dies per Belgium augerentur, Albanus Paciecum Vliſsingam, cum valida militum manu, qui ibi in præſidio forent, remiſit, vt deſignatam arcem quàm citiſsimè exſtrueret, ne loci opportunitate, excitato tumultu, priuaretur. Paciecus aliquot militibus Hiſpanis comitatus, cum deſignantibus hoſpitiorum præceſsit, qui cùm in deſignandis militum iam venientium hoſpitijs, tres aut quatuor ciues irritâſſet, qui dicebant, ſe præ cæteris

O 2

1572. eſſe grauatos: non enim poſſe tot milites hoſpitio excipere, A quot deſignatores imperabant, quòd facultates non eſſent pares. Pacieco & Hiſpanis, quos ſecum habebat, ſe ad id compulſuros illos minitantibus, contentio ita exarſit, vt à verbis ad pugnam deuentum ſit, in qua cum ciues inferiores eſſent, fugere cœperunt, & per vicos diſcurrentes, clamabant, Hiſpanos ad diripiendam vrbem, & ciues trucidandos aduenisse, actum de omnibus eſſe, niſi promto remedio impendenti periculo occurratur, peregrinam & truculentam gentem totius patriæ excidium meditari: Tumultus ſtatim per totam vrbē B excitatus, & clamor concurſantium ad tēplum parociale delatus, vbi maior pars populi erat, ſacris audiendis intēta: erat enim feſtum Paſchatis: Curio, cui Hiſpanorum conſilia patefacta fuerant, populo omnia reſerauit, eumq; ad defendēdam patriæ libertatem hortatus eſt. Statim ciues, omiſſo diuino cultu, ad ædes quiſque ſuas concurrêre, & properè correptis armis ad viarum compita turmatim confluxêre, vbi ſeſe mutuo ad viriliter agendum cohortati, Vvalones præſidiarios adorti, ex vrbe omnes pepulêre, Paciecum cum ſuis Hiſpanis comprehendêre, promiſcua plebe vociferante, vt Ducis tyrāni filius è medio tolleretur: Paciecum enim propter intimam familiaritatem, quam cum Albano habebat, eius filium eſſe C putabant. Ille ſtatim in tetrum carcerem cum ſuis ductus: milites, qui eum ſequebātur, iam ad portum peruenerant, & iactis ancoris, naues in ſalo firmârant, deſcenſionem protinus facturi: ſed cùm plebem commotam eſſe, & Hiſpanos in vincula coniectos audiuêre, ancoralibus funibus abſciſſos, & ſublatis velis fugam verſus Antuerpiam arripuêre, qui cum eo venêre, qui rem, ſicuti acta erat, Albano renunciârunt. Ille grauiter indignatus, & maximè quòd ipſius architectus, atq; D Hiſpani captiui facti eſſent: pro quibus recipiendis magnum redemtionis precium obtulit. Sed furibundus populus ad Albani poſtulationes aures obturauit, & crudeli barbaraq; vindicta captiuos omnes interemit: Mortuis abſciſſa capita, & in ludibrium Hiſpanicæ gentis, & ſtultum vindictę ſolatium in mœnibus patibulis affixa. Miſêre ſtatim Vliſsingenſes in Germaniam ad Aurantium, & in Galliam ad Naſſouium, Aurantij fratrem, poſtulantes, vt ſalubri conſilio & promtiſsimo auxilio

A auxilio ipſos iuuarent. Non enim ignorabant, Albanum o- 1572.
mnes conatus adhibiturum, vt acceptum damnum reſarci-
re,& ignominiam vindicare poſſet. Re autem multum deli- *Stratage-*
berata,probauit ſententiá eorum, qui dicebãt,claſſem quàm *ma Alb. im*
citiſsimè inſtruendam, in qua magnus militum numerus eſ- *peditum.*
ſet,qui ſimiles faſcias cum Gueuſijs geſtarent, & in malis at-
que caueolis nauium vexilla ponerentur ijs ſimilia, quibus
Naſſouius vſurus eſſe diceretur,cùm ad eam orá veniret. Ru-
mor enim ſparſus erat,illum cum aliquot nauibus, militari-
B ter inſtructis,eò breui appulſurum,& valida auxilia adductu-
rum,ſed conſilium Albani per Gallum quendam nobilem V-
liſsingenſibus detectum fuit,quod cùm ipſe reſciuit à propo
ſito deſtitit.

Canferenſes apud quos armamentarium erat inſularum *Canferẽſes*
omnium eius maris,non ſolùm tormentorum,ſed etiam pul *& alij Vliſ-*
uerum,pilarum & alterius bellici inſtrumenti, Vliſsingen- *ſingenſium*
ſium exemplum ſtatim ſequuti ſunt, plurimi etiam ex Mil- *exemplum*
deburgenſibus ciuibus ab initio tumultuum Vliſsingẽſibus *ſequuntur.*
vicinis promiſerant,ſe prçſidium militare,quod in vrbe erat,
C eiecturos, vnà cum ijs ciuibus, qui illud retinendum cenſe-
rent,& in libertatem ſe vindicaturos, communemq; cauſam
aduerſus Hiſpanorum tyrannidem totis viribus defenſuros:
ſed Beauoiſius,Barlemontij filius, vrbis præfectus, ipſorum *Beauoiſij*
conſilia peruertit: Ipſe enim Vliſsingam profectus,cùm de e- *conatus &*
iecto præſidio,& Pacieco cum ſuis capto audiuit, multis ra- *periculum.*
tionibus conatus eſt,Vliſsingenſes ad priſtinam obediẽtiam
reducere,temerè facturos,ſi bello ſe implicarẽt, aduerſus præ
potentẽ Regem, qui de ſe bene meritos non eſſet neglectu-
rus, pertinaciæ pœnas daturos, ſi in propoſito gerendi belli
D obfirmati eſſent,incertos euentus,& certiſsima pericula bel-
lorum eſſe: excidium vrbibus, & deſolationem agris ſæpiùs
adferre. Sed adeò obfirmatos in retinenda, & tuenda ſua li-
bertate eos inuenit, vt non ſolùm ipſius conſilium repudiã-
rint,ſed etiam eum pro hoſte habuerint, & tanquam captiuũ
detinuerint,ita,vt pro impetranda abeundi licentia, coactus
fuerit,egregia diſsimulatione eorũm facta laudare, atq; Hi-
ſpanorum proteruiam Albaniq; in primis deteſtabilem im-
manitatẽ palàm taxare,quò videretur ab ipſis perſuaſus, atq;

1572. in partes traductus. Cùm eum hæc feriò loqui putarent, Mildeburgum abire permiſſus eſt, data prius illis fide, quòd Mildeburgenſes, ad gerendum bellum contra Albanum, incitaret, atque in ipſorum partes traduceret. Mildeburgum reuerſus, nihil promiſſa curans, quæ coactus fecerat, diligenter vrbem pro Albano munire cœpit, omniáque procurare, quibus Gueuſiorum cauſam labefactare poſſet. Ramekeinneam arcem, Armuydenum, Tergoeſſum & circùm vicina loca, quæ nondum ad Gueuſios defecerant, in officio & fide, omni ſedulitate & cura adhibita, continuit. Iuuit eum ſedulò Albanus, milites, pecuniam & alios bellicos apparatus ſubminiſtrans, non ſolùm qui ſufficerent ad retinenda loca, quæ nondum à Rege defecerant, ſed ad ea, quæ amiſſa fuerant recuperanda. Volebat enim Albanus Vliſſingam inuadere, antequam à fœderatis auxilium ſummitteretur. Nam niſi gliſcenti malo maturè occureret, nuper renatum bellum diuturnum, & periculoſiſsimum fore præuidebat.

Vlißingenſes ſe muniunt. Vliſsingenſes, non leuiter ſe offendiſſe Albanum, perpendentes, ne in eius poteſtatem venirent, à quo nullam clementiam, nec lenitatem ſperabant, vndecunque auxilia conquirebant. Venêre eis è Gallia ductore Crezzio quingenti ſcloppettarij: ex Anglia maior adhuc numerus. Aurantius Germanos pedites etiam ad eos miſit. Nonnullos itidem in Scotiam ablegauit, qui delectum militum haberent, & quàm primùm in Zelandiam adducerent: Non enim ignorabat, ad gerendum in Belgio bellum, ornatiſsimam claſſem maximi eſſe momenti, quam inſularum poſſeſsio, & maximè Zelandiæ dabat.

Apparatus bellici vtriuſq; partis. Interea copias ingentes in Germania colligebat, vt in Belgium deſcenderet, & ſeſe cum Ludouico fratre & Gallicis copijs coniungeret, quò Albanum totis viribus adoriretur. Ipſe Albanus non minus erat bellicis apparatibus omnis generis faciendis intentus, vt hoſtium conatus irritos redderet, ſicuti in priori Bello fecerat, aut ſaltem curſum victoriarum interrumperet. Ob id ad Ericum Brunſuicenſem, & alios Germanos duces, qui Regi Hiſpaniarum merere ſoliti erant, miſit, monens, vt cum ſuis copijs in Belgium venire matu-

A maturarent, ne celeritate hoſtium præuenirentur, qui vndiq; Belgicas prouincias inuaſuri dicebantur. 1572.

Cùm externæ copiæ Vliſsingam appulêre, animus incolis maximè creuit, ita vt non amplius de ſuſtinendo bello, ſed de inferendo cogitarent. Explicatis itaque vexillis, in apertum prodiêrunt, & ad Mildeburgum vſque progreſsi, facibus portæ vni admotis, & diſploſis tormentis ad oppugnanda mœnia ſe parabant: ſed cùm viderent, præſidium diligenter omnia adminiſtrare, & ad pugnam excipiendam B paratum eſſe: ab oppugnatione abſtinuêre. Nec tutum eſſe rati, diutius ibi hærere, quòd Auilam, deſcenſione in inſulam facta, Ramuam vrbem, cum tribus alijs munitis locis, vi cœpiſſe, atque diripuiſſe, tribus peditum cohortibus, quæ ibi in præſidio erant, trucidatis, audirent: idcirco re infecta inde diſcedere coacti ſunt.

Vliſsingenſes quid tentent.

Auila cum à Mildeburgi mœnibus hoſtes diſceſsiſſe, & vrbem omni bellico apparatu ſatis inſtructam audijt: ſuos milites naues conſcendere iubet, & Antuerpiam, vnde venerant, redire. Hoſtes in quibuſdam maris anguſtijs eum C expectabant cum triginta celſis nauibus. Ipſe decem tantùm habebat, nihil tamen reformidatis hoſtium viribus, quòd ventus, & maris æſtus ipſius naues impellerent, plenis velis in mediam hoſtilem claſſem inuectus, eam perrupit, & ſine vlla ſuorum iactura pertranſiens, incolumis & cum gloria Antuerpiam redijt.

Interea qui Mildeburgi in præſidio erant, ne hoſtes, qui ad ſe obſidendos venerant, reformidare viderentur: ſub ſignis vrbe exeunt, & quàm proximè poſſunt ad Vliſsingæ mœnia adcedunt, eſt caſtellum prope vrbem, quod Suburgum D dicitur, ibi ducenti Vvalones in præſidio erant: Hiſpani in villa proxima in inſidijs quieti manſerunt: vt præſidiarios exeuntes intercipere, aut reditum in caſtellum præcludere poſſent, quo facilior eius oppugnatio eſſet: Non diu ibi morati ſunt, quin præſidiarij foras exierint, in quos tanto impetu inuecti ſunt, vt terga ſtatim vertere, & præcipiti fuga caſtellum repetere coegerint, & fugientium tergis ita inhæſere, vt pene cum illis in caſtellum ingreſsi ſint. Diſploſa ſunt ſtatim in mœnia aliquot tormenta, repetitis ictibus,

Vliſsingenſes caſtellū amittunt.

1572. quæ ſecum è Mildeburgo Hiſpani aduexerant, territi Vvalo- A
nes, quòd hoſtes ad oppugnanda mœnia corpora, atque animos parare crederent, quorum impetum ſe poſſe ſuſtinere, diffiderent: deſerto caſtello Vliſsingam ſe receperunt, ſuum factum excuſantes, quòd ſulfurei pulueris, & aliarum rerum, quæ ad tolerandam obſidionem neceſſariæ ſunt, inopiam ſentirent. Vliſsingenſes cum Canferanis ad tentandas Hiſpanorum vires ſub ſignis prodierunt, & cótractum ad primum hoſtis cóſpectum leue certamen, in quo cum ſcloppettorum procella obruerétur, ſtatim vnde venêre, properanti paſſu, re- B
uerſi ſunt, & Gallos & Anglos in hoſtem emiſerunt: hi rectà ad Suburgum tendunt, ſed illud adeò rebus omnibus, quę ad defenſionem neceſſariæ ſunt, inſtructum inuenerunt, & villam apud quam caſtra ponere decreuerant, perductis foſsis cum arce coniunctam, & à valida militum manu cuſtoditam, vt diutius ibi morari fruſtraneam operam fore iudicârint. Vliſsingam itaque re infecta diſceſſêre, quotidie tamen inter eos, & Hiſpanos leuia prælia ferebantur, cùm Vliſsingenſes quotidiana exercitatione portis exilirent, ad eliciendos ad certamen hoſtes, ſed in velitationibus, quæ frequentes fuêre, C
nihil memorabile geſtum. Creſcente auté in dies Vliſsingenſibus exterarum copiarum numero, creuit etiam animus, & vera vi caſtellum, cuſtodum ignauia amiſſum, recuperare decreuêre. Hiſpani vim hoſtium non experiundam rati, quòd locum, quem occupauerant, non difficilem expugnatu cernerent, & non magnam commeatus copiam haberent, Mildeburgum ſe receperunt, quam vrbem ad extremum vſque ſpiritum defendere, aduerſus omnem vim, ſtatuêre, cum arce Rammekenſi, quam exiguus Hiſpanorum numerus diligenter munierat. D

Vliſſ. caſtellum recuperant.

Inſulanorũ conatus.

Poſtquam Hiſpani Suburgo deſperata defenſione exceſſêre. Inſulani, cum exteris militibus coniuncti, in cótinentem traijcere, & Flandriæ vrbes ad defectionem ſolicitare decreuêre, vt communibus armis libertatem tuerentur, & acerbiſſimæ gentis iugum excuterent. Quamplurimas naues militariter iam inſtruxerant, vt mari bellum gererent, ea ratione, vt à Mildeburgo commeatus intercluderent, (cupiebant enim eam vrbem in ſuam poteſtatem redigere, quo totius inſulæ impe-

A imperio potirentur, & ne Rex ex Hiſpania Albano auxilia ſubmitteret, impedirent, & breui temporis ſpatio ſupra centum & quinquaginta omnis generis armauerant. 1572.

Aurantius Serraſsium quendam nobilem ad Vliſsingenſes à principio miſerat, cùm audiuit, vrbem ſe in libertatem vendicâſſe, vt militaribus copijs cum imperio præeſſet. Is cum cohortem Gallorum militum, pro corporis cuſtodia haberet: Angli ex æmulatione in eum indignati, in ipſius ædes vim facere ſtatuerunt, conuitioſè flagitantes, vt debita
B ſtipendia ſoluerentur, quod proculdubio feciſſent, niſi à Gallis arma tenentibus prohibiti fuiſſent, qui multis verbis hortati ſunt, ne tantum facinus auderent: etſi autem à vi temperârunt: tamen quietis animis eſſe nunquam potuêre, donec pecuniam recepiſſent. Galli ab ijs exemplo ſumto, ſtipendia etiam petiêre. Hoc militari tumultu ſopito, Serraſsius profectionem in Flandriam ſuſcepit, habebat ille ad tria peregrinorum militum millia, præter Vvalones, & Flandros. Relicta itaque Vliſsingæ adminiſtratione Bailino, naues conſcendit, & in vlteriorem freti ripam traiecit. Creſsius Gallicis copijs
C præerat, qui duas cohortes vrbis præſidio reliquit: Morgannus, Breinſtonus, & alij quidam tribuni Anglos ducebant. Quòd omiſsis Zelandiæ inſulis, in quibus faciliùs, & cum maiori felicis ſucceſſus ſpe, bellum geri poſſe videbatur, in Flandriam Vliſsingenſes transfretârunt, hoc in cauſa erat, quod à quibuſdam ciuitatibus vocarentur, quæ portas aperire, & communem cauſam amplecti promittebant. His promiſsis allecti, copias in Flandriam tranſmiſêre, eo animorum decreto, vt cùm ſociæ vrbes militare præſidium recepiſſent, & quæ ad defenſionem pertinebant, comparâſſent, aucto ex popula-
D ribus copiarum numero, ſublatis ſignis in Annoniam ad Naſſouium proficiſcerentur. Conſcenſis itaq; nauibus, in Flandriam nauigârunt, & primo appulſu, Oiſtburgũ & Edoyum cœperunt, dein Ardenburgum. Cùm ibi eſſent, aliquot Brugenſes ciues ad eos venerunt, qui de propenſo erga ipſos conciuium ſuorum animo certiores fecerunt, & maiorem incolarum partem erga Aurãtium probè eſſe adfectam, renunciârunt. Illi in vrbem remiſsi, vt cæteris, de fœdere cum Aurantio ineundo, eiusq; copijs recipiendis, perſuaderent, quæ ad

Expeditio Serraſsij in Flandriam cur ſuſcepta.

Conatus apud Brugenſes.

1572. tuendam communem patriæ libertatem cõſcriptę erant. Re- A
nerſi in vrbem plurimos ſuæ ſentētiæ adſtipulātes inuenêre:
ſed maior pars,conſideratè in ea re agendum eſſe, dicebat, &
nihil præcipiti iudicio aggrediendum,ne,ſi quid durius Aurantio
contingeret, vt incerti bellorum euentus ſunt, victoris
hoſtis ſæuitiam,in ſuam perniciem, experirentur: Itaque
conſenſum totius populi aut potioris partis exquirendum
eſſe,cenſuerunt. Cùm hoc Hiſpanis & Italis, qui in vrbe erāt,
atque Flandris,qui Albani partes ſequebātur,innotuit: hi populum
à tali conſilio,multis rationibus,dehortati ſunt,& tu B
tiùs atque commodiùs eſſe iudicârunt,ſi occluſis portis,Aurantianos
excluderēt,& neutrarũ partium ſe eſſe oſtenderēt,
ne dum vni parti gratificari vellent,aduerſum ſe alteram irritarent.
Serraſsius,qui nihil per vim,aduerſus tam populoſam
ciuitatem,tentandum eſſe iudicabat, cùm videt,negotium à
ciuibus in longum protrahi,impatiens moræ, & nihil boni,
Apud Gandauum. ex tam anxia illorum deliberatione,ominatus,ad vrbē Gandauũ
proficiſcitur,Flandriæ metropolim. Gandauenſes, cùm
eum à Brugenſibus non admiſſum cognouêre, portis occluſos
ab ingreſſu vrbis prohibere ſtatuerũt,& vt quo animo er- C
ga ipſum eſſent,intelligeret,validam militũ manum è portis
emiſêre,qui leuia certamina cum eius copijs confererent.

Serraſsius reditus in Inſulam,et conatus. Serraſsius veritus,ne ſi longiùs progrederetur, aliæ vrbes
primariarum exemplum ſequentes,ſe hoſtes declararent,iunctiſque
viribus,reditum in Zelandiam intercluderent,damnato
de profectione in Hannoniam conſilio,eò, vnde venerat,redire
conſtituit. Cōnſcēſis itaq; nauibus à nemine laceſſitus,ſuos
incolumes in Valachriam reduxit. Cùm verò Vliſſingēſes
apud Tergoeſſum vrbem Beuelandiæ vicinæ inſulæ
multos ſibi fidos amicos, & communi cauſæ patrocinantes, D
ſe habere putarēt,ne Serraſsius cũ ſuis copijs apud ipſos inutilis
hæreret,ad ſolicitãdos Tergoenſium animos,eũ in Beuelandiam
mittere decreuerunt. Deſcenſione in Inſulam facta,
rectà ſuos ad Tergoeſſum ducere voluit, & quoniam trãſeundum
erat per pagum,antequam vrbem in conſpectu haberēt,
noctu Gallorum ſcloppettariorum manum eò præmiſit, qui
cæteris iter aperirēt: hi occiſis excubitoribus, in pagum cum
Anglis,nemine reſiſtente,penetrârunt. Ducenti erāt milites,

quibus

A quibus pagi cuſtodia demãdata erat: hi ſubito Gallorum, & 1572.
Anglorum aduentu territi, nullam defenſionem parârunt, &
noctis tenebris tecti, citato greſſu ad ſuos in vrbem ſe recepe
runt, hoſtes adeſſe nunciantes. Serraſsius nihil cunctandum
ratus, ad vrbẽ adcedit, & ijs, qui in præſidio ibi erant, per præ-
conem denũciauit, ſi ſalui eſſe vellent, oppidum abſque vlla
mora dederent. Cùm nil pacatum loquerentur, duo campe-
ſtria tormenta, quæ ſecum adduxerat, promoueri in propin-
quam portam iuſsit, quibus & adiacentem turrim diuerbera
B uit. Obſeſsi ſcloppettis impigrè rem gerebant, qui nulla tor-
mẽta, præter duo minora, ex ijs, quos Moſquettos vocãt, ha-
bebãt: Serraſsiani aliquot ab illis vulnerati ſunt, vnde cæteri
ꝓpius adcedere reformidabãt, ſed cùm oppidanorũ ardor ali
quo modo refrixiſſet: Serraſsius ſuos vſq; ad labrũ foſſę ꝓmo
uit, vt ijs, q cõfœderatorũ cauſæ fauebãt, adderet animũ, ſi qd
in ipſorum gratia m moliri decreuiſſent. Cùm fruſtra in expe
ctatione eſſet, & nemo ad eius præſentiã ſe cõmoueret, ad qn
que milliaria ſuas copias reduxit, q, vt cogendos Tergoenſes
videret, & ſine muralibus tormẽtis omnem conatum ibi in-
C utilem fore. Ille Serraſsij receptus, quòd ex deſperatione ca-
piundæ vrbis fieri videbatur, Hiſpanis animum addidit ad e-
rumpendum, quo nouiſsimum agmen carperent: ſed ita cõ-
poſito ordine Serraſsiani incedebant, vt à perſequẽtibus ho-
ſtibus nihil damni acceperint. Non diu in eo loco moratus
Serraſsius, quòd quingentos milites ab Antuerpia, & ducen-
tos è Bergua ductore Toletano Albani filio aduentare audi-
ret, ſuos Vliſsingam reducere ſtatuit. Sed ciues illi aduenien- *Serraſſius*
ti portas occluſère, proditionis eum accuſantes, q, vbiq; Bru- *Vliſſinga*
D gis, Gandaui, & Tergoeſsi irritus ipſius labor atque conatus *excluditur.*
fuiſſet: ſibi enim perſuadebant, quàm plurimos ijs in locis
eſſe, qui communi cauſæ fauerent. Maior pars militum, &
Galli præſertim, in pago Soutlan conſtitère, quem ſubitario
aggere, & foſſa muniêrunt, vt aduerſus Hiſpanorum repen-
tinos aſſultus, tuti eſſe poſſent, quandoquidem ipſorũ præ- *Hiſpani ad*
ſidia non longè aberant: nec diu ibi fuère, quin illi, qui Mil- *oriuntur*
deburgi, Tergoeſsi & alijs propinquis locis erant, coniun- *Serraſſia-*
ctis ſenſibus, & armis eos adorti ſint. Venêre ſub diluculum *nos, & quo*
quòd eo tempore plerique milites ſomnum carpere ſoleant, *euentu.*

1572. & excubiæ mutari. Tanto autem impetu atque animorum A ardore, tranſcenſa munitione, Gallos & Anglos, qui in pago erant, adorti ſunt, vt vel ſtrenuè dimicantes, trucidatis ad quinquaginta ex illis, pedem vſque ad medium pagum referre coëgerint. Tunc auctis animis pleno gradu incedentes progreſsi ſunt, ſeſe mutuo cohortantes, vt territos, & defeſſos propellerent, aut pertinaciter reſiſtentes prorſus delerent, victoriam in manibus eſſe, ſi parum adniterentur: Galli & Angli quod in fuga nihil commodi, multum periculi, ineſſe viderent: ex neceſsitate & deſperatione pugna- B bant, Hiſpani ex fiducia victoriæ, ita vt atrox pugna inter eos redintegrata ſit. Sed cùm Galli haud dubiè premerentur, campeſtre tormentum in confertos Hiſpanos, & victoriæ imminentes, diſploſère, cuius ictu aliquot interfecti ſunt, cæteri, ſecundos ictus timentes, gradum repreſſerunt, de receptu cogitantes, quòd aduerſus tormentarias pilas, nulla neceſsitate, progredi, inſanum eſſe putarent, nec diſciplinæ militaris eſſet, aduerſus deſperatos pertinaciter pugnare. Hoc Gallos maximè recreuit, & in ijs aliquot Dieppenſes occaſionī non defuêre, qui perterritis inſtandum rati, in Hiſpanos acri C ter inuecti ſunt, quos cæteri Galli cum Anglis ſequuti ſunt, & ſeſe mutuò cohortati, tanto impetu hoſtes adorti ſunt, vt eos in præcipitem fugam coniecerint, multis occiſis & pluribus vulneratis. Manipulus vnus, qui in horreum quoddam, ad vitandum perſequentium furorem, confugerat, iniectis fa cibus concrematus eſt. Periêre ex Hiſpanis in eo conflictu ad centum quinquaginta, Galli Riuiereum tribunum amiſère, qui omnibus copijs charus erat, ideò Flandri & Angli nemini captiuo pepercêre, ſed quicunque in manus ipſorum venêre, ſuſpendio vitam finierunt. Dicuntur etiã Hiſpani huic D crudeli militię initiũ dediſſe, qui, quotquot ex Anglis & Flandris cœperant, immaniter ſuſpenderant.

Poſthàc pugnam Angli Zelandiâ excedere, & in Angliam redire ſtatuêre: vnde Serraſsius indignatus, illorum plurimos, qui equos habebant, eos ad reducenda tormenta tradere coëgit, quæ proteruè deſerere volebant, tentoria comburi iuſsit, & pagi illius partem. Ita copiæ illę, militarem diſciplinam nequaquam ſeruantes, & ducũ imperio parere recuſantes,

A tes, peſsimè bellum adminiſtrabāt,& ſuis inutiles, hoſtibus 1572.
contemtui erant,& cùm nullum refugij locum haberent; ob
rem enim malè geſtam, Vliſsingenſes eis portas occluſerant:
per quindecim dies hac atque illac,per Inſulam, vagabantur;
in magnâ cibariorum inopiâ,denegantibus ipſis omne auxi-
lium Inſulanis. Cùm in has miſerias eſſent redactæ cohor-
tes,& planè neſcirent,quo ſe verterent, nocte vna Galli, qui
in præſidio Vliſsingæ erant,multos è ſuis conterraneis in mu
ros ſubleuârunt, qđ cum Vliſsingēſes reſciuêre, reliquos in-
B trare in vrbem,ne quis tumultus oborirerur, permiſerunt; &
vt omni militari ſeditioni obuiam iretur, quæ facilè, in tam
effreni licentia & confuſione exercitus, excitari poterat,in
Tergoeſſum noua expeditio decreta eſt, vt vi vel fame ad de-
ditionē compelleretur. Capta ſunt Vliſsingæ, ad diuerberan-
da mœnia, nouem tormenta muralia, cum omni neceſſario
apparatu: Videbant enim maximam commoditatem ad id
bellum,quod gerere volebant,eius vrbis poſſeſsionem habe
re,quoniam è Beuelandia Inſula,in qua ſita eſt, Antuerpiam,
& alias vrbes multas inferiores Germaniæ, vinum, frumen-
C tum,lac,caſeus,ceruiſiæ & alia cibaria, quæ inſulæ ſuppedi-
tant,comportantur. Vrbs in paluſtri loco ſita eſt, mœnia ha-
bet ſatis firmæ ſtructuræ,ſed quæ turribus, in foſſam promi-
nentibus,vnde inuadentium latera peti poſsint, prorſus ca-
rent: foſſæ neq; latæ neq; profundæ ſunt, & portæ non ſatis
commodè inſtructæ. Ibi erant in præſidio duæ peditum co-
hortes,vna Hiſpanorum,altera Flandrorum,qui licet tormē-
tis carerent,obſidionis incommoda tolerare decreuêre, hac
ſpe potiſsimùm ſubnixi,quòd breui Albanus auxilia, vti pro-
miſerat,miſſurus eſſet. Serraſsius ſuburbia ſtatim occupauit,
D vbi cuilibet nationi ſeorſim hoſpitia deſignauit:pòſt tormen
ta promouit, & duobus in locis mœnia diuerberare cœpit,
nempe ad portam,quæ capitis dicitur,& aliam,quæ ei oppo-
ſita eſt. Mœnia ſtatim deiecta,& ruinæ ſatis amplæ factæ ſunt,
quæ ad portam capitis erat,viginti quinque paſſus in longi-
tudine habebat, per quam magnus Gallorum,& Anglorum
numerus in vrbem irrumpere ſtatuit, Creſsius ſcalas mœni-
bus appoſuit,vt ijs tranſcenſis in interiora vrbis peruaderet,
cæteri ad alteram ruinam progreſsi ſunt: ſinguli autē albam

Recipitur Serraſsius ab Vliſſ. & noua expeditio côtra Tergoenſis.

Deſcriptio Tergoeſſi.

Oppugnatio irrita.

1572. interulam ſuper veſtimentis induerant, vt in noctis tenebris A (nam circa mediā noctē ea oppugnatio inſtituta eſt) ſeſe mutuo dignoſcere poſſent: qui ad primam ruinā pugnârunt, cōtorum, & ſcloppettorū ictib. in præceps ſunt deiecti, nec pugnā redintegrare auſi ſunt, ſcalę breuiores fuêre, quàm ad muri ſummitatē pertingere poſſent, ideo irritus Belſij conatus euaſit, qui ad ſecundā ruinā impetum facere debebāt, in iniquitate loci deterriti, à pugna abſtinuêre. Malus in ea oppugnatione ſucceſſus & rumor per caſtra diſperſus, de auxiliarib. copijs à Mildeburgo & Antuerpia obſeſsis venientib. Serraſsiū B impulerūt, vt obſidionē ſolueret; quædam Gallorū cohortes cum aliquot Anglis ſibi adiūctis terga tueri iuſſæ.

Cedit Serraſſius.

Cùm itaq; Serraſsi⁹ ſex ſeptimanas fruſtra in ea inſula cōſumſiſſet, inde diſcedere & in Valachriā remeare ſtatuit, & iā quædā cohortes trāsfretārāt, cùm Galli & Angli, qui relicti in ſuburbio ad cohibēdas hoſtiū eruptiones fuerāt, quo tutius, & cōmodius tormēta, atq; totius exercit⁹ impedimenta naui- b⁹ imponi poſsint, locū, quem tuendū ſuſceperat, deſeruêre, & præcipiti fuga inordinati, & confuſi ad naues deferuntur, ſiue quòd nouiſsimos ſe relictos fuiſſe, qui ab alijs periculū C depellerent, ſiue q̄ incumbentiū hoſtium impetum ſuſtinere non poſſent. Tanta aūt ad ipſorū repentinū, & inordinatum receptum omnium trepidatio ac cōfuſio fuit, vt certatim ad naues vndiq; conuolarent, & adeò tumultuosè & perturbatè, vt multi conſcenſis ſcaphis prægrauante multitudine demerſi fuerint. Periêre aquis abſorpti, & hoſtili manu interemti, amplius ducentis. Impedimenta omnia amiſſa, ſed tormenta ſeruata ſunt. Serraſsius quòd à multis, ob infelices vbique ſucceſſus, ignominiā notaretur, quaſi in arcano hoſtibus faueret, & rē bellicā prauo conſilio adminiſtraret, ad Aurantium, D qui eum ad Vliſsingenſes miſerat, ſe recepit. Illum aūt ſuppliciter rogauit, quoniā non ſolùm culpâ, ſed & omni culpæ ſuſpicione vacare debent, qui ad dignitates ſunt euecti, ſibi permitteretur, duello ſuū decus, atq; exiſtimationē tueri: ꝓinde per oēs Belgij vrbes publicato ſcripto palàm ſignificaret, vt quicunq; vellet affirmare, quòd ipſe aliquid patrâſſet, qđ nobilem virum minus deceret, cū eo ſingulari certamine vellet cōgredi, vt vi armorū deterſā ignominiā, priſtinus honos ſibi redde-

Serraſſius redit ad Aur.

A redderet. Sed nõnulli ex familiarib. & amicis illi hortatores 1572
fuêre, vt ſparſos de ſe rumores, ob infauſtas expeditiones, tẽpori ſepeliẽdos cõmitteret, & nemine ad duellum ꝓuocaret.

Poſt Serraſsij ex Zelãdia diſceſſum, maior Anglorũ pars in patriã redire cõſtituit, ſtipẽdia nõ planè ſibi fuiſſe pſoluta qritans: plurimi itaq; naues Anglicas, quę vinũ, & ceruiſiã, atq; alias res, quæ ex Anglia eò mitti ſolẽt, attulerãt, cõſcenderũt, ita, vt vna tantũ cohors Anglorũ militũ Vliſsingæ remãſerit. Galli etiã miſsionẽ poſtulârũt, qbus negotium datũ, vt naues *Angli & Galli diſcedunt.*
B aliquot Mildeburgenſiũ, quę duab. leucis ab Vliſsinga in ancoris ſtabãt, cõburerent: pręſidiarij Mildeburgẽſes ſæpiùs exibant, & leuia prælia cũ Vliſsingẽſibus ſerebãt, in qbus multi vtrinq; cadebant. Galli maximè indignati, quòd à plebe proditores, & ignaui vocarentur, maiori ex parte inde deceſſêre.

Rex Hiſpaniæ de illis nouis tumultib. Belgij certior fact⁹, cùm audiret, ſubditos ſuos de nimia Albani ſeueritate cõquerẽtes, & eã ſuſcepti belli cauſam eſſe dicẽtes: Ducẽ de Medina Cœli in Belgiũ miſit, q eius ꝓuinciæ, reuocato in Hiſpaniam Albano, adminiſtrationẽ ſuſcipet. Is cõſcẽſã claſſe duxit ſecũ *Succeſſor Alb. ſummiſſus.*
C duo tyronũ millia, quos Biſoinos vocãt, pſcripſerat enim Albanus Regi, ſe militib. opus habere, ornatiſsima eius claſsis videbat, q, vigintiquinq; naues Hiſpanorũ, Luſitanorũ atq; Italorũ mercatorũ ei ſe adiũxiſſent, quæ aromatib. pãnis ſericis, & precioſis alijs mercib. quæ cõmodę videbãtur, ad inſtaurãdam negotiationẽ, fermè in Belgicis regionibus interciſam.

Medinenſis feliciter vſq; ad Flandriæ oram emẽſo itinere, in ea Aurantianam claſſem obuiã habuit, quæ in Hiſpanicas naues acriter inuecta, quaſdã in ꝓfundũ maris demerſit, maiorẽ partẽ, deditione facta, in poteſtatẽ redegit: Eæ, qbus tyro- *Aurantiani Hiſp. claſſem adoriuntur.*
D nes Hiſpani vehebant, in ſabulũ ꝓpe Rãmekenũ impegêre, q in terrã appulſi, Mildeburgũ ſine vllo impedimẽto puenêre. Dux ipſe ne in hoſtiũ poteſtatẽ veniret, ex celſa naue in lembum cũ triginta è ſuis deſcẽdit, & Excluſam Flãdriæ appulit. Inde Brugas profectus eſt, tum demũ Antuerpiam ad Albanũ venit, à quo Belgij adminiſtrationẽ accipe noluit, quòd omnia pturbatiora, quàm cum ab Hiſpania diſceſsit, audiuerat, ibi eſſe videret. Aurantiani in eo conflictu ſine vlla ſuorum iactura ditiſsimam prædam nacti ſunt, ita, vt à pleriſque ſex-

1572. centis aureorũ millibus fuerit æſtimata. Nam præter precio- A
ſarum mercium vim ingentẽ, fuere ad ducẽta coronatorũ mil
lia in ſignata pecunia, partim in ducatis, partim in regalibus,
ſed centum tantum millia in commune ærarium relata ſunt.

Lumæus in Hollandia. Interea Lumaius, poſt expugnatam Brielam, vrbes Holandiæ Aurantij imperio, ac poteſtati paſsim ſubijciebat, nullo ferè negotio, quod omnes incolæ Hiſpanicum iugum excutere, & ſe in libertatem adſerere percuperent, quam ſe ſeruaturos, Aurantio dominante, ſperabant, quòd ipſius lene ingenium, & ſingularem humanitatem fuiſſent experti, & incre- B dibilem in patriam amorem.

Enckuyſa. Vrbs Enckuyſa, in ſeptentrionali parte Hollandiæ ſita, prima fuit, quæ in ea regione decimali tributo, & Albani tyrannidi ſe oppoſuit. Occaſio aũt data à quibuſdam militibus, quos Amſterodamenſes, & Enckuyſenſes in vſum bellicarum nauium conſcripſerant: Nam cùm Boshuyſenus, earum præfectus, vrbem ingreſſus eſſet, vt commeatus, & bellicum omne inſtrumentum pararet: plurimi milites eum ſequuti ſunt, eo animorum decreto, atq; propoſito, vt vrbem occuparent. Ciues, ipſorum conſilio per coniecturas cognito, milites ex vrbe eiecerunt, & Boshuyſenum C cuſtodiæ tradiderũt, quem tamen poſt aliquot dies liberum abire permiſerunt. Sed cùm in continuo metu verſarentur, ne præſidium ab Albano inuiti reciperent, Lumaio ſignificârunt, ſe Aurantij partes ſequi velle; ideo eum rogare, vt milites ad vrbis defenſionem mitteret. Hos Alcimarenſes, Hornenſes, Edamenſes, & Memmelicenſes ſequuti ſunt, qđ cùm viderent, quæ proximiores ſunt Brielæ vrbes, Aurãtianis ducibus portas ſimiliter aperuerunt. Perſtitêre in fide Albani Schonhoua & Amſterodamũ, ſed illa à Lumaio obſeſſa fuit, qui cum promtis tormentis magnam mœnium ſtragem edi- D diſſet, oppugnationem inſtituit, ciues cùm milites ad irrumpendum paratos cernerent, deditionem fecerunt.

Bergenſis in diuerſis locis. Dum Lumaius in Holandia bellum pro Aurantio adminiſtrabat, Bergenſis Comes coactis copijs in Comitatu Zutphenſi Doetecum, Doeſorgium, & Zutphemum in poteſtatẽ redegit: & in Geldrenſi ducatu Hardervvicum, Tereberichũ, & Hattum: in regione Tuuentæ Oldezelam, Goerum & alia oppida. Is ne fortunæ fauẽti deeſſe videretur, vlteriùs audendum

A dum ratus, in regionem Oueryſſelenſem progreſſus eſt, vbi 1572.
Campemum vrbem obſedit: ea quòd commeatu, atque bellicis apparatibus abundè inſtructa non eſſet, deditionem ſtatim fecit, quam imitatæ ſunt Svvolla, Haſſeltum, & Steenvvicum.

In Friſia occidentali magni motus etiam fuêre, exulibus cum nobili bus cóiunctis, quorum ab initio ſummus ductor fuit Vvormterus regulus, dein Iuſtus Schvvenburgius Comes: his Sneckum, Boeſuuerdum & Franiquum oppida portas aperuêre: ſed curſum victoriarum Billius à curia Friſiæ vocatus interrupit. Is cum valida Vvalonum, egregiè armatorum, manu ijs, qui regias partes tuebantur, auxilio adcurrit: & primo appulſu Leuuardam vrbem, vnà cum arce, & Harlinguæ Staueræq; caſtella occupauit. Aurantiani cum magno militum, & colonorum numero Doccum adorti, Vvalones, qui in præſidio erant, inde eiecerunt, quinque ex ijs, qui ſocios ſequi non potuêre, in templi turrim aſcenderunt, ibique ſcloppettis rem gerentes, plurimos per vicos commeantes deſtinatis ictibus vulnerârunt. Aurantiani ignem turri ſubijcientes, eos flammâ & fumo necare conati ſunt, ſed vnus tantum ſuffocatus eſt, cæteri illæſi in turri perſtitêre, vſque ad ſociorum aduentum, qui poſt aliquot dies vrbem amiſſam recuperârunt, eamque direptam flammis tradiderunt. Byllius cùm hoſtium milites magna ex parte tyrones eſſe, & ex agricolis & ciuibus collectos cognoſceret, non amplius bellum propulſare, ſed inferre decreuit. Itaque illos, arcem Staurenſem obſidentes, adortus, facilè diſsipauit: ne verò ad inuadendam vrbẽ reuerterentur, eam incendit. Aurantiani, qui Snecki, Boeſuuerdi, & Franiqui erant, cùm Vvalones opimis ſpolijs onuſtos, ad ſua præſidia redire cognouêre: eos in itinere adoriri ſtatuêre; contractum eſt ad primũ hoſtis conſpectum certamen, in quo cum ipſorum præfectus ſcloppetti glande traiectus cecidiſſet, deſperatâ victoriâ fugam arripuêre.

In Friſia quid agatur.

Poſtea ex omnibus locis, quæ ad Rhenum occupabant, eiecti ſunt vbiq; vincentibus hoſtibus; quamuis eorum paucæ admodum cohortes eſſent. Etenim Albanus maiorem copiarum ſuarum partem in obſidione Montenſis vrbis habebat, exiſtimans ſi ea in parte victor euaderet, cætera facilia fo

Alb. obſidet Monteſes.

1572. re. Ea vrbs in Annonia eſt ſitu & arte munitiſsima, quam ab A huius belli initio Ludouic⁹ Naſſouius aſtu interceperat, idq́; in hunc modum: Duodecim milites, mercatorum habitu, veſperi ingreſsi, inter cœnandum ab hoſpite petierunt, quota hora diei portæ ciuitatis aperirentur, circa horam quartam eas aperiri ſolere, reſpondit, & ijs, qui ianitoribus liberaliter erogare aliquid volunt, adhuc citius. Bene mane ſurrexêre ementiti mercatores; ad portam, per quam venerant, adcedunt, excitatóque ianitore, & illi promiſſâ mercede, ſibi portam aperiri poſtulârunt, eâ apertâ, ſcloppetto incenſo B ianitorem interfecerunt, clauéſque portæ arripuerunt. Naſſouius extra portam cum quadraginta equitibus expectabat, qui ſtatim cum ſuis in vrbem eſt intromiſſus. Illos in aliquot cōpita viarum diſtribuit, iuſsitq́;, vt ſi qui oſtia, aut feneſtras domorum aperirent, in eos repentè ſcloppettos diſploderēt, omnesq́; ſimul ſublatis vocibus clamarēt: libertas vobis conceditur, Aurâtius princeps vobis auxilio aduenit, vt liberi ſitis à decimali tributo, quòd Albanus tyrannicè vobis imponere cupit. Id ideo fiebat, vt tantiſper ciues in metu, & expectatione continerentur, donec copiæ, quas Naſſouius ex- C pectabat, aduenissent, quas cùm per aliquot horas expectâſſet, & iam clara dies ſuorum paucitatem detegeret: ipſe obuiam illis iuit, quos in proxima ſylua aberrantes inuenit: Erant quingenti equites, totidem pedites in equorum clunibus ferentes, quos in vrbem deducendos curauit. Hi omnes autoritatem Ienlyſsij reguli reſpiciebant, qui intra mœnia recepti, prætorium ſtatim occupârunt, & in acie ordinati in platea, per aliquod ſpatium, conſtiterunt. Satis armorū, tormētorum, ſulfurei pulueris, & omnis bellici inſtrumēti Naſſouius ibi inuenit, ſed commeatus non magnā copiam, quę ad tole- D randam longam obſidionē neceſſaria illi erat. Præclarū certè facinus, & magno animo ſuſceptum, ac ſingulari ſolertiâ atq; induſtriâ confectum, quod Naſſouij famam non parum illuſtrauit: ſed clarior longè fuiſſet, ſi prouiſâ re frumentariâ, hoſtium conatus, retenta vrbis poſſeſsione, irritos reddidiſſet: ſed ad deditionem compulſus, hoſti, cui plurimum nocuiſſe putabat, nouam laudem peperit.

Naſſouij ſtratagema.

Eo tempore Valencenæ etiam interceptæ ſunt, ſed paucis pòſt

Valencenæ.

A pòſt diebus ab Hiſpanis recuperatæ. Cum em̃ arx, quæ à præ- 1572.
ſidio Hiſpanico tenebatur, intercipi cum vrbe nõ poſſet, miſ-
ſa ſtatim ab Albano valida equitum manus, Ioãne Mendoza
ductore, in ſubſidium illis, qui arcem tenebant, quæ res adeò
eum, qui vrbem interceperat, exterruit, vt contra omnium o-
pinionem vrbe exceſſerit.

Albanus ad primum, de occupata à Naſſouio Montenſi vr- *Alb. ira de*
be, nũcium nihil ſe cõmouit, quòd illum adhuc in Frãcia eſſe *Montenſi*
putaret, vti ex literis Regis admonebatur: ſed cùm iterũ, atq; *vrbe occu-*
B iterũ ab ijs, qui inde veniebãt, id adſereretur: adeò irâ exarſiſ- *pata.*
ſe dicitur, vt veſtimẽta diſciderit, & proiectũ humi galerũ pe-
dibus conculcârit, deos hominesq; incuſans, quòd aduerſus
peruicacium Belgarum inſidias nihil ſua ſedulitas valuiſſet,
cùm verò vndique populi aduerſus ipſum inſurgerent, & in-
dies vrbes aliquot ad Aurantium deficerent: contra Naſſoui-
um, cæteris hoſtibus ad tẽpus omiſsis, omnes ſuas vires con-
uertere ſtatuit, quod acerrimum & bellicoſiſsimum omniũ
eſſe ſciret, vnde ex eo deuicto maior ſibi gloria, & terror po-
pulis obueniret. Ne igit̃ ſpatiũ ſe muniendi ipſi cõcederet: Fe *Naſſouius*
C dericũ Toletanum filiũ, cum duobus Hiſpanorũ, & Vvalonũ *obſeſſus.*
peditũ millibus, & totidẽ Germanorũ, & quadringẽtis eqtib.
ex ijs, qui ppetua ſtipẽdia merent, ad obſidendã Montenſem
vrbẽ miſit, quẽ cum maiorib. copijs ſubſequi decreuerat. To-
letanus primo appulſu cœnobiũ vnum, qđ Bellaqua vocat̃,
(quingentos tantum paſſus ab vrbe diſtat) occupauit, neqc-
quam prohibẽtibus Gallis, qui in præſidio erant, qui non ſe-
mel ad leuia certamina ferẽda eruperant. Cùm aũt non mul-
tum commeatus in vrbe eſſet, cogebantur Gâlli ad demeten
das ſegetes (erat em̃ meſsis tẽpus) exire, quę res tumultuarijs
D prælijs occaſionẽ ſępe dabat. Semel aũt quinquaginta eqtes,
& octuaginta delecti pedites erupêre, q̊s Rouuræus tribunus
ducebat, hi cùm ſpicarũ manipulos è ꝓximo agro in vrbẽ aſ-
portarẽt, trecẽtis Vvalonibus obuij facti, cõtracto cũ ijs certa-
mine, adeò ſtrenuè rẽ geſſêre, vt eos vſq; ad ſuas munitiones
pepulerint, amiſſo tãtùm ex ſuis vno & ꝑda, quã cepãt, in vr
bẽ relatâ. Paulò pòſt in eundẽ finẽ exierũt, ſed diſpari fortuna
pugnârũt. Nã licet ſibi factos obuios hoſtes ꝓrupiſſent, ſupuẽ
tu Iuliani Romeri cũ quadringẽtis Hiſpanis, celeri paſſu vſq;

1572. ad vrbis antemurale profugere coacti ſunt. Dein Hiſpani aliquot Abbatiam Eſpinleam, prope mœnia vrbis ad iactũ tormenti ſitam, occupare conati ſunt, quam Rouuræus cum cẽtum militibus ſeruabat, ſed ſtrenuè ſe defendentibus præſidiarijs, re infectâ abire coacti ſunt. A

Ienlyſſius. Huiuſmodi velitationibus, tanquam in quotidiana armorum exercitatione, vſque ad Ienlyſsij aduentum obſidentes & obſeſsi ſeſe mutuò laceſſebant. Is ad ſeptem militum millia tum equitum tum peditum habebat, & obſeſsis opem ferre volebat, qui cùm in itinere eſſe, Naſſouio nũciaretur, hic B ſtatim ad illum reſcripſit, vt verſus Cameracum iter ſuſciperet, & quanta poſſet celeritate ad Aurantium contenderet, vt Moſæ tranſitum faciliorem redderet, qui à vicinis præſidijs impediebatur: ſi ad vrbem obſeſſam adcederet, nihil commodi ipſum adferre poſſe, quin caritatem atque penuriam rerũ omnium inuecturum, quòd in circumuicinis vrbi locis non magna cibariorum copia reperiretur. Hiſpanis, qui in obſidione erant, crebris excurſionibus cuncta obuia rapientibus. Præterea ſi propinquus Toletani caſtris fieret, ipſum vniuerſi certaminis aleam ſubiturum, quoniam Hiſpani, illum prope C ſe caſtra metari, nequaquam paſſuri eſſent. Ienlyſsius elato animo Naſſouio ſcribit, ſe hoſtes non formidare, ſocios obſeſſos ſalutare velle, tum, ſi commodum videatur, vlteriùs progredi. Cœptum itaque iter, contra Naſſouij monita, proſequitur, ne ſupra modum hoſtes metuere diceretur, ſed adeò negligenter, & incautè, vt ſi multis paraſangis longè ab illo abeſſent: præterea nullos peritos viarum duces habebat, qui iter tutum deligere & hoſtem declinare potuiſſent. Ita cùm nihil ex diſciplina gereretur à Ienlyſsio, nõ mirum eſt, illum in extremam calamitatem incidiſſe. Cùm Boſſutum perue- D niſſet, (diſtat à Montenſi vrbe tribus tantum milliaribus) centum equites præmiſit, qui iter explorarent, & de hoſtibus aliquid certi cognoſcerent. Rentyus in prima acie cum Iumella erat. Ienlyſsius, Ringrauius, & Ianiſſaccus poſtremam ducebant. Cùm renunciatum ab antecurſoribus eſſet, prope ſyluã aliquot equites fuiſſe conſpectos: Rentyus ſtatim aliquot centurias è ſuis cohortibus detraxit, quas in fronte agminis collocauit, vt primam hoſtium impreſsionem ſuſtinerẽt. Sed

Naſſouij conſilium à Ienlyſſio neglectum.

cùm

A cùm antecurſores hoſtium copias è ſylua in planiciē deſcen- 1572.
dere,& iam ſcloppettariorum manum, ad certamen ineundum,gradum inferre cernerent: re inexpectatâ adeo perterriti ſunt,vt properāti paſſu ad ſuos ſe recipere cœperint,quos cōſpicatus Noercameus, qui equitatum Belgicum ducebat, citato greſſu eos inſequut⁹ eſt,ad id maximè inductus, quòd iam moſquetarij Hiſpani numero centum cum Rentyanis qui in fronte agminis erant certamen contraxerant.Hi ad fugam ſuorum equitum, & tot incumbentium hoſtium cōſpe-
B ctum perturbati,omiſſo pugnæ conſilio,fuga ſibi ſalutē quęſiuêre. In reliquis non maior cōſtantia fuit, ſed vix hoſte cōſpecto terga vertentes, Hiſpanis victoriam incruentam reliquerunt,qui cùm ſe ſeruatos eſſe putarent, in immites ruſticos varijs iniurijs exacerbatos inciderunt, à quibus cæſi aut veſtibus omnibus ſpoliati fuêre.Periêre ſupra mille & ducentos:Rentyus caſtrorum magiſter cùm multos ruſticos trucidâſſet,& ferociæ ac velocitati ſui equi confiſus,ſe ab illorum manibus explicare poſſe putaret: tandem interfectus eſt.Rin grauius in pugna cæſus,Ienlyſsius,& Ianiſſaccus capti cū ſex
C centis alijs,& eo amplius,in queis fuêre ſupra ſexaginta nobiles.Ienlyſsius in Antuerpienſem arcem ductus,breui poſt mortuus eſt. Ianiſſaccus in Tornacenſem, qui,pro Hiſpano captiuo permutatione factâ,ad ſuos redire permiſſus eſt. Bauieus cum ſeptem,aut octo equitibus ad Abbatiam Eſpinleā noctu peruenit: poſtridie centum circiter ſcloppettarij ſalui Montium appulêre.

Ienlyſſij clades.

Inter ſpolia Gallica plurimæ ſchedæ,typis excuſſæ,repertæ ſūnt,quæ per Belgij vrbes atque oppida diſſeminari debebant,quo populus,belli cauſa intellectâ, Aurantij partes lu-
D bentiùs & promptiùs ſequeretur. Erant autem eæ ſchedæ in hanc formam conceptæ: *Nos Guilielmus Dei gratia princeps Aurantius,& comes Naſſouius,regulis,equitibus,nobilibus, & omnibus cuiuſcunque conditionis,& ſtatus huius inferioris Germaniæ, qui patriæ libertatem exoptant,nunc miſerabiliter adflictæ, & oppreſſæ ab Albano duce, Hiſpanis,& eorum aſſeclis,proditoribus patriæ,quæ eos aluit:Declaramus quod quilibet noſtrum pro peculiari,ac ſingulari amore propenſáque voluntate, quam erga natale ſolum habemus, & propter gloriam Dei,quam nos præ omnibus rebus illuſtrari,& promoueri cupimus,nos qua diligentia,& ſoli-*

Aurantij reſcriptum interceptū.

1572. *citudine potuimus, patriæ quietem procurauimus, tum ſupplicibus libellis omniq; lenitate, & moderatione, tum armorum auxilio, exiſtimantes vtroque modo nobis conciliare, & in partes noſtras adducere poſſe eos, qui non minus, quàm ad id agendum naturâ ſunt obligati, ſæpe ſuſpiria, gemitus, & preces ad Deum fundentes, patienter expectātes, donec placeret Deo, ipſorum tyrānorum corda mitigare. Sed demū ab omnibus, & ſingulis huius patriæ incolis inuitati & rogati, propter illorū immanitatē & ſæuitiā, nos in Dei nomine (dictante noſtra conſcientia) arma ſumſimus, teſtamurq́; coram Deo, & Angelis eius, ac omnibus hominibus, qui nunc viuūt, aut in poſterum viuent, quòd nullo peculiari adfectu impulſi, ad hoc cōſilium deſcēdimus, ſed feruēti deſiderio reſiſtendi huic ſupra modum barbaræ, & intolerādæ tyrannidi, edictis, mandatis, vectigalibus, tributis, & oneribus centeſimæ, trigeſima, viceſimæ, & decimæ, quæ ab inexplebili cupiditate, & auaritia ducis Albani populo Belgico fuēre impoſita, & quæ legibus municipalibus, libertatibus, immunitatibus, & priuilegijs maximè derogant, quas leges, libertates, atque immunitates (Deo adſtipulante) inſtaurare in hac patria volumus, & ipſam protegere, & tueri ſub ſui principis, & naturalis domini obedientia, prout obligati ſumus. Teſtamur autem, & conſtanter adſeueramus, quòd Reſpublicæ, principes, reguli, nobiles, & alij homines, cuiuſcunque conditionis ſint, indigenæ, aut peregrini, qui noſtros tam iuſtos, & laudabiles conatus iuuare decreuerunt, non propter aliud ad id moueri, quàm commiſeratione tam atrocium calamitatum, quas miſeri Belgij incolæ ferre coguntur. Ideo nos oramus, & obſecramus omnes, & ſingulos, vt perſuaſum habeant, quòd non ſtatuimus, alicui iniuriam facere, neque vllius facultatibus, dignitati, aut honori efficere, cuiuſcunque conditionis ſtatúſue fuerit; ſed decreuimus vnumquemque pro viribus iuuare, libera & propenſa voluntate, vt quilibet, qui libertatem ſuam charam habet, noſtris conatibus, & cœptis pro virili opitulari debet. Interea ſolicitè operam dabimus, vt Deus colatur, & patriæ ſalus procuretur, populi quietem præcipuè curæ habentes, & domorum, vxorum, liberorum cuiuſque defenſionem: Dei optimi maximi opem implorantes, vt nobis adeſſe velit, & ad felicem exitum tam pium, quàm neceſſarium cœptum perducere.*

A B C D

Poſt profligatas ab Hiſpanis Hucnoſiorum Gallorum copias, multi opinati ſunt, Naſſouium deditionem, ad primam araldi denunciationem, facturum, ſi tolerabiles conditiones ei offerrētur, quòd vrbs tanti ambitus maiores copias, quàm quæ ibi erant, ad ſui cuſtodiam requireret. Hac ratione motus Toletanus, caduceatorem ad eum miſit, vrbéq; ſibi reddi poſtu-

Naſſonius cōditiones reſpuit.

Apoſtulauit, æquiſsimis cõditionibus propoſitis: ſed illas oẽs 1572.
Naſſouius reſpuit, aduentum fratris, qui validiſsimas copias adducebat, expectans. Cùm Albanus reſciuit, eum in propoſito retinendæ vrbis conſtantẽ manere, vires ſuas omnes eò cõuertere ſtatuit, & ipſemet in caſtra venit. Circũuallata itaq; vndiq; ciuitas eſt, ne commeatus aut miles intromitti poſſet: Albanus cùm Abbatiam Eſpinleam obſeſsis multum cõmodi adferre, cerneret, eam vi occupare conſtituit. Itaq; ꝓmotis tribus muralibus tormentis & colubrinâ vnâ, ędificium acri- *Succeſſus Alb.*
B ter diuerberauit, quod cum quinquaginta quatuor ictus ſuſtinuiſſet, ita concuſſum fuit, vt breui collapſum, & inuadentibus Hiſpanis aditum ſatis patentem præbiturum videretur. Payetus tribunus, qui ibi cum centum quinquaginta militibus erat, non diutius ibi morãdum ratus, ſuos, deſerto loco, in vrbem incolumes, quamuis ab inſequentibus hoſtibus frequentibus glandibus impeterẽtur, reduxit. Hiſpani, impoſito ibi præſidio, in munitionibus circa vrbis mœnia, & maximè ad Bertemontiam portã excitandis, vbi tormenta promoueri debebãt, plurimũ intenti fuêre. Videbat aũt Albanus,
C ad oppugnationẽ, ea in parte mœniũ inſtituendã, aditu patefacto, tria maximè obeſſe: extãs ꝓpugnaculũ in exteriore labro foſſæ, qđ portã tegebat, & mœnia, vtrinq; portæ adiacentia, ſubiectamq; foſſam defendebat: aqua quæ erat in foſſa: & noua munitio, in antemurali excitata, in qua commodè milites collocari poterant, ad foſſam defendendam, ſi vi tormentorum propugnaculum eſſet deiectum, qui etiam impedirent, ne cœptæ ab Hiſpanis munitiones contra antemurale abſoluerentur. Albanus tamen alacritate, & diligentia ſuorũ vſus, munitiones ſuas vſque ad labrum foſſæ perduxit, è qua *Oppugnatio quomodo instituta.*
D aquam educere conſtituit, ne impetum ſuorum in oppugnatione remoraretur. Obſeſsi in excogitandis & parandis, quæ ad defenſionem vrbis neceſſaria videbantur, non minus erant intenti, quàm in ea oppugnanda Albanus, & contra eius conatus, firmis aggeribus & terreis propugnaculis, quæ magnã diligentiâ & induſtriâ pone mœnia excitârunt, egregiè ſe muniernnt, latam etiam foſſam duxerunt, quæ inuadentium impetum maximè reprimebat. Albanus, perductis ad foſſam mœnium ſuis munitionibus, omnem tormen-

1572. torum apparatum ſtatim promouit, atque in hunc modum A
diſtribuit, vt ſex in tecta domorum & regiones vrbis fulminarent, quo metus oppidanis & præſidiarijs militibus incuteretur, quod nihil ab illis tutum eſſet, poſita ſunt in tumulo qui eſt in ſuburbio, vnde tota vrbs facilè deſpectatur: propterea multum detrimenti, & terroris incolis adferebāt. Cætera in duobus locis collocata ſunt, quæ tamen omnia in Bertemontiæ portæ adiecta mœnia, & extans propugnaculum, tanquam in vnum ſcopum, pilas adigebant. Turres, vtrinque portæ adiectæ, continua duorum dierum diuerberatione in B
ſuperiori parte terebratæ ſunt, ſed penitùs non deciderunt. Poſtea octo tormentis, in ripa ſtagni collocatis, pinnas mœnium à dextra læuaq; decuſſerunt. Cætera tormenta tanto impetu per multos dies exterius propugnaculum diuerberārunt, vt anteriorem partem omnino diruerint, in poſteriori milites aliquot ex præſidio ducta foſſa conſtitēre, locum, ſi oppugnaretur, ad extremum vſque ſpiritum defenſuri. cùm ea fulminatione Albanus non tantum ſe profeciſſe videt, vt mœnia inuadere, cum ſpe peruadendi in vrbem, poſſet, Andreanam etiam turrim latericiam diuerberari iuſsit, quæ acri C
Obſeſſorū defenſio. plurimorum tormentorum concuſsione perterebrata eſt, ita vt in ea nemo cōſiſtere poſſet. Obſeſsi interea non ignauiter ſe gerebant, ſed omnem operam atque diligentiam adhibebant, vt Albani conatus irritos redderent, & ipſius caſtra plurimum infeſtarent. In aggere pone latericiam turrim quinq; tormenta, in queis duæ erant colubrinæ, collocārunt, in ceſpititio propugnaculo quinq; alia, quibus omnibus hoſtiū tabernacula impetebant, & multum damni per caſtra commeantibus inferebāt. Omnia præterea, quæ ad defenſionem pertinebant, cum mœnia ab hoſtibus oppugnarentur, ſolicitè parārunt, & peritè adminiſtrārunt. Muri ruinam lana, culcitris, faſcibus, ſaccis, terra plenis, atque fimo communiuēre, D
& exterius propugnaculum conſimiliter, ita vt murus non minus firmus, quàm antea videretur. Noeus ad ruinam muri cum centum nobilibus, & delectorum ſcloppettariorum ac haſtatorum manu pugnare delegit, quinquaginta ſcloppettarij in diruti propugnaculi reſidua parte cuſtodienda deſignati, & ducenti in antemurali. Albanus cùm aquam è foſſa edu-

A educere nõ poſſet,ſcaphas fieri curauit, tam craſsis lateribus, 1572.
vt ſcloppettorum glandibus perterebrari non poſſent, & ne
quid ſupernè deijceretur,quod milites offenderet, tectas eſſe
voluit,hac ratione putabat,ſuos tuto vſque ad ruinam perua
dere poſſe,ad propugnaculum expugnandum pontem ex fu
nibus,dolijs,& aſſeribus fabricari iuſsit. His Albani appara-
tibus nullo modo territi ſunt obſeſsi, quin vt magis eum ir-
ritarēt,ſubinde eruptiones faciebant, cùm opportunitatem
nacti erant,quibus non parum obſidentibus nocebant.

B Aurantius,vt obſeſſo fratri opem ferret,Rhenum cum ſuis *Aur. Co-*
copijs traiecit, (erant ſupra ſeptem millia Germanorum e- *piæ.*
quitum,quatuordecim peditum, & Vvalonum tria) & Mo-
ſam verſus iter intendit.In itinere Ruremondanis per præco
nem denunciauit, vt tranſitum & commeatus ſuo exercitui
præberent,qui cùm imperata facere detrectarent, mœnibus
ſcalæ admotæ ſunt, & faces ardentes portis adiectæ, ita, vt
Vvalones per vim ingreſsi, omnia immanitatis, & auaritiæ *Vrbes ab*
ſigna ediderint:Louanium deditionem fecit. Multæ vrbes, *Aurantianis occu*
audito ipſius Aurantij in Belgium aduentu , in illius verba *patæ.*
C iurârunt,præſidiumq; acceperunt,in queis Mechlinia, & Al- *Aldenar-*
denardum,illa ex compoſito,hæc proditione in ipſius pote- *dum.*
ſtatem venit. Aurantiani, potiti vnâ portâ, ſe rectà in forum
conferunt,tum iubent ciues domi ſe continere, mox portas
omnes claudunt, ijſque cuſtodes adhibent. Pars ad oppidi
prætorem in regijs ædibus commorantem contendit,eumq;
deditionem facere iubet. Ille Regi fidem dediſſe ait,potiusq;
mori velle,quàm perfidię,& defectionis crimen ſubire,ſimul
etiam iubet ſuos defenſionem parare,ſed hoſtium multitudi
D ne oppreſſus,multis ſcloppettorum glãdibus traijcitur, pro-
ſtratusq; plurimis vulneribus conficitur,tum veſtibus nuda-
tus è feneſtra domus in ſubiectum flumen præcipitatur:quę-
runtur toto oppido ſacrificuli, paſsimq; reperti cæduntur,&
innumeris conuicijs onerātur:Monaſteria,templa, Eccleſia-
ſticorum domus diripiuntur, ſublatis rebus omnibus, quæ
tolli poſſent,cæteris diffractis.E primario templo ablati ſunt
circiter triginta ſex argentei calices, præter aliam ſacram ſu-
pellectilem.Eandem ſortem tulêre alia templa omnia,vrbi
circumuicina.In cœnobio Franciſcanorum , & alio quodam

1572. non procul ab vrbe nihil omnino integrum relictum, non A
ſcamna, non vitreæ feneſtræ, non altaria, non Campanæ, nec
defunctorum ſepulchra.

Aurantius parat ſubuenire fratri.

Aurantius, quantum poterat, celeritatem adhibebat, vt circumuento fratri, & arctiſsimè obſeſſo opem ferret, de occupandis vrbibus non ſollicitus, quod tũc illi facile fuiſſet: ſed cõmeatibus, & alijs reb⁹ neceſſarijs parãdis intẽtus. Nonnullæ vrbes, quæ eius partes ſequebãtur, pecuniã ſubminiſtrãrunt: Niuella commeatus, & pecunias dare coacta, q; aduenienti exercitui tranſitum denegâſſet, ſperans ab Albano auxi- B
lium ſe properè accepturam, quem de Aurantij aduẽtu in tẽpore admonuerat, ſed ipſe diuidere copias nolebat, de vnâ tãtum Montẽſi vrbe expugnãdâ cogitãs. Cùm Aurantiũ magnis itineribus aduentare, & iam in ꝓpinquo eſſe audiuit, in caſtris manere decreuit, quæ, quãta diligentia potuit, cõmuniuit, & tormenta idoneis in locis collocauit, vt hoſtes ab acceſſu deterreret, quingentos tantùm equites, vt certius de aduentu, conſilio, & numero hoſtium cognoſcerent: Aurantius

Antecurſores Alb. fugati.

cùm Albani antecurſores viſos fuiſſe audiuit, fratrem Henricum cum quatuor ſcloppettariorum equitum turmis in eos C
miſit, qui ſtatim in hoſtes inuectus, eos ad munitiones vſque ſuas propulit, tanto metu iniecto ijs, qui in caſtris erant; vt multi iam de fuga cogitarent, quoniam Aurantium cum tota mole copiarum antecurſores ſuos ſubſequi putabant: amiſit Henricus ad ſedecim milites, qui à ſcloppettarijs, qui in munitionibus erant, interfecti ſunt. Reuerſus ille ad fratrem, hoſtes metu perculſos eſſe, renunciat, ſi ad caſtra cum omnibus

Aur. cupit rem ad prælium deducere.

copijs adcederet, bene gerendi occaſionem dari poſſe. Conſilium fratris ſequutus Aurantius, vniuerſas copias ſub ſignis producit, quæ ad frumentarias vſque molas progreſſæ D
ſunt, ibique per quatuor horas in acie conſtitêre, expectantes vt Albanus in prælium deſcenderet, ad quod crebris tormentorum pilis, quas in caſtra euibrabant, eum inuitabant. Albanus nihil ſe ad illam tormentorum fulminationem cõmouit, niſi quod paribus tormentorum ictibus Aurantianas turmas, in acie ſtantes, loco pellere nitebatur, nec à diuerberandis mœnibus ceſſauit: ita vt vno tempore obſidentes, & obſeſsi ſimul tormentis oppugnarentur: demum cohortes

A hortes aliquot ſcloppettariorum è caſtris emiſit, qui leuia 1572.
certamina ſererent, quòd confidentius agebant, ob virgulta
foſſas intercedentes. Aurantius partem equitatus in eos im-
miſit, qui tanto ardore gradum intulit, vt illos ad munitio-
nes ſuas pepulerit, vbi multi equi cum ſeſſoribus vulnerati
ſunt, nonnulli etiam occiſi.

Aurantius quòd hoſtem ad prælium ſe elicere non poſſe
cerneret, & eum inuadere intra munitiones maximè pericu-
loſum eſſet, ad Carillonum prope Giſlæni fanum ſe recepit,
B vbi nulla prope cibaria inuenit, quòd Hiſpani omnia deua-
ſtâſſent, quo magis hoſtibus nocerent. Sequenti die pons ſu-
per fluuio Guimacho fabricatus eſt, vt totus exercitus in vlte
riorē ripam tranſiret, quo peracto, de ſuo aduentu fratrē fecit
certiorē, & qd potiſsimū agendū eſſet, cōſilia communicauit:
ſed mille & ducenti milites, quos Albanus è caſtris detractos
emiſerat, ſecundū amnē ꝓgrediētes eius conatus peruerterunt.

Eo tempore in caſtra Albani venêre duo millia equitū Ar- *Aduentus*
chiepiſcopo Coloniēſi ductore: aliæ etiam turmæ in dies eo *Archiep.*
confluebát, ita vt ipſe Albanus vnis in caſtris Vvalonū & Hi- *Colon. in*
C ſpanorum duodecim millia haberet, Germanorum ſupra ſe- *caſtra Alb.*
decim. Colonienſis cum mille equitibus hoſtem adoriri, eū q;
ad prælium capeſſendū cogere volebat, ſed Albano à laceſ-
ſendo Aurantio, & cōmittendo prælio alienus fuit animus, q
ſui conſilij rationes explicans dicebat, non ante mœnia vrbis
veniſſe, niſi vt eam obſideret, non quærere Aurantium, ſed e-
um impedire velle, ne fratri obſeſſo, & in maximas anguſtias
redacto opem ferat. Noctis interuentu quiſque in ſua caſtra
ſe recepit, Aurantius quod ea ratione parū proficeret, prope
Albanū caſtra metatus eſt, ibiq; per aliquot dies hæſit, omni
D occaſioni cōmittēdæ pugnæ, & intromittēdi auxilij in vrbē
intētus, ſed duob. primis dieb. nihil memorabile geſtū ꝓpter
iuges pluuias, quę eo tēporis ſpatio deciderūt. Pôſt adhibitis
in cōſilium omnib. ducibus deliberatū, an explicatis aciebus
iterū hoſtis ad cōmittendū prælium eſſet prouocādus, quam
ſentētiam cùm pleriq; omnes probarent, ad eas frumētarias
molas ductus exercit⁹, ad quas prius cōſederat, cū Albano pu *Alb. detre*
gnę poteſtas facta eſt. Ibi ſub ſignis māſit, inſtructis aciebus, p *ctat præ-*
quinq; horas, expectās, vt hoſtis in præliū deſcēderet, & ſuas *lium.*

1572. alienáſque vires experiretur, ſed totus dies in tormentorum A fulminationibus & tumultuarijs pugnis conſumtus, Albano vniuerſi certaminis aleam deuitante. Receptui tunc cecinit Aurantius, & ſuos verſus Niuellam iter intendere iuſsit. Sequenti nocte in eius caſtra irrupêre Hiſpani, qui magnã perturbationem attulêre, occiſis circiter quadringentis ex Germanico peditatu, & paucis è ſuis amiſsis, cum gloria in caſtra ſe recepêre.

Irruptio Hiſp. in Caſtra Aur.

Mechlinia in Aur. poteſtate.

Exortâ luce, Aur. inde mouit, & Mechliniã profectus eſt, vbi per tres dies commoratus eſt. Diſcedens mille & ducẽtos pedi- B. tes Germanos & quingentos equites præſidio reliquit. Bis mille & quingenti ciues arma ferebant, ita vt appareret, vrbẽ primos hoſtiles conatus facile repreſſuram, cæteros paucis admodum turmis exceptis exautorauit, quibus cùm debita ſtipendia non ſolueret, inter eos magno cum periculo verſatus eſt, & multi ex ipſius amicis timebãt, ne excitato tumultu ab ijs, qui importunis quiritationibus laborum mercedem efflagitabant, arriperetur, & infenſiſsimo hoſti traderetur, vt ab omni metu & periculo ſe eximeret, cum ſelectioribus copijs & ſibi fidiſsimis, traiecto Rheno, Delptum Hollandiæ ſe C. recepit. Erat Albanus Mechlinienſibus admodum infenſus, quòd repudiato Hiſpanorum præſidio, Aurantianos milites libentiſsimis animis recepiſſent, ſed diſsimulauit iram, donec Naſſouium ad deditionem compulit. Ei Aurantius frater ſcripſerat, vt vnam atq; alteram oppugnationem ſuſtineret, & ſi hoſtem in obſidione pertinacem videret, cum ſelectiori ſuorum parte ſe in pacatum reciperet: lectis literis à præcipuis ducibus obſeſſorum, quoniam Naſſouius decumbebat, ardẽti febre vexatus, ipſi omni ſpe auxilij abiectâ, de dedenda vrbe conſultârunt, ſi honeſtis conditionibus cum ho- D. ſte tranſigere poſſent. Noæus, Senarpontius, & Saucourtius delecti ſunt, qui cum Albano de deditione tractarent, quam ipſe non minus cupiebat ſub tolerabilibus cõditionibus fieri, quòd glorioſum ſibi fore iudicaret, tam fortiſsimos viros ad deditionem compuliſſe. Præterea prope neceſſarium eſſe videbat, rem citò tranſigi, cùm in dies vrbes ab eo deficerent, quas ad priſtinam obedientiam reducere volebat. Deditionis autem conditiones eæ fuêre: vt nobiles, & tribuni Regis Gallo-

Conſultatio de deditione Montenſi.

A Gallorum imperio ſubiecti, quiſque cum equo vno armis & ſupellectile exirent, gregarij milites cum armis, & accenſo funiculo ſuper ſcloppetto, ipſe Naſſouius ad imperij fines vſq; ſaluus deduceretur. Ingreſſus in vrbem Albanus, in ciues nõ duriter animaduertit, quòd nemo conſiliorum Naſſouij particeps, nec facti conſcius inuentus ſit inter eos, & inuiti omnes in eius poteſtatem deuenerint.

1572.

Conditiones deditionis.

Plerique mirati ſunt Albanũ infenſiſsimos hoſtes, in grauiſsimas anguſtias redactos, ſub tam æquis conditionibus
B dimiſiſſe. Sed duabus præcipuè rationibus ad id agendum impulſus fuiſſe dicitur: prima eſt, quòd Aurantius Holandiæ, Zelandiæ, atque Friſiæ vrbes maxima ex parte occuparet, certatim ad eum populis deficientibus, cuius victoriæ curſus neceſſario interrumpendus erat, ne aliæ prouinciæ Hiſpanorũ iugum pertæſæ, Aurantij nomen etiam ſequerentur. Altera, quòd Mechlinia hoſtili præſidio munita, ad Regis fidem reuocanda eſſet, quòd in ea retinenda maximum momentum, ad gerendum in ijs partibus bellum, poſitum eſſe intelligebat. Etenim aliæ Brabantiæ vrbes inuitæ ipſi parebant, & in
C Aurantium, quem patriæ amantem, & libertatis vindicem agnoſcebant, propenſæ, Mechliniæ exemplum ſequuturæ videbantur. Et quamuis ingens decus ſibi obueniſſe intelligeret, quòd validiſsimi exercitus impetum ſine ſuorum damno eluſiſſet, & ſpes victoriæ præcidiſſet: tamen integras adhuc vires Aurantij eſſe videbat, & gloriam, ante Montenſem vrbẽ amiſſam, alibi eum recuperare poſſe.

Montio recepto exercitus ſtatim ad Mechliniam ductus, qui cùm noctu eò veniſſet, in ſuburbio vno nequaquam fulminantibus hoſtium tormentis, hoſpitium cœpit. Præſidiarij
D in imbelli, & rudi ciuium turba parum ſpei ponentes, & nullum auxilium ab Aurantio fugiente expectantes, deſerẽdam vrbem iudicârunt, & præferocis hoſtis vindictam ſummopere fugiẽdam: idcirco ſilenti agmine, noctis tenebris tecti, per exoletam portam egreſsi, periculo ſe exemêre. Illuceſcente die, Albani milites cognito hoſtium diſceſſu, appoſitis mœnibus ſcalis, in vrbem nemine reſiſtente peruaſerunt, in aggere, pro armatis militibus, Epiſcopũ, presbyteros, Monachos, & alios ex clero inuenêre, qui veniam pro ciuib⁹ deprecaban

Mechlinia ab Alb. obſeſſa, & capta.

1572. tur,quorum precibus Albanus annuiſſet, quãuis ciuibus ſupra modum infenſus: ſed furibundus miles & lucri appetẽs, nullas rationes admittere voluit,quæ prædam è manibus eriperent. Tota denique direpta fuit, præter templa,monaſteria,hoſpitales,& ſacrificulorum domos. Tridui ſpatio exercitus ibi moratus, omnia crudelitate, auaritiâ, & libidine impleuit. Albanus victoria vtendum ratus, ad duo millia equitum miſit,qui Dieſtum oppidum occuparent, quod nullo negotio fecerunt,dilabentibus fuga hoſtibus. Vrbs militi prædæ non ceſsit, ſed annonam exercitui præbere iuſſa eſt. Mox etiam Terremonda recuperata eſt, non ſine magno oppidanorum detrimento. Aldenardo exceſſêre Aurantiani,ad ſolum rumorem aduentantis exercitus Albani, è quibus tamen pauci flammis exuſti,incendio in ædibus,quas inhabitabant,à ciuibus excitato.

Dieſtum ab Alb. occupatum. Teremonda. Aldenardum.

Albanus Germ. dimittit.

Albanus cùm Maſtrichum veniſſet, pleroſq; Germanos equites à ſe dimiſit. Eò multarum ciuitatum venêre legati,vt ſe apud illum excuſarent,veniamq́; poſcerent, quod Aurantianos aliqua in re iuuiſſent. Germanis equitibus à ſe dimiſſis Albanus,copias partitus eſt,quarum partem filio tradidit, iubens,vt Aurantij veſtigijs inſiſteret; ipſe alterâ parte apud ſe retentâ,Nouiomagum,vrbem in finibus Hollandiæ ſitam, profectus eſt,vt ijs,quæ ad bellum gerendum neceſſaria erãt, ex propinquo prouideret.Graui interea ſolicitudine, & curâ premebatur,quòd Holandiæ,& Zelandię populos,maris accolas,& maximã regiæ claſsis partem , ad Aurãtium defeciſſe,audiret, quòd ſuperiorẽ eo in bello fore appareret,qui maris imperio potiretur, propter commeatuum & merciũ ſubuectiones, quæ claſſem tenentibus,nunquam deficiũt. Præterea Inſulam Ziriczeum,& vicinas regiones cum Vliſſingæ præfecto,de obſidenda vrbe Tergoe,conſenſiſſe,quã Iſidorus Paciecus cum ducentis militibus Hiſpanis tuebatur, & q, eæ vires ad cuſtodiam vrbis,ſi obſidio in longum protraheretur, non ſufficerent,maximè angebatur.Vt huic prouideret Albanus miſit Zanchum Auilam,qui vrbi ab hoſtibus circumuẽta opẽ ferret,qui licet rem difficillimã & piculoſiſsimã eſſe cerneret, ꝓpter Aurantianã claſſem,quę potẽtiſsima erat:tamen ne officio ſuo deeſſe videretur, eã expeditionẽ non detrectauit,

Quid Alb. Nouiomagi agat.

Auilæ expeditio Tergoenſis.

A uit,& naues aliquot militariter inſtruxit,quas contra hoſtes, 1572.
anguſtias quaſdã obſeruãtes,miſit,ipſe terrâ iter facere cõſti-
tuit,duo tormẽta ſecum trahens, eo propoſito,vt hoſtibus in
varia intẽtis,& vires diſtrahere coactis, ipſius naues,eluſâ aut
perruptâ hoſtili claſſe,trãſitum ſibi patefacerẽt. Tam copio-
ſus autẽ imber ijs diebus decidit,vt Auila,amiſſo vno ex tor-
mẽtis,q, è tenaci & profundo cœno extrahi nulla ratione po
tuit,cœptum iter intermittere coactus ſit. Naues quæ ſupple
mentum militum deferebant, à quinq; Olcadibus, tranſitum
B obſeruantibus,deuictæ ſunt. Non deſpondit propterea ani-
mum Auila,ſed diligenter,accolarum maris operâ,explorato
itinere,vadum reperit eâ parte,qua multis antè annis inſula à
continente fuerat auulſa, quod decedente maris æſtu non
difficile tranſiri poteſt. Non ſatis indigenis fidens, quibuſ-
dam militibus negotium dedit, vt quam occultè fieri poſſet,
vadi profunditatem & latitudinem explorarent, qui renun-
ciârunt, illud ſatis tutum eſſe, ſed iter laborioſum, quòd ſu-
pra ſex milliaria latitudine contineat, & tres amnes ſatis pro
fundi alui tranſeundi eſſent. Auila de reperto vado non me-
C diocriter lętatus, communicato cum Mondracone, qui ipſi
datus erat comes,conſilio,ſtatuit, illud vadoſum iter ſuſcipe
re,& Pacieco quacunque ratione auxilium ferre. Congrega-
tis itaq; quas habebat copijs, quæ partim Hiſpanici, partim
Belgici, & Germanici nominis circiter trium millium nu-
merum efficiebant,ſecundum littus maris iter facere cœpe-
runt, neſcientibus militibus, quò ducerentur. Mondraco
primus aquam ingreſſus eſt, quem vniuerſæ copiæ ſequutæ
ſunt, in quinque horarum ſpatio confecto itinere, in Inſu-
lam omnes peruenêre. Quieuêre aliquantulum,& ſe à labo-
D re recreârunt, antequam hoſtes, qui quatuor milliaribus in-
de diſtabant,adorirentur. Illi re inexpectatâ perterriti, quòd *Zelandi re-*
pedeſtres copias, per tantum aquarum ſpatium, iter facere *pulſi.*
poſſe, non putâſſent, obſidionem deſerere, & conſcenſis na-
uibus, quibus in Inſulam aduecti fuerant, mari ſe commit-
tere decreuêre, ſed quòd hoſtes in proqinquo eſſent, om-
nes incolumes ad eas peruenire non potuêre. Siquidem Pa-
cieco in nouiſsimos erumpente, & Auila cum ſuis ad maris
littus ſe inſinuante, permulti eorum trucidati ſunt, cæſo-

1572. rum numerus trium millium fuiſſe dicitur. Auila vrbe præſidio,& munitionibus firmatâ,Antuerpiam reuerſus eſt. A

Zelandorũ confidētia. Zelandi magna animorum confidentiâ,& in magnum Albani totiusq; Hiſpanicæ gentis contemtum,illam obſidionē inſtituerāt, quandoquidem in vexillis nouem numiſmatum ſpecies depictas ferebant, palàm declarantes,ſe aduerſus decimale tributum, quod populo Belgico Albanus imponere volebat, bellum gerere, in quibuſdam hæc verba Hiſpanica inſcripta erant,*ne eſnada*:quibus Albanum irridebant, qui ſæpius ea apud ſuos protulerat,ſignificans,ſe in Belgico populo ad officium reducendo,omnem operam ludere,quod nullis lenitatis nec ſeueritatis officijs ad priſtinam obediētiam Regi debitam adduci poſſet:ſed deriſio in ipſos retorta eſt,& verius eo ſymbolo vſi ſunt , quàm voluiſſent:nam ea obſidio non ſolùm ipſis inutilis fuit,ſed admodum detrimentoſa. B

Toletanus Zutphemũ capit. Toletanus cum ſelectioribus paterni exercitus turmis ad Zutphemum vrbem adcedens,propoſita pace ciues ad deditionem ſolicitauit.Illi nullum reſponſum dedêre, ſed ſe cum præſidio ad defenſionem parârunt. Toletanus cùm eos ad vim repellendam obfirmatos videt,tredecim maiora tormenta promouit,quibus mœnia acriter diuerberata ſunt. Præſidiarij milites de ſuſtinendâ oppugnatione aduerſus Hiſpanos,quos in eo pugnæ genere promtiſsimos, & exercitatiſsimos ſciebant,diffidentes,noctu ex vrbe ſilenti agmine aufugerunt,relictâ quibuſdam ciuibus vrbis cuſtodiâ , quod cùm Hiſpani reſciuêre, ſummo mane per muri ruinam in vrbem, ſublatis vexillis,prouolârunt,omnesq; obuios , ſine vllo diſcrimine,trucidârunt,multi ſuſpendio necati ſunt,multi etiā vndis profluentis ſubmerſi. Hac Toletani ſæuitia Bergenſis Comes adeò perterritus fuit,vt omnes vrbes, quas occupauerat, deſeruerit, cuius exemplum in Friſia Schauuenburgius ſequutus eſt. C D

Naerdemũ captum,& crudeliter direptum. E Zutphemo Naerdemum exercitus ductus,quam vrbem ad primam araldi denunciationem, ſine mora, deditionem facturam putabat, quòd Zutphemenſium miſerabilis caſus animorum ferociam omnibus prefregiſſet:ſed longè aliter euenit:nam peruicaciores , & ad ſe defendendos promtiores Naerdemenſes,ſociorum clade,redditi ſunt, exiſtimātes ſuā ſalu-

A ſalutem in dextris eſſe poſitam, & nihil de clemẽtia Hiſpanorum ſperandum eſſe: ita omnes pacis conditiones reſpuêre. 1572.
Tormenta pone reliquerat Toletanus, quòd ijs, ad deditionem exprimendam, opus non eſſe putaret; cùm ciues, ad vim repellendam, paratos eſſe videt, & omnem tranſactionem renuere, tormenta adduci, & mœnia quati iubet. Ij tum rectè ſuis atque hoſtium viribus æſtimatis, pertinaciæ finem impoſuêre, & pacis conditiones, quas Toletanus ab initio propoſuerat, recipere decreuêre. Poſtulato itaque colloquio, de ijs B tranſigere cœpêre. Inter colloquendum autem Hiſpani milites, tranſcenſis mœnibus, in vrbem penetrârunt. Ingreſsi ciues omnes, numero quadringentos, in prætorium vrbis conuocârunt, quibus primùm arma abſtulerunt, dein ad vnum omnes trucidârunt: eandem etiam ſortem tulêre alij, quos in vicis commeantes, aut in ædibus deliteſcentes, inuenêre, ita vt nemini parcitum ſit: poſt ciuium cædem ad prædam diſcurſum. Vrbs direpta, incenſa & exciſa fuit, ita vt ne vna domus integra manſerit.

Hoc facinus ſæuum, & barbarum pleriq; omnes iudicârũt: C ſed Hiſpani exiſtimabant, tã peruicaces populos ad officium cogi non allici debere: in qua re eos multum fuiſſe deceptos, euentus docuit. Etenim Bataui & circumuicinæ gentes, tantam immanitatem animis & ſenſibus horrentes, aduerſus Hiſpanos odium tam atrox concepêre, vt Túrcicum iugum potius ferre velle dicerent, quàm Hiſpanos præfectos habere, & Aurantij lene ingenium tanti æſtimârunt, vt, pro ipſius dignitate tuẽdâ, corpora & animos deuouerint, eum patrem patriæ & libertatis vindicem cognominantes.

Amſterodamenſes, qui reliquas Holandiæ vrbes opibus D longè antecellunt, quod in Regis fide tam conſtanter perſiſterent, & communem patriæ cauſam minùs probarent; fœderati varijs detrimentis adfecêre. Quandoquidem ſuburbia, & in ijs ad duo millia ædium incẽdio tradiderunt, monaſteria, & collegia vrbi vicina vaſtârunt, pecus omne, quod abigere non potuêre, in aquis præfocârunt. *Amſterodamum.*

Toletani exercitus, poſt Naerdemi excidium, Amſterodamum venit, vbi cùm aliquot dies moratus eſſet, ad Sparendamum aliquot cohortes miſſæ ſunt, quæ loci ſitum & muni-

1573. tiones explorarent. Sparendamum eſt arx munitiſsima inter A Harlemum & Amſterodamũ, per quod neceſſe erat Hiſpanis, ad Harlemum obſidendum euntibus, tranſire, quoniam circumiectus ager aquis reſtagnantibus oppletus erat. Rodericus Zapata tribunus, dum mœnia explorabat, tormenti pilâ brachium amiſit, hac de cauſa cohortes, quæ eum ſequutæ fuerãt, ſe recépere. Paulò pòſt reliquus exercitus eo progreſſus, & Iuliano Romereo cura data eſt, vt tranſitũ per aquas exploraret, & diſpiceret, an per glaciem ad obſidendam arcem adcedere milites poſſent. Iam Harlemo exierant ducẽti milites, qui Sparendamenſibus opem ferrent: hi cùm Hiſpanos B per glaciem iter perquirentes conſpicerẽt, ad eos adcedentes tumultuarium certamen contraxêre, in quo cùm nihil proficerent, ſenſim pedem referre cepêre, & vnde venerant, abiêre, ſocios, ad quos iuuandos mittebantur, deſerentes, & ſoliditatem atq; robur glaciei Hiſpanis hoſtibus oſtendentes, qui eos Harlemum vſq; perſequuti ſunt. Sparendamenſes cùm ſubſidium ſibi miſſum ab hoſtibus fugatum cernerent, arcem deſerere, & in pacatum ſe recipere decreuêre. Itaq; exeuntes verſus Alcmarem per glaciem iter arripuêre, ſed pauci admodum eò peruenêre: nonnulli enim, ruptâ glacie, aquis abſorpti ſunt, multi ab Hiſpanis trucidati. C

Sparendamum capitur.

Harlemũ obſidetur.

Occupato Sparendamo Toletanus, qui totus in Harlemum ferebatur, Caruaialem cum ſua cohorte promiſit: vt S. Lazari hoſpitalem domum, quæ in Harlemi ſuburbijs erat, occuparet, antequam firmo præſidio muniretur; exiſtimabat enim, illius domus poſſeſsionem, ad vrbem arctiſsimè obſidendam, neceſſariam eſſe. Eſt autem Harlemum vrbs ampla, opulenta, atque amœna, quippe quæ intra & extra mœnia habet præclara ædificia, & circùm ampliſsima prata, D & ſyluam amœniſsimam non procul aſpicit: Toletanus, antequam caſtra ad vrbem poneret, araldum miſit, qui Harlemenſes ad deditionem hortaretur, ſed illi, ad Naerdemenſe exemplum, ſuſpectam habentes Hiſpanicam fidem, laudabilius duxêre, pro patriæ defenſione mortem oppetere, quàm infenſiſsimis ac ſæuiſsimis hoſtibus ſuam ſuorumque vitam, ac decus committere, itaque araldum ipſum audire noluerunt, ac communibus ſuffragijs ſtatuerunt, vrbem

quo-

A quocunque periculo defendendam, & hoſtes ſumma con- 1572.
tentione à mœnibus repellendos. In pago quodam duodecim Aurantianorum peditum ſigna, & aliquot equites Harlemum petituri, ſine vllo metu hærebant. Miſsi eò à Toletano Hiſpani aliquot milites, cum Germanis ſcloppettarijs, à quibus de improuiſo cæſi ſunt ſeptingenti ex Aurantianis, ſeptem peditum ſigna & vnum equitum capta: periêre ex Hiſpanis, & Germanis viginti quinq;.

Perductis foſsis & munitionibus erectis, Toletanus qua- 1573.
B tuordecim maiora tormenta promoueri iuſsit, quibus (11. Ianuarij) mœnia vrbis tantâ vi atq; impetu diuerberata ſunt, vt breui temporis ſpatio magna illorum ſtrages edita ſit. Oppugnatio ſtatim ab Hiſpanis inſtituta, qui cum magna ſuo- *Hiſpani*
rum cæde ab oppidanis repulſi ſunt, tanto irritæ ſpei dolo- *repulſi.*
re ab ijs concepto, vt per duorum menſium ſpatium nihil in mœnia tentauerint. Peruaſêre in vrbem, nequicquam ſentientibus, qui in obſidione erant, ſeptingenti pedites ſcloppettarij, maxima ex parte Galli, qui in Aurantij exercitu præcipui fuiſſe dicebantur. Poſt duos menſes ab oppugnatio-
C ne Hiſpani exterius propugnaculum, quod ante portam in labro foſſæ erat, tormentis vehementer concuſſerunt, ſed illud firmioris, atque ſolidioris ſtructuræ reperêre, quàm ab initio putârant, permultos enim dies violentiæ tormentorum reſtitit: cùm verò milites, qui illius cuſtodiam ſuſceperant, ſe diutius ipſum tueri non poſſe, perſpicerent, noctu in vrbem ſe recepêre. Hiſpani, tormentis ibi collocatis, vrbem ea parte acriùs adhuc, quàm antea, oppugnare cœperunt, ſed irrito conatu, quoniam mœnia, propugnaculo propinqua, diligenter erant munita. Oppidani etiam nouam aliam mu-
D nitionem ad illam portam erexêre, vnde hoſtium caſtra tormentis maximè infeſtabant. Tam diligentes autem & indu- *Harlemenſes*
ſtrij in ea obſidione, aduerſus inuadentium hoſtium cona- *circum-*
tus, fuêre, vt Hiſpani nunquam cuniculos egerint, nec mu- *ſpecti &*
nitiones in vallo erexerint, nec aſtus aut dolos excogitâ- *promti.*
rint, in quibus non fuerint ab illis præuenti & eluſi, neque ſolùm in repellendis hoſtibus ſoliciti & promtiſsimi fuêre, ſed etiam in adoriendis audaces atque acerrimi. Crebras enim eruptiones faciebant, in quibus militum mapalia atque

1573. tentoria incendebant, quo incendio Comitis Obreſtenij ten- A
toriũ inter alia cõſumtum fuit, arreptis priùs aliquot vexillis cohortium ipſius legionis, quæ inibi erant, quæ cum plauſu in vrbem aſportata ſunt: ſed maximè omnium memorabilis illa fuit, in qua ſex militum cohortes cum multis ciuibus in caſtra varijs in locis irrupêre, & contractâ cum hoſtibus pugnâ adeò fortiter ſe geſſerunt, vt occiſis ex illis circiter mille ſupra trecenta, tentoria incenderint, & campeſtria tormenta ſeptem, cum multo ſulfureo puluere, & nouem militaria ſigna in vrbem reportârint. Semel autem erupêre, vt hoſtium B
tormenta clauis configerent, ſed ſuo damno id tentârunt, ſiquidem quamplurimi ex illis capti aut interfecti ſunt.

Adeò autem in hoſtes ob ſæuitiam, Zutphemi & Naerdemi perpetratam, acerbè & inhumanè ſe geſſerunt, vt nemini captiuo vel ſponte ſe dedenti pepercerint. Semel duodecim, quos cœperant, latronum more ſuſpenderunt, quorum vnus Belga erat, tres Amſterodamenſes, & octo Germani, ſequenti nocte cùm cadauera è patibulo amouiſſent, vndecim capita è truncis abſciderant, quæ in dolio concluſa, in foſſas proximas caſtrorum proiecerunt, affixâ dolio ſchedulâ, in qua hæc C
Harl. mittunt Alb. decimam. erant inſcripta: Defer hæc capita duci Albano, pro decimæ tributo, cuius gratiâ hanc obſidet vrbem; qui ne occaſionem conquerendi de longa mora habeat, pro fœnore & auctuario vndecimum caput appoſuimus. Ad id inſolens factum ſe prouocatos ab hoſtibus dicebant, qui ex ſuis munitionibus in propinquum vrbis propugnaculum caput humanum proiecerant, cum ſchedula affixa, in qua erat ſcriptum: Eſt caput tribuni, qui Philippus Rex vocatur.

Velitationes crebræ. Crebræ velitationes & leuia certamina inter obſidentes, & obſeſſos fiebant, his in caſtra erumpẽtibus, illis ad mœnia, D
& aggeres adcedentibus: præſertim cùm cuniculis, aut tormentorum fulminationibus aliquid erat deiectum in vrbanis munitionibus, ſed oppidanorum diligẽtia cuniculorum pericula ſemper præueniebat, & quod vi tormentorum deijciebatur, reparabat, ita vt difficilis ſemper oppugnatio, irrumpere volentibus, Hiſpanis redderetur, & tentare mœnia non auderent. Semel autem excubitorum negligentiâ obſidentes noctu portam vnam, quæ Sancti Ioannis dicitur, ſemidirutam

A rutam occupârunt,ita vt nonnulli eorum in cubiculis, & ſu- 1573.
perioribus tabulatis ordinati conſiſterent, & nouemdecim
vexilla Hiſpanorum Vvalonum & Germanorum,ad irrum-
pendum parata erant,cùm exortâ luce, milites & ciues ali-
quot,numero ad ſexaginta, hoſtes portâ & aggerem iam oc-
cupâſſe perſpiciẽtes,ad arma conclamârunt, & intrepidè eos
adorti, vlteriùs progredi, & victoriam ſequi prohibuerunt.
Tota ciuitas ad tumultum excita, & quiſque arreptis armis
ad mœnia,vbi periculum poſcebat,adcurrit. Contractum eſt
B atrociſsimum certamen, oppidanis irâ & pudore in aggere
locum tenentibus,& ſummâ vi ac contentione ingreſſos ho-
ſtes propellentibus,his,quòd victoriæ imminerent, totis vi-
ribus incumbentibus : ſed oppidani tanto animorum ardo-
re,atque conſtantiâ depugnârunt,vt repreſſo pertinaci hoſti-
um impetu,eos in foſſas præcipites egerint,cum magna ſuo-
rum clade,præſertim ad portam Sanctę crucis,vbi cùm Hiſpa-
ni vetus propugnaculum occupâſſent, & explicatis vexillis,
denſatis ordinibus,ibi conſiſterent, tranſcẽdendis mœnibus
intenti, cùm ſubtus cuniculis actis, oppidani antea aliquot
C ſulfurei pulueris cados immiſiſſent, iniecto tunc igne,tantâ
violentiâ propugnaculum in auras diſsipatum eſt,vt ſublatis
hominibus, qui in eo conſiſtebant, omnes mutilatis aut diſ-
cerptis artibus fœdè perierint. Tunc oppidani perturbatis in-
ſiſtendum rati,munitiones propinquas hoſtium adorti ſunt,
vbi magna eorum cædes facta.

Toletanus cùm ſe oppugnationibus nihil proficere videt, *Toletanus*
ciuibus,prẹſidiarijs militibus admixtis,ſtrenuam operam,in *ad obſidio-*
defendendis mœnibus, nauantibus, ad obſidionem ſe con- *nem ani-*
uertit,deditq; diligenter operam, vt obſeſsis commeatus o- *mum con-*
D mnis intercluderetur, quod duobus modis fieri curauit,pri- *uertit.*
mùm vrbem ab omni parte circumuallauit, & in vallo multa
tumultuaria caſtella erexit, dein claſſem in lacum vrbi pro-
pinquum ſexaginta trium nauium introduxit, cui Boſſutius
præfuit. Aurantiana,cum illa confligere auſa, amiſsis viginti
& vnâ nauibus,profligata eſt,& liberam lacus poſſeſsionem *Propugna-*
Boſſutio reliquit. Eo ipſo die, quo duæ claſſes pugnauerunt, *cula ad la-*
propugnaculum prope lacum, quod à Harlemẽſibus teneba- *cum ſe de-*
tur,ter oppugnatum fuit, ſed egregiè ſe defendẽtibus, qui il- *dunt.*

1573. lud cuſtodiebant: verùm cùm nauium præſidio ſe deſtitutos A viderunt,& ad commeatus,& ſulfurei pulueris inopiam fermè redactos,vita & rebus ſaluis deditionem fecerũt. Eorum exẽplum ſequuti ſunt, qui in alijs propugnaculis ad lacum, pro deducendis commeatibus, excubabant. Harlemenſes eo pacto arctiſsimè obſeſsi ſunt, qui vt finis obſidioni imponeretur, vt hoſtes ad oppugnanda iterum mœnia accederẽt, ſummoperè exoptabant,eosque ad id audendum omni contumeliarum genere prouocabant; nunc diuorum imagines, & organa Muſica,templorum cruces, & veſtes ſacris dicatas, B & è ſtramine & fœno ſacerdotum, monachorum, & monialium factas effigies in aggere apponentes;Nunc epulis & cantibus indulgentes,Hiſpanos idololatras,& ſicarios appellantes. Id etiam faciebant, vt ſe, curâ & metu ſolutos,in magna ſecuritate contemtuq; hoſtium ac rerum omnium abundantiâ eſſe oſtenderent,cùm tamen maximâ penuriâ laborarent, & varijs curis torquerentur. Etenim ad eam commeatuum inopiam redacti ſunt,vt felium, & aliorum immundorum animalium carnibus auidiſsimè veſcerentur, & cùm non amplius ſuppeterent, ad coriorum eſum deuenirent. Obſidentes non multo meliori conditione vtebantur, quandoquidem multi ex illis inediâ, frigore & contagioſis morbis abſumti ſunt. C

Harl. Pontificios prouocant.

Commeatu laborant.

Aur. obſeſſis ſubueni reconatur.

Aurantius precibus obſeſſorum, & Hollandorum atque Zelandorum, qui reformatam religionem complexi fuerãt, querelis incitatus,ſubſidium laborantibus mittere decreuit. Inſtructis itaque nonnullis nauigijs, & terreſtribus copijs, quibus Battenburgium Baronem præfecit, quingentos carros in vrbem introducere ſtatuit. Copiæ inſtructę verſus Harlemum contendunt,& in caſtra Germanorum, quæ in ſylua D vrbi propinqua conſtiterant,irrumpunt,eorúmque excubias obtruncant. Id ſentientes ſocij, vndique arreptis armis ad ſyluam concurrunt,& cum hoſte confligunt. Certatur vtrinque acriter, ſed Germanis & Burgundis ſtrenuè ſe gerentibus,Aurantiani fugiunt,cadit Battenburgius,& cum eo mille, & ſexcenti milites, quatuordecim militaria ſigna capta ſunt,& trecenti currus.

Aurantianorum clades.

Cùm auxiliares copiæ Toletano ex Italia aduenêre,(erant

ad

A ad tria millia exercitatorum militum, quibus præerat Lupi- 1573.
us Anconanus) totâ virium mole mœnia adgredi, commu- *Toletano*
nibus ſuffragijs eſt decretum: tamdiu enim deſides ante v- *auxilia ad-*
nam vrbem conſediſſe, pudebat, & obſeſſorum pertinacia a- *ueniunt.*
lios Holandos in ſuo propoſito, de expellendis è ſuis finibus
Hiſpanis, confirmabat. Promota itaq; denuò tormenta, quæ *Oppugna-*
per duos integros dies magno impetu fulminârunt, ingen- *tio inſtitu-*
témque ruinam ediderunt: Aditu in vrbem patefacto, oppu- *ta.*
gnandam vrbem, quocunque euentu, inter copiarum duces
B ſtatutum eſt, quòd obſidio longa tædioſa, atque multum de-
trimentoſa fuiſſet. Parati pontes ad tranſcendendam foſſam,
quò tutiùs & promtiùs oppugnantes mœnibus ſuccederent.
Milites admoniti, vt corpora atque animos ad pugnam pa-
rarent, omnes lætitiâ geſtire, & ſummâ alacritate diem cra-
ſtinum expectare, quem omnibus laboribus finem allatu-
rum ſperabât. Obſeſsi ſimiliter de futura oppugnatione ma-
ximè gaudebant, quòd rerum omnium penuriâ laborarent,
& diutius obſidionem tolerare poſſe, deſperarent. Dum in ea
expectatione obſidentes, & obſeſsi eſſent, vnus centurio in *Centurio*
C caſtra ex vrbe transfugit, qui Toletanum de ſtatu vrbis ad- *proditor.*
monuit, eum ab oppugnandis mœnibus dehortatus, quòd
pugna multum periculoſa futura eſſet, quoniam oppidani i-
ta erant obfirmati, vt vincendum aut in certamine occum-
bendum neceſſarium putarent, & nullam ab hoſtibus cle-
mentiam expectandam, quietus per ſex tantùm dies mane-
ret, obſeſſos pertinaciæ finem impoſituros, & deditionem ad
victoris arbitrium facturos, eos radicibus tãtùm & corijs be-
ſtiarum vitam tolerare, & labantes artus ægrè ſuſtinere, quo-
niam à multis diebus nec carnes, nec panem guſtâſſent. To- *Harlemen*
D letanus hoc nuncio maximè lætatus, quòd ad finem laborũ *ſes ſe de-*
ſe perueniſſe perſpiceret, ab oppugnatione abſtinuit: quod *dunt.*
cum oppidani animaduerterẽt, colloquio poſtulato ita cum
Toletano trãſegêre, vt ciues direptionem facultatum ducen-
tis, & quadraginta millibus florenorum redimerẽt, è quibus
centum millia intra duodecimum diem numerarentur, ad re
liquum pactæ pecuniæ exoluendum longiori ſpatio conceſ-
ſo: cæterùm vitæ, neciſque poteſtas in omnes milites iuxtà
ac ciues victoris arbitrio relicta eſt.

1573. Romereus, caſtrorum magiſter, cum aliquot tribunis in vrbem ingreſſus eſt, qui ciuibus in proprijs ędibus ſe continere iuſsis, milites præſidiarios in tria tẽpla compulêre. Fuêre in vrbe quatuor millia præſidiariorum militum, qui, cùm deditio facta eſt, ad numerum mille ſexcentorum redacti erant: Germani ademtis armis impunè abire permiſsi ſunt, ex aliis, qui partim Angli, partim Galli, partim Vvalones erãt, ſexcenti & eo amplius laqueo, & gladio periêre, fermè trecenti veſtibus omnibus, vſq; ad interulam, exuti, & extra vrbem rapti in lacum præcipitati ſunt, paucis admodum vita donata. Cùm autem miſeri ad ſupplicium ducerentur, tantâ animorum alacritate & placido vultu incedebant, quòd pro libertatis patriæ & purioris religionis defenſione mortem oppeterent, vt ipſis hoſtibus admirationi eſſent.

Præſidiarij milites plectuntur.

Talem exitum habuit Harlemenſis obſidio, quæ per ſeptẽ menſes durauit, quæ in detrimentum obſidentium, omnium iudicio, ceſsiſſet, ſi obſeſsi ad cibariorum inopiam redacti nõ fuiſſent. Bis conſilio habito milites vrbe noctu excedere, & per ęqua, & iniqua euadere ſtatuerũt: Sed primùm de illo cõſilio deiecti ſunt, ꝙ populus ſe iniquè deſeri, & truculentiæ hoſtium obijci clamitaret. Cùm autem decretũ fuiſſet, vt plebs vnà cum militibus exiret, & ordo itineris faciundi iam conſtitutus eſſet, vt ſcilicet ſeptem cohortes in primo agmine ſtatuerentur, nouem in poſtremo, & plebs media inter vtranq; aciem incederet, hoc conſilium prudenter conceptum, literis è caſtris allatis, quibus ſignificabatur, vitam omnibus tum ciuibus tum militibus concedi, ſi ſe Toletani arbitrio permitterent, impeditum fuit.

Poſt hanc victoriam, multo labore & ſanguine partam, Hiſpani milites, ob non ſoluta multorum menſium ſtipendia, tumultu excitato, militiam detrectârunt, ita vt Toletanus victoriæ curſum ſequi nequiuerit. Coactus enim eſt per ſeſquimenſem circa Harlemum hærere, interea dum pecunia militibus pararetur. Poſtquam cum illis conuentum eſt, exercitus ad obſidendum Alcmarium ductus, quo bidui ſpatio peruenit. Statim poſt Harlemum captum fuerat ab Aurantio occupatum. Primo appulſu propugnaculum ante vrbem, à ciuibus de nouo extructum, Hiſpani cepêre, quo in poteſtatẽ redacto,

Alcmariũ obſidetur.

A redacto,circum vrbem foſſas duxêre,& municiones erexêre, 1573.
ita, vt omnis aditus aduenientibus auxilijs omnino præſe-
ptus eſſet,& exitus egredi volentibus præcluſus. Dum tem-
pus in eruptionibus, & crebris velitationibus conſumere-
tur,oppidani ſemel Hiſpanorum munitiones, quæ ad Grœ-
nenbergum erant, adorti ſunt, vnde magna ſpolia in vrbem
reportârunt, adducto ſecum Hiſpano vno,cuius admonitio
ciuibus plurimum profuit. Cùm enim declarâſſet, Toletanũ
ſtatuiſſe,muro tormentorum violentiâ adaperto,vrbem ſum
B mâ vi oppugnare, &,ſi ab oppidanis ſuos repelli videret, ca-
ſtra inde mouere, Alcmarienſes non parum recreati ſuêre,
quòd iudicarẽt, ſi ad repellendos à mœnibus hoſtes totis vi-
ribus adniterentur, breui à metu & periculo liberos fore, i-
deo ſe mutuo cohortati,ad patriæ,libertatis,& vitæ defenſio
nem,corpora atque animos ad futurã pugnam parabãt. Non *Oppugnatio instituta.*
multis interiectis diebus,maiora tormenta, numero viginti,
promota ſunt, quæ, eiaculatis pluſquã duobus pilarum mil-
libus,ingentem muri ruinam edidêre. Intercedebat foſſa ſa-
tis ampla & profunda, aquâ repleta, ad quam ſuperandam
C pontes conſtrui neceſſe fuit. Duos itaq; Toletanus fabricari
curauit,vnum ex lembis inter ſe connexis, alterum ex vina-
rijs dolijs: primus celeriter confectus eſt,ſed quia ſine mili-
tum cuſtodia relictus eſt,oppidani,noctu in foſſam ſe demit-
tentes,perforatis nauibus eum in profundum demerſêre. Se-
cũdus cum magno labore & periculo, per lutulenta,& aquo-
ſa itinera,ad labrum foſſæ ductus, vix mœnibus adplicari po-
tuit,& nullius prorſus vſus fuit. Oppugnatio tamen alia in
parte mœnium inſtituta fuit, in qua oppugnantes,adcurren-
tibus vndique defenſoribus, & ſumma contentione dimi-
D cantibus,cum magna cæde repulſi ſunt,nullo inſigni damno
hoſtibus illato,quamuis bis iterato impetu, mœnia adgreſsi
ſint. Toletanus,qui Alcmarienſes ad vnum omnes cædi de- *Obſidio ſoluitur.*
ſtinauerat, videns non ex animi ſententia negotium ſucce-
dere,nec expugnãdę ciuitatis ſpem aliquam affulgere, quòd,
propter impẽdens frigus, milites ſub dio amplius degere nõ
poſſent,& tellus præterea aquis vndiq; obducta eſſet,ne ma-
ius damnum ac dedecus reciperet,vnde animi hoſtibus auge
rentur,abductis à mœnibus magno cum labore tormẽtis,ob-

t

1573. ſidionem ſoluit,& ad Albanum patrem, qui Amſterodami e- A rat,reuerſus eſt.Ambo pôſt Bruxellas côceſſêre, maxima exercitus parte in Holandia remanente, ſub imperio Franciſci Baldeſij, quæ ab eo tempore nihil memorabile geſsit, quòd juges pluuiæ atq; intenſum frigus omnem alacritatem militibus & promtitudinem adimerent. Alcmariẽſes, hoſtes abeuntes conſpicati, confeſtim in eos irrupêre, & ad multum vſq; ſpatium perſequuti,nouiſsimo agmini graue detrimentum attulêre.

Claſſis Alb. Albanus ne ob exercitus fugam animum abieciſſe diceretur,mari bellum gerere voluit,ad id pręcipuè inductus, quòd B in lacu Harlemenſi ipſius claſsis feliciter dimicâſſet, ſperans parem vbique euentum habiturum.Naues itaque nouem militariter inſtruxit,quarum prætoria Inquiſitio vocata eſt. Ijs Boſſutium præfecit, quem aduerſus claſſem Septentrionalis Holandiæ proficiſci iuſsit,qui cùm hoſtes obuios habuiſſet, coactus eſt iniqua conditione cum ijs manus côſerere: erat enim numero nauium longè inferior, quòd illi ſupra triginta *Conflictus naualis.* haberent. Diu durauit conflictus, & videbatur in principio, victoria ad Hiſpanos inclinare,quæ demum ad Holandos ſe C conuertit.Nauis vna tormentis perforata,in profundum demerſa eſt,prætoria capta, in qua Boſſutius erat,cæteræ ſeptẽ, inflatis velis,fugam capeſſerunt, & Amſterodamum ſe receperunt.Victores Holandi captiuos ſuos Hornam duxerunt, *Boſſutius capitur.* cum ingenti prædâ,quæ in prætoria erat. Boſſutius vſque ad generalem pacem tranſactionis Gandauenſis captiuus detẽtus eſt,ſed omnes Hiſpanos ſecum captiuos,partim pecuniâ, partim precibus redimi,ac liberari curauit.

Arx Rammekenſis ab Aur. capta. Dum Hiſpani in obſidione Alcmarienſi hærebant: Auranṫiani arcem Rammekenſem in Zelandia in poteſtatem rede- D gerunt.Obſederant eam per aliquot menſes, & cùm ſub vna ex præcipuis turribus cuniculos egiſſent,obſeſsi metuentes, ne ſuppoſito igne ædificium corrueret,& hoſtes per ruinam, antequam reparari poſſet, irrumperent, deditionem facere, quàm ipſorum vim experiri,maluerunt.Captâ arce,exercitus *Mildeburgũ ab Aur. obſeſſum.* ad Mildeburgum ductus:Erat ibi in præſidio Mondraco cum Burgundionum legione:quòd vir acerrimus eſſet, & milites in armis induratos, & dicto obaudientes haberet, Aurantianis

Anis mœnia adoriri non placuit, ſed obſeſſos diuturnâ obſi- 1573.
dione fatigare, vt ad commeatus inopiam redacti, tãdem ma-
nus dare cogerentur.

Eodem fermè tempore Geetruderberga à Poyetto, Au- *Getruder-*
rantij legato, intercepta eſt, occiſis, qui ibi erant in præſidio, *berga ca-*
Vvalonibus. *pta.*

Hiſpani, qui in Holandia erant cum Baldeſio, cùm reſciuẽ- *Leydanum*
re, Leydanum non bene cõmeatibus & bellicis apparatibus *obſeſſum.*
eſſe inſtructum, illud arctiſsimè obſederunt, ita vt ingreſſuris
B atq; egreſſuris facultas omnis, niſi vi armorum, ademta eſſet.

Albanus cùm omnia ſibi vel multis prælijs victori aduerſa euenire, & omnes inferioris Germaniæ populos infenſiſſimos eſſe cerneret, ne maius dedecus & ignominiam acquireret, ſi diutius in præfectura, quam gerebat, maneret, miſſionem à Rege poſtulauit, & obtinuit. Optimè famæ ſuæ & gloriæ conſuluiſſet, ſi partâ de hoſtibus inſigni victoriâ contentus, populum immodicis exactionibus opprimere non ſtuduiſſet: ſed proſperis ſucceſsibus elatior factus, quiete, ſummis laboribus acquiſitâ, diu frui non potuit, ve-
C riſsimum eſſe demonſtrans, quod eſt à Sabellico dictum:

Humana cupiditas longè minus in ſecundis rebus, quàm in aduerſis nouit ſeruare modum.

RICHARDI DINOTHI

DE BELLO CIVILI BELGICO

Liber III.

1574. *Succeſſor Albani.* REVOCATO in Hiſpaniam Albano Lodoïcus Requeſenius, è familia Ducum de Cæſa, magiſter ordinis equitum diui Iacobi, quem magnum Commendatorem Caſtellæ vocabant, in eius locum ſuffectus eſt, qui à Belgicis populis, cum omni amoris ſignificatione, exceptus eſt, quòd pacem Regis nomine publicaret, ac quietem omnium procurare videretur, nihilq; ſæuitiæ, nec truculenti animi præ ſe ferret, ſed lene ingenium, atque tractabile oſtenderet, vnde omnes ordi- C nes præteritorum malorum leuamentum ſperabant, & ipſius gubernationem Albanianæ diſsimilem fore iudicabant. Primo ſuo appulſu conuentus habuit priuatos & publicos, ad quos inueteratæ prudentiæ viros, tum indigenas tum exteros, vocauit, ſententiasq; exquiſiuit; quánam ratione Belgici populi gubernatoribus offenſi, & ea de cauſa Regis mandatis parere recuſantes, ipſi recóciliari poſſent, & totum Belgium priſtinum tranquillitatis ſtatum recuperare: Regẽ ſubditorum commoda, & quietem maximè expetere, & præterita omnia, modò ad officium redeant, & abiectis armis, pa- D cem amplectantur, condonare velle. Vt verò clementiam Regis oſtenderet, & propẽſam erga Belgas omnes voluntatem, *Codicilli veniales.* eius veniales codicillos Antuerpiæ promulgari iuſsit, quę in hanc ferè formam concepti erant: *Remittimus omnem pœnam corporalem, criminalem, pecuniariam, confiſcationem, denique omne commiſſum delictum, quacunque id legum, placitorum, edictorum, decretorum, literarum, promiſsionum formâ perſtringatur, quicquid demũm ſit, vnde reatus ortus videri poßit. Abſoluimus, & pro abſolutis habemus, liberos & impunes;*

A *punes eſſe volumus ab omnibus delictis, quæcunque hoc nomine perpetrata* 1574.
ſunt, & in perpetuum abſolutionem valere volumus, ita vt nullus accuſare, aut in iudicium vocare poßit, ſiue, qui hæc tentauerit, priuato nomine agat, ſiue magiſtratu fungens, ſui muneris eſſe prætexat, ne fiſcus quidem noſter, aut procurator criminalis, cui, ſi quid moueat, perpetuum indicimus ſilentium, edicẽtes iſtarum noſtrarum terrarum Gubernatori, *quicunq; demum, & quocunq; tempore, cum noſtra poteſtate, erit. Senatui etiam noſtro, reliquiſq; omnibus magiſtratibus tam prouincialibus, quàm municipalibus, deniq; omnibus, qui in iudicijs cum officio erunt, ne quis ex commemoratis de-*
B *lictorum capitibus vllam actionem concipiat, quã quæ vel in perſonam, vel in rem cuiuſq; perſequatur.* Q*uod ſi quis auſit, iterum atq; iterum indicimus ne quis mentionem faciat, neque ad memoriam reuocet, nec iſtiuſmodi quæſtionem moueat, aut moleſtiam erect, ſiue apertè ſiue occultè.* Q*uod poſtremum eſt, quotquot in gratiam recipimus, eos omnes in integrum reſtitui mus, vt tam ipſi, quàm liberi & nepotes eorum in perpetuum ſint honeſti no minis, famæ, exiſtimationis, remouentes ab ijs omnem infamiam ac notam, quam criminis culpa incurrerint, non ſecus ac ſi ſemper extra omnem noxã fuiſſent, neminem ab hac venia noſtra, vel excipientes, vel excludentes, niſi quos ob magnitudinẽ eximij ſceleris ſingulatim deſignare decreuimus, quo-*
C *rum nomina quocunq; die, ac loco promulganda edicemus, diſertè excipiemus, excludemus, proſcribemus: reliquorum omnium commiſſa interim abſoluentes, obliterantes, remittentes.* Neque *obſtare quibuſdam volumus, quominus hic comprehendantur ij, quorum nomina ſeorſim notata fuerunt, vel aliâs priuatim perſcripta.* Ne *quis autem in hiſce omnibus nõ intelligat, quæ ſit noſtra ſententia: quicunque aberrâſſe videbuntur à vera fide ac religione, hoc eſt, quicunq; videbuntur vllo modo réceßiſſe à* Catholica, *recta, vera, ac ſyncera doctrina, quam obſeruat ſancta mater* Romana Eccleſia, *quóſque ab eius obedientia ſeparatos fuiſſe conſtabit, hoſce oportebit vera pœnitentia, ſyncero corde, conſtanti ac firmo propoſito, delicta atq; errores reijce*
D *re, at deponere in ſinum, atq; obedientiam ſanctæ matris* Catholicæ Romanæ Eccleſiæ, *impetrantes abſolutionem peccatorum & cenſurarum, in quas inciderant, idq; à miniſtris & commiſſariis, qui ab ipſa ſancta* Eccleſia *autoritatem habebunt, obſeruantes, ſequentes, & continuãtes* Catholicam *eamq; veram religionem, quam prædicta ſancta* Catholica Eccleſia *obſeruat, & confitetur.* Non *enim decreuimus, vt beneficium iſtius noſtræ inæſtimabilis veniæ ad eos pertineat, qui id facere poſthac recuſabunt, aut recuſare deprehendentur.* Q*uod etiam ad ciuitates, arceſq;, & alia muro cincta loca, item quod ad perſonas attinet, quæ, quo tempore hæc noſtra promulgabũtur, con*

1574. *tra nos in rebellione perſeuerare bellumq; gerere videbuntur, de ijs ita decer* A *nimus. Si à tempore promulgationis intra duos mẽſes ad officium redierint, noſtræq; voluntati ſeſe ſubmiſerint, ideoq; gratiam, & veniam à nobis implorantes, æquabuntur cæteris omnibus, ad quos veniæ fructus pertinebit. Sin interim detrectent, extra omnem miſericordiam impoſterum hoſtes ſunto, in quos de exquiſito rigore agendum decreuimus, vt pœnas delictis rebellionis, & contumaciæ minores non fuiſſe ſentiãt. Volumus igitur, vt omnes, quicunq; iſtiuſmodi delictis, maleficijs, & criminibus, quæ ab anno milleſimo, quingenteſimo ſexageſimo ſexto, vſque ad tempus promulgationis iſtius veniæ perpetrãrint, onerati tenebuntur, etiamſi Inquiſitionibus, & iudicio-* B *rum ſententijs damnati fuerint, hac noſtrâ clementiâ, atque indulgentiâ fruantur. Sed ſic tamen, vt excipiantur eæ res, quæ in fiſci poteſtatem redactæ, atque expenſæ in regios vſus, & poſſeßionem tranſierunt. Quæ tamen iiſdem, etiamſi delati, accuſati, conuicti, damnati, mulctati atque in coniuratorum numero deprehenſi fuerint, ea conditione reſtituentur: ſi probatis teſtimoniis demonſtrent, ſeſe Catholicè vixiſſe. Quo in numero quod ad ordines prouinciarum, ciuicas ſocietates, ſodalitates, collegia, fraternitates, communitates, tribus attinet; ijs omnibus quocunque crimine, & culpâ grauitatis, ita delictorum gratiam facimus, vt conſtitutiones Adminiſtratorum, & leges ab ijs accipiant, qui noſtro nomine poteſtatem, ac mandatum* C *habebunt. Quæ leges ad ius vnicuiq; dicendum, ita ex æquitate, & neceßitate ducẽtur, vt ex noſtra erga ſubiectos charitate definitaq; voluntate proficiſcantur. Quæ omnia ad ſalutem noſtrorum ſubditorum, vt quam optimâ fide collocentur, mandauimus Gubernatori noſtro cæteriſq; Prouinciarum præfectis, prætoribus, iudicibus, magiſtratibus, vt nullâ interpoſitâ morâ vbiq; promulgentur: quia ſic nobis placet.*

Hanc publicæ ac communis veniæ formulam ſic à Rege in Hiſpania editam, ad ſalutem omnium eorum, ad quos reatus motuũ, tumultuum, coniurationũ, rebellionum, tam præſentiũ, quàm præteritarũ pertinuerit, Requeſenius Gubernator D generalis ꝓmulgandã curauit, ſuam hac in parte ſentẽtiã Regis nomine interponẽs, qua quiſq; ſibi vtẽdum fruendũq; ſciret, & acciperet. Quod aũt ingenuè, & ſine fuco Regis & populi cõmodum ex æquo ꝓcurare videbatur, omniũ ferè animi ad pacem inclinârunt, & fuêre in certum aliquod tempus pactæ induciæ, in ſpem cõficiendę pacis, quã omnes ſummoperè exoptabant, bellicarũ calamitatum maximè pertęſi: ſed Mildeburgum, ab Aurantianis obſeſſum, pacis negotiationem

Quid pacis conſilia interturbet.

A nem turbauit, & conſilia, quæ ad concordiam, & quietē ſpe- 1574.
ctabant peruertit. Nolebant Hiſpani Zelandiæ poſſeſsionem
ſibi eripi, & Inſulani cum cæteris Geuſijs Mondraconem, mi
litiæ peritiſsimum ducem, ſuſpectum habebāt, ne nouas res,
pactâ pace, in ea regione moliretur, quòd illam vrbem valido
præſidio tueretur, quaſi graue bellum immineret, quod non
videbatur cum negotiatione pacis conuenire, & quādiu pri-
mariâ Inſulæ vrbe potiretur, durum frenū ſibi iniectum puta
bāt, quoniam ab acerrimo duce non parum ſibi metuendum
B eſſe videbāt, qui in eam rem ſolicitè excubaret, vt totius Inſu
læ imperium obtinere poſſet. Et militares viri vtriuſq; partis,
maximum momentum ad gerendum bellum, ſi pax iniri nō
poſſet, in eius Inſulæ poſſeſsione poſitum eſſe, intelligebāt,
propter maritimas negotiationes, ad quas maximè eſt oppor
tuna. Idcirco omnes conatus vtrinq; adhibuêre, Aurantiani,
vt vrbem manu caperent, Hiſpani, vt obſidione liberarent. Ea
contentio multorum naualium pręliorum cauſa fuit, in qui-
bus cum Aurantiani ſuperiores ſemper fuerint, maris impe-
rium, & Zelandiæ, atque Holandiæ tutam & quietam poſ-
C ſeſsionem adepti ſunt: quorum victoriæ cæteris quinde-
cim prouincijs animos adauxêre, ad libertatem recuperan-
dam, & Hiſpanicum nomen è toto Belgio exterminandum,
diuturnitate belli nullo modo territi, quòd ſocijs imperium
Germanici maris tenentibus, neque à mercibus exportan-
dis neq; commeatibus importandis ſe impediri poſſe, perſpi
cerēt. Erat Mōdraco Mildeburgi arctiſsimè obſeſſus, & ad ino
piam omniū fermè rerū, & maximè cōmeatus, redactus, cùm
Requeſenius in Belgiū venit: qui cùm ſuis opē ferre nō poſſe *Requeſenij*
perſpiceret, niſi validiſsimis copijs coactis, quòd rem ad præ *apparatus*
D lium deuēturam intelligeret, quas habuit in vnum collegit, *bellicus.*
quibus Auilam præfecit, quem ab Antuerpia Bergas ire iuſ-
ſit, vt expeditionem claſsis, quæ ibi parabatur, accelerarет. A- *Auilæ ar-*
uila tanto deſiderio rei gerēdæ tenebatur, vt cùm aliquot na- *dor & in-*
ues omni apparatu bellico inſtructas haberet, moræ impati- *duſtria.*
ens, aduerſus ventum, & maris æſtum in Scaldi flumine veli-
ficaret: cuius temeritate effectum, vt aliquot nauigia flucti-
bus perierint. Nauis vna, in conſpectu vrbis, cùm in arena-
rum cumulum impegiſſet, colliſa & demerſa eſt: alia quoque

1574. nauis prope Romerſvvald vndis vnà cum omnibus rebus, & A hominibus perijt. Quâ inopinatâ iacturâ, etſi pro malo præſagio haberi poterat, non territus Auila, nauigationis ſuæ iter proſequutus eſt. Cùm prope Vliſsingam ad iactum tormenti venit, vela demitti, & ancoras iaci iuſsit, Romereum, qui Bergis cum maiori claſsis parte erat, expectans, vt iunctis viribus in hoſtem progrederentur. Habebat ille, præter Flandros & Vvalones, decem Hiſpanorum cohortes: erant ei triginta celſæ naues egregiè inſtructæ, quæ cùm ad gratulandum Gubernatori, è portu proſpicienti, ſingulæ ſingula tormenta diſplo B derent, fortè inde ſulfureus puluis vnius nauis ignem corripiens magno repentinoq; impetu nauem, & omnes vectores in aerem in fruſta diſcerptos ſuſtulit.

Caſus.

Aurantiani, de Requeſenij apparatu certiores facti, Hiſpanorum aduentum cupidiſsimè expectabant, magnâ ſpe victoriæ conceptâ, quod numero nauium longè ſuperiores eſſent: ſupra centum enim illos tunc habere dicebatur. Cùm prope Mildeburgum Requeſeniana claſsis venit Aurantianam omnibus rebus optimè inſtructam obuiam habuit, cum qua contracto certamine quatuordecim naues amiſit, quarũ nouem C ab hoſtibus captæ fuêre, quinque demerſæ, reliquę fugam arripientes verſus Bergas, vnde venerãt, vela fecerunt, quas hoſtes inſequuti adhuc quatuor in poteſtatem redegerunt. Auila pugnæ non interfuit, quòd à Romereo non fuiſſet præmonitus de claſsis profectione, qui cum de clade ſuorũ nunciũ accepit, Dargaenum primùm, inde Antuerpiam, omni celeritate adhibitâ, ſe recepit: timebat enim, ne à victrice claſſe, ſi diutius prope Vliſsingam conſiſteret, opprimeretur. Mondraco deſperato auxilio, quòd Hiſpani cum tanto detrimento fuiſſent repulſi, Aurantij victoris arbitrio ſe dedidit. Is in de- D ditos nulla ſeueritate vſus eſt, & Mondraconi conceſsit, vt ipſe totumq; præſidium cum armis, & ſupellectile exiret. Fuit hæc victoria Aurantio glorioſa, & maximè vtilis. Dedit enim illi trium inſignium inſularum, Vvalachriæ, Beuelandiæ & Duuelandiæ, & viginti quinque munitiſsimarum vrbium, in Zelandia, Holandia, & Brabantia dominium, ac maris Germanici imperium.

Conflictus naualis.

Mildeburgum Aur. deditum.

Interea Naſſouius Aurantij frater cum octo millibus, quos in

A in Germania collegerat, Henrico fratre, & Chriſtophoro Palatino comitatus, Maſtrichum verſus iter habebat, eo conſilio, vt traiecto Moſâ flumine in Belgium penetraret, quorundam promiſsis confiſus, qui Maſtrichum, Antuerpiam, Valencenas, & Gandauum ei tradere polliciti fuerant, ſed conſilia detecta ſucceſſu caruêre. Requeſenius Auilam aduerſus eum miſit, vt tranſitu fluminis prohiberet. Is cùm Maſtrichum venit, equites aliquot emiſit, qui diligẽter explorarent, quales quantasq; copias Naſſouius haberet, quem quinque millia- 1574. Naſſouij exercitus.
B ribus à Maſtricho turmas recognoſcẽtem, inuenêre. Cùm verò Auila Naſſouij copias in dies adaugeri cerneret: Mondraconem, qui cum peditatu ſequebatur, admonuit, vt, quãtum fieri poſſet, accelerarct: cupere ſe cum hoſte confligere, antequam fluuium traijceret, ne ij, qui cis amnem ipſius aduẽtum expectabant, numerum copiarum adaugerent, eisq; animos adderẽt. Interea leuia certamina quotidie ſerebantur, in quibus Naſſouius notæ fortitudinis milites aliquot amiſit, qui, cùm de aduentu Mondraconis certior factus eſt, ad Falquebergam ſe recepit, quod à prælio abſtinendum eſſe cenſeret;
C nam cùm ipſius copiæ ex tyronibus maxima ex parte conſtarent, cum veteranis & exercitatiſsimis militibus non videbantur committendæ. Auila ex timore hoſtium audacior factus, eos properè inſequitur, & in caſtra irrumpens, quingentos ex illis trucidauit. Naſſouius ſuos eâ iacturâ territos vlterius reduxit, & ne longiùs perſequeretur hoſtis, in Germaniã redire ſimulauit. Auila metuens, ne tranſitum in flumine inferiùs quæreret, ſecundum illud exercitum duxit, ad id paratus & intentus, vt rebus pro occaſione vteretur. Habebat ille quatuor millia exercitatorum militum, quorum virtuti con- Auilæ copiæ.
D fiſus, duplo maiores copias adoriri non verebatur. Dum in ijs eſſet, nunciatum ei eſt, Nimmegenſes de tradenda Naſſouio vrbe cogitare: ob id præſidium eò ſtatim miſit, & hoſtibus adeò propinquus factus eſt, vt inter bina caſtra fluuius tantum intercederet. Aberat à Mokeno quatuor paſſuũ millibus, cùm per exploratores reſciuit, Naſſouium ibi munire caſtra decreuiſſe. Auila ad Grauam vſque (ea in Brabantiæ finibus eſt) progreſſus, magnâ adhibitâ celeritate, pontem ex nauiculis fieri curauit, per quem in hoſtiũ conſpectu tranſiuit, & prope eos

1574. caſtra poſuit. Illi motis caſtris, quòd rem ad pręliū, quod Aui- A
la appetere videbatur, deduci nollēt, propius Mokenum ſub
veſperam adceſſêre, & eâ nocte caſtra, quàm maximâ potuêre
Prælium. diligentiâ, muniuêre. Mane vterque exercitus ſub ſignis e-
ductus, & tubæ ac tympana horum atque illorum, ad ineun-
dum prælium, ſimul concrepuêre, ſed in ipſo pugnæ articu-
lo Germani pedites, qui Naſſouio militabant, debita ſtipen-
dia poſtulantes, plerique omnes certamen detrectârunt. Præ
miſit Auila validam ſcloppettariorum manum, quibus ha-
ſtatorum centuria præſidio eſſe debebat, ſi ab hoſte pelleren- B
tur. Hi cum Naſſouij munitiones audacter tranſcendiſſent,
facilè de peditibus victoriam ſunt adſequuti, quòd nulla fe-
Fuga. rè defenſione paratâ intentiſsimâ fugâ in propinquam ſyl-
uam ſe receperunt. Naſſouius, in hac inexpectatâ ac ſubitâ
exercitus conſternatione, ſe non deſerit, & magis iratus,
quàm territus equitatum in hoſtem primis ſucceſsibus fero-
cientem ducit, ſed multis amiſsis, cæteri peditum ſortem ſe-
Naſſouius cum fratre & Palatino Chriſtophoro perit. quuti ſunt, in effuſam fugam coniecti; Naſſouius ipſe cum
fratre & Palatino Chriſtophoro in pugna trucidatus eſt: Hi,
quòd à ſpoliantibus cadauera non fuerunt agnita, à pleriſ- C
que in pacatum euaſiſſe, crediti ſunt: dein cùm nuſquam ap-
parerent, eos ab hoſtibus captos fama vulgauit, atque in te-
tros carceres coniectos, cui Palatinus Elector, Chriſtopho-
ri pater, credens, miſsis ad Requeſenium legatis filium re-
quiſiuit, poſtulauitq́;, vt ſicubi in Belgio captiuus detineret
perſoluto redētionis precio, pro more militiæ illū reciperet.

Naſſouius qualis. Fuit Ludouicus Naſſouius vir militiæ peritus, ſolerti inge-
nio, & conſilio optimus, ad pericula impauidus, quæ præno-
ſcere magis, quàm præcauere potuit: nobilitati atque popu-
lo charus, non in Germania tantùm Belgioq́; notus: ſed eti- D
am in Gallia, vbi quandiu conuerſatus eſt, ſummo honore à
primoribus adfectus. Eum hoſtes pręcæteris ducibus timuê-
re, conatus omnes aduerſus eum conuertētes, quòd exiſtima
rent, ſi eius impetus reprimeretur, facilem de alijs victoriam
fore, quoniam bello acerrimus, & vigilātiſsimus erat, in præ-
lijs tamen ſæpiùs infelix, quòd miles in propoſito peruicax,
& magis lucri, quàm decoris auidus, ſpes ipſius, in ipſo rei ge
rendæ momento, turpiſsimè falleret.

Poſt

A Poſt eam victoriam Hiſpani, excitato tumultu, quemadmodum antea ſub Albano, militiam detrectârunt, ſe extremam inopiam diutius ſuſtinere non poſſe dicentes, & ſtipendia triginta quinque menſium, quæ ſibi deberi adſerebant, poſtulantes. Auila cùm tantum pecuniæ non haberet, quantum petebant, & à Gubernatore non poſſet in tanta temporis exiguitate repræſentari, tumultuantes milites cum aliter pacari non poſſent, ad vrbem Antuerpiam duxit, in quam irrumpentes inſtructâ acie in forum progreſsi, & magna vo-
B ciferatione pecuniam poſcentes, magnum omnibus metum, & terrorem incuſſerunt. Inde excubijs, præſidijsq; diſsipatis, & in quam cuique lubebat domum intrantes, nonnullis etiam ædibus, & in ijs Gubernatoris Antuerpienſis, expilatis, ipſoq; Gubernatore, eiusq; milite præſidiario vrbe pulſo, totam ciuitatem ſub ſuo dominatu tenuerunt, nequicquã Belgij præfectum veriti, qui in mercatorum Saxonum domũ ſeceſſerat. Ciues vt ab ea effreni licentia militum atq; impotenti dominatu ſe liberarent, ſummo ſtudio & curâ incubuêre, vt ipſorum petitioni ſatisfieret. Itaque cùm ad quadringẽta mil-
C lia florenorum collegiſſent, nec illa ſumma ad plenam debitorum ſtipendiorum ſolutionem ſufficeret: partim aliæ res in æſtimationem illis datæ, partim reliqui ſolutio in certum diem promiſſa eſt.

1574. Hiſpani ſtipendia poſcunt.

Antuerpienſes Hiſp. ſoluunt ſtipendia.

Dum Antuerpiæ omnia metu, & terrore complerentur, claſsis præfectus, quas habebat, naues omni apparatu militari adornatas, in portu Antuerpienſi ad aliquot ab vrbe milliaria educit. Aurantiani eâ re cognitâ, eductâ claſſe, in eas impetum fecerunt, nonnullasque cœperunt, quaſdam etiam, quæ pertinaciter reſiſtebant, tormentorum violen-
D tiâ quaſſatas, in profundum demerſerunt, ita vt Hiſpani ſine claſſe prorſus fuerint, libero maris imperio hoſtibus relicto.

Hiſp. claſsis profligata.

Requeſenius, perſoluto tumultuantibus militibus ſtipendio, in primario vrbis templo congregatis eorum præcipuis, ſolenni iuramẽto adhibito, præteritorum veniam conceſsit; idcirco ſe, ad obedientiam præſtandam, militari ſacramento obligârunt, qui tãdem Antuerpiâ digreſsi, ad Leidanum Hollandiæ, denuò obſidendã, profecti ſunt. Inde diſceſſerant ſo-

Hiſpan. ad Leidanum obſidendam ablegati.

1574. lutâ obſidione, cùm Naſſouius, coactis copijs ad Moſam, in A Belgium penetraturus aduenisſet. Illi adeptâ de illo victoriâ, & receptis Antuerpiæ ſtipendijs, cùm audiuêre Leidanum, poſt ſuum diſceſſum, nullo modo communitum, ad obſidionem reuerſi ſunt ſub eiuſdem ducis Franciſci Baldeſij auſpicijs. Ille pulſis Anglis, qui nouas quaſdam munitiones, prope Nortvvicum & Valckeburgum, tenebant, cum octo circiter millibus militum Hiſpanorum, Vvalonum, & Germanorum ad omiſſam obſidionem redijt, & munitiones in ſexaginta duobus locis circùm erexit, ita, vt omnis aditus ingreſ- B ſuris auxilijs præcluderetur.

Scripſit ad obſeſſos Aurãtius, vt eiectis hominibus ad defenſionem inutilibus, ita commeatus diſtribuerent, vt in tres menſes ſufficere poſſent, quod citius illis ſuccurrere ſibi ac Holandiæ ordinibus impoſsibile eſſet. Reſcripſêre Aurantio Leidamenſes, totum frumentum, quod in vrbe erat, nõ poſſe ad illud temporis ſpatium durare, nihilominus ſe fame perire malle, & omnia belli incommoda ſuſtinere, quàm duram ſub hoſtibus ſeruitutem pati: petere à Roterodamenſibus, Delfenſibus, & Gondenſibus, ne ſinerent commeatus in ca- C ſtra hoſtium terrâ deferri: hac enim ratione multarum rerum inopiam ſentire poſſe: ſi aliter facerent, communis cauſę deſertores, & libertatis patriæ proditores fore: Interea Aurantium, & ordines enixè orare, ne ipſos ab hoſte circumuẽtos, & penè oppreſſos negligerent: quietem enim communem ex ſua ſalute dependere, quòd vrbis ſitus maximam commoditatem ad gerendum eâ in prouincia bellum præbeat.

Quid petã: Leidamenſes ab Aur.

Baldeſius quòd nullum tormẽtorum apparatum, ad quatienda mœnia, adduxiſſet, vrbem inuaderé nõ poterat, & longam, ac tædioſam fore obſidionem prçuidebat, ſi ciues ad re- D rum omnium inopiam adducendi eſſent, vti antea Harlemẽſes, ad aſtus ſe conuertit. Habebat apud ſe multos ex vrbe pfugos, quos ad conciues ſuos literas perſcribere iuſsit, admonentes, & hortãtes, vt perſpecto grauiſsimo periculo, in quo verſabantur, neceſsitati parerent, & ſub tolerabilibus conditionibus deditionem facerent, antequam vi armorum victoris arbitrio ſe dedere, aut excidium patriæ in ſua morte videre cogerentur. Habere quidem vrbem populoſam, ſitu atque

Baldeſij aſtus.

arte

A arte munitam,& ob id oppugnatu difficilimam, ſed tot mu- 1574. nitionibus circumuallatam, vt nulla ratione commeatus in eam introduci poſſent,præſertim cùm illæ validiſsimis præſidijs veteranorum copiarum cuſtodirentur: Regem potentiſsimum Europę principum eſſe,idcirco ipſum laceſſere,extremæ dementiæ eſſe,non difficile ipſi,illos,atque alios imperium detrectantes,ad officium cogere, proinde maturè ſaluti ſuæ proſpicerent,& ne ad extremam vſque neceſsitatem ſe reduci paterentur,quæ ſemper graues conditiones adfert.

B Ad omnes autem literas,quæ in hũc ſenſum ad ipſos perſcriptæ,nihil aliud, quàm hunc verſiculum reſponderunt:

Fiſtula dulce canit volucrem dum decipit auceps.

Baldeſius cùm Leidamenſes literis ſuorum nihil commoueri vidit,ductis foſsis arctiùs eos obſidere decreuit, tantũq; effecit,vt omnia itinera à ſuis copijs inſeſſa,& viæ interſeptę eſſent,ita vt nihil,niſi cum maximo periculo, in vrbem importari poſſet,Tentârunt tamẽ aliquot ciues,qui ab vrbe tũc excluſi erant, obſeſſos commeatu iuuare, ſiquidem triginta nauigia,tritico & ſiligine onerârunt,eo conſilio, vt duorum

C ruſticorum operâ,per ſecretam & inſolitam quandam viam, *Irritus Leid. conatus.* inſcijs hoſtibus,in vrbem ea introducerent,ſed cùm noctu id perficere ſtatuiſſent,non inuentis ad conditum locum ruſticis,à via aberrârunt in noctis tenebris: clarâ luce errorem detegente,redire eò,vnde venerant,coacti ſunt. Leidamenſes, de propoſito ſuorum admoniti, quoſdam cum nauiculis in occurſum illorum miſerũt,quos cùm diu ad Rhenum fruſtra expectâſſent,& iam de reditu cogitarent: duo nauigia hoſtiũ ad pontem Heymanum inuenerunt; in quæ irruentes in poteſtatem redegerunt,& vectoribus trucidatis omnibusq; re-

D bus in nauiculas ſuas tranſpoſitis,alterum perforatũ in profundum demerſerunt,alterum incenderũt, prædam omnem in vrbem comportantes.

Gubernator ciuitatis Theodoricus Bronchorſtius,& cum *Conſtitutiones in vrbe.* eo magiſtratus & nobiles, præſagiẽtes obſidionem longam fore,& magnum periculum à cibariorum penuria imminere,quòd magna populi multitudo eſſet,& frumenti non magna copia (nam ad quatuordecim millia hominũ omnis generis in vrbe tunc cenſebantur,& frumenti quater mille cen-

1574. tum viginti quinque modij tantùm per totam vrbem inuenti ſunt) ſtatuerunt, vt ad duos menſes quilibet homo ſemilibra panis ſingulis diebus contentus eſſet. Modus etiã eſt conſtitutus oleribus, lacti & alijs edulijs, ne illorum inopia per immoderatum vſum ſentiretur. adſignatum eſt etiam cuique quid in mœnibus atq; aggerib. reparãdis, ac tuendis agere deberet, ne doloſus hoſtis imparatos & incautos opprimeret. A

Dum in ijs eſſent Leidamẽſes, maiores copiæ in Bommelium, Gorcumum, & Loueſtenium à Requeſenio miſſæ ſunt. Bommeli erat Balfurius Scotorum Columella cum quinque vexillis ſuæ gentis, qui cum ciuibus & nobilibus aliquot Hollandis, ſingulis diebus, in hoſtes erumpebãt, leuiaq; certamina ferebãt, ita vt illi nihil in mœnia tentare auſi ſint. Qui Gorcumi & Loueſtenij erant, non minus impigrè rem gerebant: etenim non ſolùm aduerſus inſultantes hoſtes egregiè depugnãrunt, ſed effractis molibus adiacentes campos inundãrũt, vnde Hiſpanorum conatus omnino inutiles redditi ſunt. B

Bommellum, Gorcumum, Loueſtenium, obſeſſa.

Cùm in eo tractu nihil efficere poſſent, Vvorcumum obſederunt, prolatisq; tormentis acriter diuerberãrunt: erant ibi quinque peditum cohortes, quæ cùm viderent, locum commodè defendi non poſſe conſcẽſis clàm nauigijs in pacatum abiêre, præter centum quinquaginta, qui, quòd in tempore ad naues peruenire non poſſent, in vrbe deprehenſi, in poteſtatem hoſtium deuenêre. C

Vorcumum obſeſſum.

Eo tempore Bruxellis incendium magnum excitatum, quod tamen plus pauoris, quàm detrimenti attulit, ſed quòd ex fortuito igne acciderat, videbatur alicuius futuri mali præſagium: Nec vanum fuit iudicium, nam bellici apparatus regiorũ, fœderatorum diligentiã, in irritum penè abiêrunt. Erat mola pulueris tormentarij, quæ cum turri ei vicina, in qua repoſiti erãt quinquaginta cadi, puluere illo repleti, flammam corripuit, cuius vi turris illa & adiuncta mœnia, ad viginti cubitus, à fundamentis deiecta, ſublatis in aera ſaxis, & procul ab vrbe decidentibus. In vrbe & extra mœnia plurimorum ædificiorum tecta dirupta & diſiecta, quindecim tantum homines interiêre. D

Incendium Bruxellis.

In obſidione Leidamenſi Hiſpani non ſegnes munitiones circumquaque erigebant, vt oppidanis omnem facultatem

Hiſp. alacres in Lei-

A tem intromittendi commeatus adimerent. Vnanimiter alias 1574.
erexêre prope Lammenum, quingentis circiter ab vrbe paſ- *dani obſi=*
ſibus, quæ obſeſsis multùm incommodabant. Idcirco in ſex *dione.*
nauigijs egreſsi ſunt, vt Hiſpanos inde expellerent, ſed ab ijs
adeò egregiè excepti ſunt, vt celeriter in vrbem ſe recipere
coacti ſint, amiſsis quatuor nauigijs & quinq; viris.

Paulò pòſt Cepinus Vitellius cum quindecim Heluetio- *Leerdemũ*
rum cohortibus, adiunctis aliquot Hiſpanicis, Leerdamum *obſeſſum.*
oppidulum obſedit, & promotis duodecim tormentis, ita a-
B criter mœnia diuerberauit, vt magnam eorũm ſtragem fece-
rit. Duæ Aurantianorum cohortes ibi in præſidio erant, quæ
quòd ruinam commodè reparari non poſſe perſpicerent, nec *Deditum.*
inuadentium hoſtium impetum ſuſtineri: poſtulato collo-
quio in has conditiones deſcenderunt: vt relictâ vrbe cum ar-
mis, quò luberet, abirent.

Interea Leidamenſes maximè ab hoſte premebantur, qui, *Leidanenſiũ eruptio.*
erectis circumquaque munitionibus, omnem eis facultatẽ,
intromittendi commeatus, ademerat, cui vt incommodarẽt,
crebras eruptiones faciebant, in quibus parum proficiebant.
C Semel autem cùm ex duabus portis magnus eorum nume-
rus cum armis & foſſorijs inſtrumẽtis erupiſſet, munitiones,
quæ in Bolhuyſeo ponte erant, magnâ vi adgreſſus eſt. Ibi no
naginta Hiſpani in præſidio erant conſtituti, qui fortiter in-
uadentium impetum ſuſtinuerunt, ſed cum Leidamẽſes miſ-
ſilem ignem in ollis vitreis in eos multum iacerent: locum
deſerere coacti ſunt, quòd eo plurimi amburerentur. Maxima
præſidij pars trucidata eſt, pauci euaſêre; ad eorum fugam &
ignis flammam conſpectam, qui in propinquis munitioni-
bus erant, ad Lammenum, Vvadingam, Leyerdorpum, Voſ-
D cotam, Vvaſſenarum, arreptis armis, ad recuperandas amiſſas
munitiones, adcurrerunt, quas bis, repetito conatu, magno
impetu inuaſerunt, ſed à Leydamenſibus fortiter ſunt repul-
ſi: Durauit pugna per duas horas, in qua ad centum Itali, &
Hiſpani periêre. Leydamenſes ꝙ vndiq; adcurrẽtes hoſtes vi-
derent, non diutius ibi morandum rati, in vrbẽ ſe receperũt.

Interea quidam Hiſpani & Vvalones, qui Hayæ & in cir- *Hiſpan. à*
cumiectis locis erant, operâ & auxilio quorundam amico- *Delfto re=*
rum, Delftum vrbem intercipere conati ſunt: ſed detectis *puſſi.*

1574. magiſtratui conſilijs ab ijs ipſis, qui vrbem prodere ſimula- A
bant, magnum periculum adierunt. Nam in porta, per quam aditus illis promittebatur, talis ſulfurei pulueris & variæ materiæ, quæ flammam facilè corripit, apparatus factus eſt, vt ſi eam ingreſsi fuiſſent, pœnas concepti facinoris grauiſsimas dediſſent: ſed ipſi ad mœnia appulſi, cùm pons ſubductilis nō demitteretur, & porta non aperiretur, ſuſpicati quod erat, eò vnde venerant, celeri paſſu redierunt. Multæ pilæ, diſploſis è mœnibus tormentis, in eos emiſſæ ſunt, ſed ſine detrimento, quòd iam longè abſceſſerant. B

Negotiatio pacis irrita. Negotiatio pacis Traiecti tunc fuit incœpta, in qua cum delegati Zelandiæ & Holandiæ cum Aldegodano, qui Aurātij nomine eò miſſus erat, ſupplicem libellū obtuliſſent, quo Regem orabant, vt peregrinis omnibus, qui munia Politica, vel militaria habebant, è Belgio excedentibus, omnia generalium comitiorum decreto atque autoritate adminiſtrarentur: nihil impetrare potuêre, & conuentus eſt diſſolutus.

Conſiliū de auxilio Leidanēſ. ſubmittendo. Deliberatum tunc eſt ab Aurantio & Zelandiæ Holandięque ordinibus de auxilio Leidamenſibus ferendo, à quibus varijs dictis ſentētijs, tandē hoc cōſtitutum, quoniā terreſtris C expeditio periculoſiſsima foret, ꝓpter hoſtium multitudinem ac validas circum vrbem frequentesq; munitiones, vt *Moles perruptæ.* perruptis plurimis in locis, Moſæ & Yſſelæ fluminum molibus, & apertis Roterodami & Sciedami emiſſarijs, circumiectus ager inundaretur, per quem nauigia velut per nouum ęquor velis, & remis agerentur, & vi tormentorum depulſis è munitionibus ſuis hoſtibus, cibaria obſeſsis inferrentur: nihili faciendam bonorum iacturam quātumuis magnam, (ea trecentorum millium coronatorum æſtimabatur) qua patriæ libertas pararetur. Hoc decreto omnium ſuffragijs con- D firmato, Yſſelæ moles ad Capellam in ſedecim locis perrupta eſt: Item inter Roterodamum & Delfshauenum moles vno in loco deiecta, vnde magna vis aquæ erupit, & quinque emiſſaria Roterodami & Sciedami aperta. Dum aqua campos ſenſim inundabat nauigia lata carina, & triremes parabātur, maxime in Zelandia à Boiſoto Ammirante Vliſsingæ, & Vvilemio Zirirzeæ, qui paratam claſſem Roterodamum adduxe- *Exercitus naualis.* runt, in qua erant octingenti nautæ, & maiorum minorumq;

tor-

A tormentorum ingens numerus. Ibi congregatus eſt totus 1574.
naualis exercitus,qui ducentas naues lato fundo pontonum inſtar habuit,ita inſtructas,vt quælibet vnum, atque alterum æreum tormentum in prora geſtaret,in lateribus ſex minora ex ijs,quas Baſſas vocant.Remis etiam inſtructæ fuêre, quædam duodecim,quædam ſedecim aut octodecim.Horum Zelandorum aduentus hoſtes maximè ſolicitos reddidit, quoniam feroces ſunt,&rei naualis peritiſsimi,atque in propoſito ſummoperè pertinaces.Vt palàm facerent,quanto deſide
B rio libertatis patriæ,& odio hoſtium tenerentur,& quantum Inquiſitionem Hiſpanicam horrerent:quidam eorum in emblemate lunam creſcentem argenteam ferebât, cum his verbis:Citius Turcæ,quàm Papiſtæ. Perruptis fluminum molibus,& emiſſarijs apertis,prata inter Roterodamum, & Goudam ſtatim inundata ſunt, ita, vt per ea nauigia plano fundo fœno onuſta facilè perduci poſſent,ſed aqua,circa moles reſidens,verſus Leidamum curſum non tenebat, quod incõmodum Goudenſes animaduertentes, emiſsis aliquot foſſoribus,molem Hildamenſem perfregerunt, ſed inutilis eorum *Incommoda perruptionum.*
C labor fuit:nam poſtridie hiatus ab hoſtibus fœno & lignis eſt reparatus.Cùm hâc non ſucceſsit,Aurantius moles,quæ ſunt inter Soetermæirum, & Vvilſvenam perfringi iuſsit, vt illac naues in lacum propinquum deſcenderent. Tunc claſsis verſus Leidamum nauigauit, & Aurantius aliquot Gallorũ cohortes,Gardeo Duranto & Cateuilla ducibus, ad Soetermeirũ præmiſit,vt perductis foſsis ſubitariam munitionem erigerent.Imperata diligenter Galli fecerunt, nequicquã ſentientibus hoſtibus. Duo Ammirantes Vliſsingenſis,& Ziriczeẽſis à duobus lateribus nouæ munitionis nauigabât,eam *Progreſſus.*
D ſuis tormentis,ſi ab hoſtibus inuaderetur, defenſuri. Vix abſoluta erant, cùm quinque Germanorum cohortes è Soetermeiro,ad illam inuadendã,prodierunt.Non expectârũt Galli, vt intra munitionem ab hoſtibus inuaderentur,ſed ſummâ alacritate in occurſum illorũ progreſsi ſunt: ſed antequã manus conſerere poſſent,Germani ita à tormentis ſex triremium ex obliquo impetiti fuêre, vt cum ſuorum cæde bis repulſi,eò,vnde venerant,ſe recipere cogerentur.Sub noctem à Vvilſvena peditum & equitum valida manus, ad inuaden-

1574. dam nouam munitionem aduenit, ſed pilarum & glandium A
procellâ in eos è triremibus emiſſâ, terga vertere coacti ſunt.
Triremes vi remorum fugientes hoſtes inſequutæ, quoſdam
Barbarum facinus. equos cum ſeſſoribus occiderunt. Ibi barbarum facinus à Ze-
lando vno editum: Is cum Hiſpanum pugnans trucidâſſet,
cor adhuc palpitans ei eruit, & dentibus admotum momor-
dit, poſtea à ſe abiecit. Illud Delftum relatum, à quàm pluri-
mis cum dentium veſtigijs conſpectum eſt. Hoc inuſitatum
facinus & Chriſtiano indignum, ſatis declarat. quam impla-
cabile odium populi illi, contra Hiſpanicam gentem, ob in- B
tolerãdam ſuperbiam ac ſæuitiam, conceperunt, & quænam
merces ex immani crudelitate ſit ſperanda. In eius atrocis fa-
cti, & totius Leidamenſis obſidionis memoriã, hi non inſulſi
verſus editi ſunt, à nobili Norvvicquo, vt dicebatur:

Lugdunum cingit Batauorum miles Iberus;
A Batauo contrà cingitur ille mari.
Non opus eſt gladiis, ferroq́; rigentibus armis;
Solæ pro Batauo belligerentur aquæ.
Iacturam pecoris Batauus quam fecit & agri,
Humano decies ſanguine Ibere lues.
Mercator ſapiens tamen haud mercabitur vna
Hiſpani generis corpora mille boui.
Macra caro eſt: nuper cum cor guſtaſſet Iberi
Reſpuit, & canibus nauta vorare dedit.
Deſeruêre agros Bataui, & Naſſouius heros;
Non tamen his vllus abſtulit hoſtis agros.
Inuenit ratio ſine ſanguine pellere longè
Hoſtileſq́; manus, Heſperiumq́; iugum.
Tolle metus, Hiſpane fuge, & ne reſpice terras,
Pro quibus Oceanus pugnat, & ipſe Deus.

Aurantiani pergunt. Aurantiani ex fauſto expeditionis initio aucti animis, ver D
ſus Soetermeirũ progreſsi ſunt, ſed via quæ viridis dicitur, ꝗ
pedis mẽſura altior aqua extaret, eorũ curſum cohibuit: adhi
bitis aũt foſſoribus, aggerem illum perfoderunt ſatis lato hia
tu, ita vt naues tranſierint. In ponte Soetermeirenſi erant Hi-
ſpani cum triginta peditũ vexillis, qui domos ab vtraq; parte
occupâ-

A occupârant, & pontem diligenter munierant, ideo difficilis 1574.
aditus claſsi dabatur,quoniam illi niſi vi tormentorum inde
expelli non poterant. Ammiras Vliſsingenſis per diuerſos ca
nales diſtributis triremibus ad hoſtes contendit, ipſe medi-
um,qui rectâ ducit ad pontem tenuit. Summo mane eò vene
runt, remque tormentis magnâ contentione egerunt, vſque
ad meridiem:quod autem ea tormentorum fulminatione pa
rum proficerent,& hoſtes,propter ſuorum cędem,nullam ti-
moris ſignificationẽ darent: Vliſsingẽſis receptui cani iuſsit,
B quod ſine aliquot hominum iactura fieri nõ potuit. Tribuni
Galli,Catteuilla,Durantus & Guilereſſa, aſſumtis ſecũ qui- *Galli pereunt.*
buſdam militibus notæ virtutis,pone ceſpitum aceruos,non
longè à munitionibus hoſtium,in ſcaphis conſtiterant,ſclop
pettis rem gerentes,in hoc maximè intẽti, vt propinquas do
mos incenderent: exiſtimabãt enim hac ratione hoſtiũ muni
tiones ea in parte occupari poſſe, & claſsi commodiorẽ adi-
tum dari.Hi quòd de ſuorum diſceſſu nihil præſciuiſſent,(nõ
enĩ ſciebat Vliſsingẽſis illos tam longè progreſſos,propterea
non reuocauerat) in eo loco quem cœperant,pertinaciter hæ
C rebant,quos hoſtes conſpicati,conſcenſis ſtatim pluribus ſca
phis,tantâ vi atq; impetu adorti ſunt,vt Catteuilla,& Guille-
reſſa cum ſeptem militibus ſubuerſâ ſcaphâ in aquis demerſi
perierint, Durantus & aliquot alij ad claſſem enatârunt.Au
rantiani omnia difficiliora,quàm à principio putârant, inue-
nientes, graui ſolicitudine premebantur, quòd perrumpere
hoſtium munitiones non poſſent,& quòd ventus non iuua-
ret, & aqua decreſcere videretur, conſilij inopes erant; cùm
ſtatim ex duabus rebus noua ſpes affulſit: nam ventus ſecun-
dus, qui curſum aquarum iuuabat, flare cœpit, & duo ruſti-
D ci commodum iter, & ab hoſtibus non inſeſſum, inter Soe-
termeirum & Benthuiſam,quod Segvvartum dicitur, oſten-
derunt. Vliſsingenſis cum octo triremibus,in quibus ſeptua-
ginta milites erãt, relictâ ante pontem Soetermeirenſem re- *Felicior*
liquâ claſſe, intempeſtâ nocte ad Segvvartum adceſsit, quem *conatus.*
locum cùm occupauit, tumultuarias munitiones duobus in
locis, ad reprimendum Benthuiſenſium præſidiariorum, &
Soetermeirenſium impetum, ſtatim excitauit. Mane claſſem
ad ſe acciuit,vt hoſtes,ſi adcederẽt,faciliùs reprimeret, ſed ab

1574. hac cura ſtatim eſt liberatus. Nam Germani, qui Benthuiſæ A præſidio impoſiti erant, cùm de triremium ad Segvvartum aduentu audiuêre, non expectatâ clarâ luce, fugam arripuêre, & Soetermeirenſes, deſertis ſuis munitionibus, & abductis ſecum tormentis, verſus Nortaſſeam, Soetervvouvveam, kerckvvegum & Vveyportum ſe recepêre, munitis ibi pluribus ædibus. Locum à Germanis deſertum Ladrierens tribunus ſtatim occupauit: Cretus Soetermeirum venit cũ tribus cohortibus, arcamq; Delfſtenſem ſecum adduxit, ad trãſitum illum cuſtodiendum: erat illa arca ædificium ex duabus na- B uibus ſimul iunctis, quod neque velis, neque remis aut perticis extrorſus impellebatur, ſed rotis introrſus adaptatis, quinquaginta milites vehebat, & duodecim operarios qui rotas regebant, & quindecim tormentis erat inſtructum. Poſtridie claſsis vlterius progreſſa, præeunte Vliſsingenſi cum viginti triremibus, venit vſque ad Nortum. Ibi erant trecenti Germani pedites, qui nullâ paratâ defenſione, ad propinquas Hiſpanorum munitiones confugêre. Vliſsingẽſis eos, impulſis remis, perſequutus eſt, acieque inſtructâ in lacu ad iactum ſcloppetti cõſtitit. Hiſpani craſsioribus ſcloppettis eum im- C petebant: Ille maioribus tormentis rem gerebat. Durauit ea velitatio à meridie vſque ad veſperam, nocte ſequente Hiſpani vnà cum Germanis ſocijs verſus Soetervvondam ſe recepêre. Claſsis iter verſus Suitenum tenuit, & cùm in loco eſſet, vnde à Leidamenſibus videri poſſet, tormenta omnia diſploſit, quò adderetur obſeſsis animus. Illi tormentis maioribus diſploſis, lætitiæ ſigna ediderunt. Claſsis per ſeptem continuos dies apud Nortam hæſit, quod canalis, per quem nauigare decreuerat, obſeptus ab hoſtibus eſſet, & per agros iter habere non poterat, quod aqua nouem tantum pollicum al- D titudine ibi reſtagnaret, cùm triremes duorum pedum profunditatem requirerent. Venit eò accitus à tribunis Aurantius, qui claſsis apparatum maximè probauit, & ne inutilis mora traheretur: Molem Kerckvvegenſem perfodi iuſsit, & conuocatis ſimul Naucleris, Columellis ac minoribus ducibus, collaudatiſque ob ſedulam, & fidelem operam, in perſequendo hoſte præſtitam, eos hortatus eſt, vt ad perficiendũ cœptum opus, omnem diligentiam atque induſtriam adhiberent,

Arca Delfſtenſis.

Velitatio.

Auran. ad claſſem venit.

A berent, omniq; ope ad ſubleuandos obſeſſos anniterentur, 1574.
tum Delftum, vnde venerat, reuerſus eſt. Iuſſa illius claſsiarij
alacriter capeſſerunt: ſed cùm ventus cõtrarius flaret, qui cur
ſum aquarum maximè retardabat, vlterius progredi non po-
terant. Quam difficultatem perſpicientes hoſtes, ad portas *Hiſp. illu-*
ciuitatis adcedebant, minis, ſubſannationibus, & varijs com- *dunt obſeſ-*
mentis vtentes, vt oppidanos perterrerent, & in deſperatio- *ſis.*
nem recipiendæ ab Aurantio opis conijcerent, id iactanter
adſeuerare non veriti, non magis poſsibile Aurantio eſſe, au-
B xilium vllum in vrbem introducere, quàm ipſis ſtellas cœli
manibus tangere: nonnunquam ciues lenibus verbis ad de-
ditionem faciendam alliciebant, impunitatem & veniã præ-
teritorum omnium pollicentes, & Regis clementiam in im-
menſum efferentes, quibus verbis non pauci aures prębuêre,
palàm adſerentes, omnino tranſigendum cum hoſte, tantum
virium Aurantio non ſuppetere, vt, perruptis obſidentiũ mu- *Nutant*
nitionibus, in vrbem penetraret, & illos peculatus reos eſſe, *obſeſſi.*
qui regiæ veniæ, quam Baldeſius promittebat, non fidebant,
& ꝓculdubio excitata in vrbe grauis ſeditio fuiſſet, niſi Nort
C vvicquorum commiſſariorum perſpicax prudentia gliſcenti
malo occurriſſet, qui nutantes confirmare, tumultuantes cõ-
peſcere, quauis ratione curârunt. Sed in primis Petri Adrien- *Conſtantia*
ſenſei conſtantia ſingularis ſeditioſorum ferociam inhibuit. *Petri Adri*
His enim, cùm ipſum adiuiſſent, & partim quiritationibus, *enſenſei.*
partim comminationibus ad paciſcendum cum hoſte indu-
cere niterentur, reſpondit, ſe iuramentum præſtitiſſe, quod,
Deo bene iuuante, integrè ſeruare volebat, ſi cui mors ipſius
prodeſſe poſſet, cùm omnibus ſemel moriendum ſit, idem ſi-
bi eſſe, ſi ipſorum gladio aut hoſtili concideret, ſe bonâ con-
D ſcientiâ niti, & nullius reprehenſionem timere. Hoc inexpe-
ctato reſponſo adeò perculſi animis illi fuêre, vt nihil prorſus
replicãtes ab eo diſceſſerint. Miſsi ſunt duo è ciuib. ad claſsis
prępectos, q eas de neceſsitate ſuorũ admonerẽt, & claſsis vi-
res totũq; apparatũ diligenter oculis pluſtrarẽt: hi ſecũ ſex ve
teres colũbas detulerũt, vt ſi redire in vrbẽ nõ poſſent præclu
dentibus iter hoſtibus: per eas literas ad conciues mitterent.
Scripſit ad obſeſſos Vliſsingenſis, vt cõſtantes manerẽt, & per
aliquot dies adhuc obſidionis incõmoda tolerarent, ſe breui

1574. ipſis,Deo dante,auxilium laturũ. Miſſę literę per columbam, A
Literæ miſſæ per columbam.
quoniam illi duo qui ex ciuitate exierãt, infeſsis ab hoſtibus
omnibus itineribus,ad ſuos redire non poterant. Gauiſi ſunt
viſis literis ſupra modum Leidaméſes, quòd ſuam liberatio-
nem propinquam cernerẽt,& rediuiuã ſpe ſuſtentari, omnes
minas ac ſannas hoſtium contemſerunt.

Proſperi venti.

Claſsis quæ per ſeptem dies apud Nortam hæſerat, quòd
aqua, quæ campos inundauerat, ſatis profunda non eſſet, vt
per eam naues commeare poſſent: ſed Circius & Africus ven
ti ita commodè ſtare cœperunt, vt creſcentem aquarum fluxũ B
verſus Leidamum deuoluerent, & naues per nouum æquor
velis & remis, ex voto nauigantium, agerentur. Cœpit tunc
verſus Kerckvvegum progredi, in duas alas diuiſa, dextrã re-
gebat Ziriczeenſis Ammiras, læuã Vliſsingenſis, vterque vi-
ginti quinq; triremibus comitatus, quæ ad iactum ſcloppet-
ti à ſe inuicem diſsitæ erant: inter eas circiter viginti lembi,
foſſoribus onuſti, collocati erant, vt deſcenſione ad Kercvve-
gũ factã, omni adhibitã celeritate, munitiones excitarẽt. Ma-
iora tormẽta, non pilis ferreis, ſed ſacculis glandib. plumbeis
plenis, impleta erãt in quolibet ſacculo glandes trecẽti fuêre C
poſiti. Quibus in varia diſperſis tanquã grãdine effuſã hoſtes
Grando glandium.
obruerẽtur, cùm è munitionibus ſuis proſilirẽt. Hiſpani, qui
in lemb. aliquot excubias agebant, in primas naues craſsio-
res ſcloppettos diſploſêre, ſed ſtatim, deſertis nauiculis, ad
ſtationẽ ſuorum ſe recepêre: qui in ſtatione erãt, ab vtraq; mu
nitionum ſuarum parte exilientes, audaciſsimè claſsiarios
adorti ſunt, ſed cùm ab his continẽti globorum grandine ſu-
perfunderentur, regredi ad munitiones non ſine ſuorum cæ-
de coacti ſunt. Galli tribuni Gardeus, Beltranꝰ, & Buchartus
è nauib. deſcenderũt, & tumultuarias munitiones, quo ſe ab D
hoſtibus protegerẽt, erexerũt. Interea, qui erant in nauib. ma
iorib. tormẽtis in Soetervvodanas ædes fulminãrũt, eo euen
tu, vt quædam incenſæ fuerint. Nautæ item, & milites Galli,
qui in ſiccum deſcenderant, quaſdam iniectis ignibus incen-
dio tradiderunt: eo loco occupato, naues, quæ cõmeatus de-
ferebant, numero cẽtum, militaribus adceſſerũt, præter duas,
quæ à recta via aberrantes, in ſiccum eiectæ, in manus hoſtiũ
peruenêre. Hiſpani, qui circum tẽplum Soetervvoudanum,

in

A in pluribus munitionibus erant, cùm viderent omnia pone 1574.
ſe ignibus ardere, exiſtimârunt, Aurantianos velle ipſos cir- *Repellun-*
cumuallare & obſidere, nec parum territi fuêre, quòd aqua *tur Hiſpa-*
breui temporis ſpatio ad bipedalē fermè altitudinem excre- *ni.*
uiſſet, quaſi elementa in ipſorum perniciem conſpirâſſent,
Soetervvada tantâ cum feſtinatione exceſſerunt, vt tormenta
ſua ibi reliquerint. Quædam triremes, præcidentes illis iter,
ita tormentis rem egerunt, vt nonnullos retrò abire compulerint,
qui Vorſcotam verſus magna ex parte iter arripue-
B runt. Alij, qui triremium metu ſocios ſequi non potuêre, abiectis
armis, quò expeditiores ad fugiēdum eſſent, viam, quæ
Leyerdamum & Vorburgum ducit, tenuerunt. Aliquot nauigia,
commeatu & Baldeſij ſupellectile onuſta, capta ſunt.
Qui Leyerdorpi & Lammeni erant, conſpectâ ſuorum fugâ,
magno terrore correpti ſunt, iudicantes ſe victoriæ curſum
hoſtibus interrūpere non poſſe, quāuis ſummam diligētiam,
atq; induſtriā adhiberent. Lammenēſes tamen, vt cæteris cō- *Difficultas*
ſtantiores haberētur: in ſuis munitionibus poſtremi manſe- *apud Lam-*
runt, in quibus expugnādis maior difficultas, quā in cæteris *menenſes.*
C videbatur, q; ab exercitatiſsimis militib. defenderētur, & rebus
omnibus inſtructę eſſent, & claſsis duces periculoſam ad
modum fore earū oppugnationem iudicabant, idcirco antequā
adgrederētur, ad explorādum omnem aditum miſerunt,
ſimulq; Leidamēſes monuerūt, vt portis exilientes, omnem
vim ab ea parte illis munitionibus adhiberēt, q; ſola claſsis,
niſi maximo cū periculo & dubiâ ſpe, eas oppugnare nō poſſet.
Sed Hiſpani ſequēti nocte claſsiarios & oppidanos omni
ſolicitudine, & curâ liberârūt: ſiquidem q; ſe à ſocijs deſertos,
& ab hoſtib. circūuentos viderēt, ſaluti cōſulere, quàm vanæ
D conſtātiæ laudē quærere maluêre. Itaq; noctis tenebris tecti,
nemine hoſtiū ſentiēte, ſuis munitionib. excedētes, in pacatū
abiêre. Quidā adoleſcēs, q in aggere vrbis excubias agebat, a- *Adoleſcens*
nimaduerterat, plurimos ignitos funiculos (quos ſcloppetta- *explora-*
rij in brachijs ferre ſolēt, è munitionib. Lāmenēſib. exijſſe, & *tor.*
nullos eò redijſſe, vnde cōijciebat, Hiſpanos inde aufugiſſe, &
à ciuib. poſtulauit, vt eò ꝑficiſci ſibi permitterent ad explorandum,
an res ita, vt cōijciebat, ſe haberet, quod ipſi cōceſſum, &
pro laboris prēmio ſex florenis ꝓmiſsi: admonit⁹ etiā eſt, vt ſi

1574. ſuâ opinione fruſtraretur, & in hoſtium manus incideret, ſe A vrbem deſeruiſſe propter graſſantẽ famem diceret. Cùm Lammenum venit, neminem prorſus ibi reperit, vnde ſublato manu galero, & circum caput gyrato, ſignum dedit, hoſtes omnes diſceſsiſſe, quod à ciuibus primo creditum non eſt, exiſtimantibus, id inſtigãtibus hoſtibus ab ipſo fieri, quo illi ex vrbe exeuntes, in paratas inſidias inciderent: ſed cùm conſpectus eſt vnus, qui exploratorem ſequutus fuerat, propè munitiones in aqua genu tenus incedẽs, & verſus claſſem iter habẽs: tunc hoſtes aufugiſſe, & nullum ab eis periculum timẽ- B dum eſſe, omnes crediderunt. Claſsis præfecti inexpectato nuncio fidem plenè non habentes, duas triremes præmiſêre, quæ renunciârunt, rem ita ſe habere, vnde omnes lætitiâ geſtire, quòd laboribus finis eſſet impoſitus.

Commeatus in vrbẽ inuehitur. Patefacto itaque ad vrbem aditu, commeatus in eam, nauibus ingredientibus, eſt introductus. Populus famelicus crudas haleces, quæ à claſsis Præfectis iaciebantur, ſummâ auiditate deuorabat: & nonnulli adeò pane ſe ingurgitârũt, vt tan- *Plebs famelica.* quam præfocatis cibo ventriculis, intra paucos dies morerentur: nec in ea re modum tenere facile erat, cùm multi eſſent, C qui per ſeptem ſeptimanas panem non guſtârant, folijs arborum, oleribus, radicibus, braſsicarum caulibus, corijs minutatim conciſis & coctis, vt plurimum victitantes, poſtquam *Peſtis cum fame.* vſitata cibaria defecerunt. Nec fames tantùm miſeros in ea obſidione adflixit, ſed etiam peſtis, ita, vt partim inediâ & ſqualore, partim contagioſis morbis ſupra ſex hominũ millia perierint. Claſsiarij, poſtquam è nauibus deſcenderunt, vnà cum ciuibus templa adiêrunt, vt Deo laudes dicerẽt, quòd ex venantium hoſtium laqueis erepti eſſent: totam enim liberationem ſuam diuinæ benignitati adſcribebant, quæ per D campos nauigationem, antea inauditam, ipſis conceſſerat, & hoſtibus terrorem incuſſerat, ita, vt deſertis firmiſsimis munitionibus, quas aduerſus ſubeuntes hoſtes non incommodè tueri poterãt, à ſemicapta vrbe cũ ignominia diſceſſerant.

Quot perierint. Periêre in ea expeditione ex Aurãtianis ad quadraginta, ex Baldeſianis ſupra mille fuêre occiſi, quod mirum nonnullis videri poteſt, cùm in claſſe vix bis mille & quingẽti, tum nautæ tum milites, numerarẽtur, & Baldeſius ſupra nouem millia

A lia exercitatiſsimorum militum in caſtris haberet:ex quo cœ litùs datam victoriam maximè adparet. 1574.

Erat Delfti Aurantius,cùm de ea nuncium accepit, audiendæ concioni intentus,qui literas ad ſe ſcriptas publicè in ſuggeſtu per cócionatorem populo recitari iuſsit:& gratiæ Deo ab omnibus actę ſunt,quòd benigno vultu adflictos populos reſpexiſſet, & contra omnium fermè ſpem ex hoſtium faucibus eripuiſſet: aliæ fœderatæ Hollandiæ vrbes lætitiam, de ea victoria conceptam, feſtis ignibus & tormentorum bom-
B bis declarârunt.

Baldeſius Harlemum ſe recepit, ſuam ſortem maximè dolens, quòd tot ipſius labores irriti, atq; inutiles euaſiſſent,& fortunam incuſans,quòd ſpes ſuas,firmis rationibus conceptas,fefelliſſet.Etenim rem propius inſpicienti, non videtur Baldeſius ignominiâ ea in re notandus, cùm in continuanda obſidione,omnia vigilantiſsimi ducis munia adimpleuerit: nam perductis ab omni parte foſsis,& validis munitionibus erectis,ita vrbem circumuallârat, & aditus omnes perſepſerat,vt ſpes omnis intromittendi auxilij hoſtibus eſſet ſubla-
C ta,niſi timore cócepto,ipſius milites ſuas ſtationes deſeruiſſent.Videntur autem non virtutem hoſtium,ſed aquarũ violentiam,cùm fugam arripuerunt,formidâſſe: nam cùm breui temporis ſpatio aquæ, ex inſperato, adeò creuiſſent,vt magnæ claſsi ſuſtinendæ ſufficerent,metuebant, ne ſi altiùs excreſcerent,ipſis in eâ alluuione fœdè pereundum eſſet, quod Baldeſius ipſe breui aliquo ſcripto in tentorio ſuo relicto declarauit.Cùm enim in tabella ciuitatem Leidamenſem, cum vijs militaribus,ſemitis,& canalibus depingi curâſſet,abiens hoc tabellæ adſcripſit.*Vale ciuitas: Valete caſtelli parui: quia relicti e-*
D *ſtis propter aquam, & non per vim inimicorum.*

Dolor Baldeſij.

Baldeſij excuſatio.

Aurantius poſtridie eius diei,quo nuncium de liberatione Leidami accepit,ad vrbem venit,collaudatiſq; ciuibus,quod fortiter,abſque militum præſidio, vrbem aduerſus hoſtilem impetum defendiſſent,promiſſaq; ipſis ac liberis ſuis cópenſatione conſtantiæ ac laborum,quæ peculiariter ad vrbis adminiſtrationẽ pertinebant,diligẽter inſpexit,tum ad bellica negotia cóſilia cóuertit,vt præclarâ victoriâ rectè vti ſciſſe diceretur,quod militiæ munus non poſtremum eſſe cenſetur.

Aur. Leidam venit.

1574. Adcidit autem, quod ſilentio prætermitti non debet, quòd A *Memorabile.* cùm Africus ventus aquas, per aliquot dies, verſus Leidamũ pepuliſſet, ſolutâ obſidione, Vulturnus per quatuor cõtinuos dies, cum tanta violentia flauit, vt aquas, campos inundãtes, in ſuos alueos reduxerit, ita vt à Delfto ad Leidamum non facilis nauigatio eſſet.

Liberalitas fœderatorum. Cùm verò multi eſſent Leidami, qui obſidionis tempore omnes facultates conſumſiſſent, Aurantio ac ipſius conſiliarijs viſum, vt fœderatæ Hollandiæ vrbes in alimoniam pauperum ſtipẽ conferrent, quod liberaliter fecerunt, ita vt Delfenſes ſoli in pane, butyro, caſeo, larido, piſcibus & pecunia, B ad valorem mille florenorum erogâſſe dicerentur.

Diligentia Auran. Ipſe Aurantius, Leidamo diſcedens, Hayam venit, quam diligenter muniendam curauit, quòd magni momenti ad tenendam Harlemenſis lacus poſſeſsionem, exiſtimaret. Inde ad Gaudæ emiſſaria venit, vt, quæ ad ea tuenda neceſſaria videbantur, prouideret.

Baldeſius immeritus in odium incurrit. Baldeſius, ob rem infeliciter geſtam, in contemtum, atque odium ſuorum venit, qui in publicum euulgârunt, ipſum ab oppugnandis Leidami mœnibus abſtinuiſſe, quòd C duas thonnas auri, hoc eſt, ducenta millia nummûm, à ciuibus accepiſſet: nec eâ publicatâ infamiâ contenti, ipſum captiuum fecerunt, & in ipſius locum quẽdam militem, quem Electum vocabant, ſuffecerunt. Eum ad Gubernatorem literas conſcribere iuſſerunt, quibus ſignificabant, niſi intra decem dies debita ſibi ſtipendia perſolueret, deſertis ſtationibus eò profecturos, vbi pecuniam ſe inuenturos ſperabant.

Tumultus militum. Cùm in illo temporis ſpatio, Gubernatori præſcripto, pecunia, quam petebant, non repræſentaretur, deſertis Maeslandæ emiſſarijs, Leyerdamo, Vorſcotta, Valckenburgo, & alijs D locis, quæ in auſtrali parte Hollandiæ tenebant, ad ſeptem millia Hiſpanorum, Germanorum & Vualonum in vnum confluxêre, Traiectum verſus iter cœperunt, vbi ſolutionem à ciuibus ſe per vim extorquere poſſe ſperabant. Cùm ibi eſſent, à Hiergeo regulo Floiono & Baldeſio, rebelles erga Regem declarati ſunt, quibuslibet poteſtate conceſſâ, illos tanquam publicos patriæ hoſtes trucidandi, ſi aliquâ ratione corripi poſſent.

Ea

A Ea denunciatione nihil territi, ad mœnia vrbis propiùs ac- 1574.
ceſſêre, & ſtramine, ſulfureo puluere & pice ad portam Vver- *Adgreditur Traie-*
deam admotis, eam incendere conati ſunt. At erumpẽtes ci- *ctum.*
ues eos à mœnibus repulerunt, trucidatis circiter quinquaginta Hiſpanis. Eà ſuorum iacturâ magis irritati, quàm territi, ſub diluculum ad portam diuæ Catharinæ venerant, & appoſitis mœnibus ſcalis in vrbẽ peruadere tentârunt. Iam trãſ- *Repulſi.*
cenſis mœnibus aggerem tenebant, fugatis & occiſis, qui in propinqua ſtatione erant, cùm ciues cateruatim vndique eò
B appellentes, acerrimum certamen cum illis contraxerunt, in quo occiſis circiter ducentis Hiſpanis, cæteri in præceps dati, non redintegrato conatu, ad ſuos ſe receperũt, quos ciues non ſunt perſequuti, quòd præſidiarij, qui in arce erant, Hiſpanis fauentes, diſploſis tormentis pilas in eos contorquebant, & ab exeundo abſterrebant.

Dum omnia ita eſſent in Belgio confuſa, Ioannes Sequa- 1575.
nus iuriſconſultus, pacificãdi ſtudio quodam permotus, no- *Ioh. Sequanus I. C.*
mine Furij Coriolani nobilis, ac domeſtici Regis, Aurantio formulam miſit, ex qua ratiô pacis inter Regem & ordines
C Holandiæ ac Zelandiæ confœderatos iniri poſſe videbatur, quæ ne inanis, & friuola putaretur, idem Furius eas pacis cõditiones habitum iri ratas à Rege pollicebatur. Si itaque conciliandæ pacis negotium non ſimulatè ſuſciperetur, ſe mandata prolaturum, quibus ipſum, cum Aurantio, & fœderatis de ea tractandi, poteſtatẽ habere, planè conſtaret. In hunc verò modum conciliandæ pacis articuli fuêre conſcripti:

Primùm, vt ad pacẽ faciendã ſint ita omnes vtraq; ex parte affecti, ne qc- *Articuli*
quam, quàm pacẽ, ipſi vllo modo quærãt, eam totis viribus promoueãt, & ne *pacis.*
rebus priuatis, ac peculiarib. cõmodis magis quàm publicis, ſtudeãt. Vt dili-
D *gẽter omnes expẽdant, dum inter ſe Chriſtiani principes cũ populis ſuis bella gerũt, eoſdem ipſos principes & populos vna cum religione ac fortunis planè perire. Nobis tale periculum inſtare pro foribus, quale Africã, Paleſtinam, Aſiam minorem, Græciam, & Pannoniã vaſtauit: niſi nos factâ animorum & armorum coniunctione, ei maturè occurrere velimus, dum poſſumus. Vt ſalus, & quies vtrique parti præ oculis ſit neutra ſummum ius conſectetur: præcipuè verò hoc intereſſe ad Aurantij, qui ſolo vulgi fauore nititur, fortunas, gloriam, otium, & tranquillitatẽ. Vtrinq; fiat reſtitutio in integrum; Rex videlicet omnes in gratiam reſtituat, non in bona ſolùm, ſed etiam nomẽ*

1575. *& honores. Hi verò in ſua reſtituti, viciſſim Regem & in poſſeſſionem ve-* A
terem iurium, & in ſolitam reuerentiam reſtituant, eique debitam obedien-
tiam præſtent. Vt promiſſa, pactáque, conuenta, tranſacta ac fides data in-
uiolabiliter vtrinque ſeruentur. Quod ſi Regem arctiùs pactis, conuentis,
& tranſactionibus adſtringi neceſſe videbitur: iis conuentionibus illi Hiſpa
niarum principes, ordinis nimirum tam ſacri, quàm profani, vnà cum Rege
ex veteri gentis etiam cum Africanis more ſubſcribant. Volente etiam Rege,
iiſdem Germaniæ principes ſubſcribāt. Aliquot deniq; oppida Belgarū pri-
maria, ſub certis legibus & cōditionibus, ad eas obſeruādas, ſe obligent: Tri-
bus iſtis vinculis pacta neceſſariò firma fore. Vt cùm ſint inter cæteras pri- B
morum, & ſecūdorum motuum cauſæ præcipuæ. Suſpicio in primis de noua
Inquiſitione inſtituendá, deinde regium mandatum de ſeuera exequutione e-
dictorum de religione Caroli V. Imperatoris, & Philippi filij, ab anno mil-
leſimo quingenteſimo vigeſim o primo, vſq; ad annum milleſimum quingen
teſimum ſexageſimum ſextum: & poſtremò imperatæ decimæ: Ne ſcilicet
Inquiſitio (nec enim inſtituta eſt) vlla ſit, ne decimæ exigantur; Edictorum
verò moderatio excogitetur, & fiat de communi omnium ordinum conſen-
ſu, conſilio, atq; ſententia. Iis autem, qui huiuſmodi de religione conditioni-
bus contenti non erunt, optio detur, nimirum vt ſe Catholicæ Eccleſiæ recon
cilient, auitamq; religionem amplectantur, vel aliò (quemadmodum impe- C
rio ſubiectis prouincijs ac locis, lege de pace in religione latâ, præſcribitur)
habitatum concedant, extra regias ditiones, ſaluâ tamen ipſis re familiari,
quam ad fructus inde percipiendos alijs locare, aut vēdere poſſint. Vt exter-
nus miles, ſi ſtandum pactis conuētis ex fide certa ſit, licet nullum damnū Bel
gis inferat, tamen ſi velint exautoretur, & è Belgio eijciatur. Ita quidem, vt
ipſi Regi dent firmam & omni exceptione maiorem cautionē, de nihil mo-
liendo, aut tentando, quò par ſit & æqua vtraque cautio & ſecuritas: vt de-
miſſè ac ſuppliciter cum Rege, vti decet, agāt, literas verò ad eum Aurantius
de pace, ſed modeſtiā plenas, exaret: magni enim momēti id ad reconciliatio-
nem fore. Vt vnà aliæ literæ ſcribātur ad Meliti principem Francauillæ ducē, D
& ad comitem Chinchouium, vt intercedant apud Regem pro cauſa cogno-
ſcēda, & adhibēdo remedio omnibus adcōmodato, tuto, ſtabili, ac firmo. Hi
enim Regis præcipui ſunt cōſiliarij rerū ſtatus, & vtriq; iunctus eſt adfinita
te Aurantius. Nam princeps Meliti eſt patruelis Menciæ Mendociæ, quæ fuit
vxor Henrici Comitis Naſſouij, & Chinchouij vxor eſt ſoror illius princi-
pis. Vt ad Regem, atq; ducem & Comitem literæ, ac porrò vltima de his, quæ
ſincerè ſtatui bonaq; fide tractari queant, ſententia Furio tradantur. Sentētia
quidem vltima, nempe de fide & ſecuritate, de religione & externo milite.

Nec

A *Nec petantur, quo ad fieri poterit, inania, ſuperflua, & nihil ad rem perti-* 1575.
nentia. Furium per veredarios equos in Hiſpaniam quàm celerrimè proſe-
cturum, ipſum intra trimeſtre ſpatium, qua eſt opinione in Regis aula, apud
gratioſos ſe effecturum polliceri, vt omnia ad arbitrium, ſententiam, & vo-
tum vtriuſq; partis, Deo dante, componantur, & ſuis expenſis procuraturū.

Hanc pacis conſtituendæ rationem, & Metelli literas Aurantius cùm perlegiſſet, & ſuis atque ordinū Zelandiæ Hollandiæque conſiliarijs oſtendiſſet, quòd aliquot ante diebus conuentus ad pacem per Cæſarianos legatos conficiendam *Auran. reſ-*
B diſſolutus eſſet: ea de re Metellio literis in hanc ſententiam *ponſum.*
reſpondit: *Quæ nimirum in pacis formula proponuntur, maximè de ſeruandis promiſſis cautiones, in quo negotij cardo vertitur, ea non ita poſſe prudenti viro videri tuta, quin Pontifex Romanus, ſi non ſeruetur, vltrò diſpenſare ſoleat, & pactorum violatores abſoluere. Hæretico enim, inquit, non eſſe ſeruandam fidem.*

Ex hac diffidentia, tum quòd nimis tardè miſſa hæc formula fuiſſet, euenit, vt abiectâ vndique meliori ſpe, ipſe bellum incertæ paci præferendum duxerit, ſeq; totum ad eius adminiſtrandi gerendiq; conſilia conuerterit, & eò magis id arſe-
C rit vtrinque. *Irrita pacificatio.*

Quoniam autem Antuerpia magnam, ijs in locis, commoditatem, ad bellum gerendum habet, ad illam intercipiēdam Aurantius animū adiecit, ad id præcipuè inductus, quod pluximos ſuæ factionis homines, & Hiſpanis maximè infenſos, in vrbe eſſe ſciret, qui oblatâ occaſione libertatis patriæ propugnatoribus non defuturi eſſent. Cùm bonam autem eorum partem de ſuo conſilio certiorē feciſſet, noctu ſupra duo millia militum in vrbem intromiſit, quibus claſsis, quæ non procul aberat, auxilium ferre debebat: non enim à paucis co- *Conſilium de Antuerpia intercipienda.*
D hortibus vrbs ampla, & populoſa occupari poterat, præſertim quum arx in poteſtate hoſtium eſſet, & validiſsimo præſidio munita. Nocte autem, ad id facinus patrandum, condictâ, tanta in mari procella excitata eſt, vt claſsis, quæ militum ſupplementum vehebat, nullâ nautarum induſtriâ nec labore Antuerpiam appellere potuerit: qui in vrbe erant milites, in varia dilapſi ſunt, nonnulli etiam capti, patefactâ Requeſenio coniuratione, qui tamen erga captos ſeueritate vſus non eſt, lenitatem firmando imperio cōmodiorem eſſe iudicans. *Conatus irritus Aur.*

1575. *Hiſp. veteres aquas occupant.* Interea Hiſpani in Hollandia bellum non ſegniter adminiſtrabant, quos cùm Veteres aquas (quas Oudevvater vulgo vocant) obſediſſe Aurantius, qui tum in Zelandia erat, accepiſſet: Gandam profectus, maris aggeres rumpendo, campum vrbi vicinum inundare ſtatuit, putans hac ratione Hiſpanos ſoluere obſidionem coactum iri: verùm de hoc conſilio ipſi certiores facti, tanta vi tormentorum oppidum concuſſerunt, vt muris ex parte deiectis, oppugnationem ſtatim inſtituerint, in qua bis cum detrimento repulſi, tertio conatu tandem in vrbem penetrârunt, vbi omnes ferè milites, & ciues interfecerunt, ædesque direptas incendio tradiderunt.

Schonhouia dedita. Inde exercitus Schonhouiam ductus, quæ cum aſsidua viginti trium tormentorum diuerberatione, mœnia ad trecentos paſſus in longitudinem deiecta eſſent, Gardeus præſidij præfectus, quòd ciues in fide nutantes multos cerneret, & iam de pacis conditionibus cum hoſte tractantes, maturè rebus ſuis conſulendum eſſe putauit. Idcirco vnà cum ciuibus in deditionem vrbis conſentit, ſi inde honeſtis conditionibus exire permitteretur. Poſt varia colloquia res ita demum compoſita eſt: Vt militibus præſidiarijs cum impedimentis & armis atque explicatis vexillis, ad ſonitum tympanorum, excedere vrbe liceret, & vt res omnes ciuium & apparatus bellici in vrbe relinquerentur. His conditionibus vtrinque confirmatis, Hiergeus equitatum miſit, qui egreſſum præſidium in pacatum deduceret, tres Hiſpanorum cohortes vrbem ingreſſæ ſunt. Aurantius poſt duorum oppidorum iacturam, præſidium Dodraci quingentis peditibus, & equitibus ducentis adauget, ſuſpectosque ciues amouet, quod etiam fecit in alijs munitis locis, quæ ipſius autoritatem reſpiciebant, ne quid detrimenti ex ſeditione caperetur. *Bura dedita.* Bura tamen ad primam Araldi denunciationem Hiergeo deditionem fecit.

1576. Requeſenius hiſce ſuorum ducum victorijs nullo modo ferocior factus, vt publicæ quietis cupidus, animum ſemper ad pacem inclinauit, & pro illa tractanda, conuentum Brædæ haberi voluit. Maximiliani autem Cæſaris nomine per Schvvarzenburgium primùm hæc in pacificationis negotio propo-

A propoſita ſunt: Nempe, quæ hactenus inter Regem Hiſpaniarum, & Aurantium, & aliquot ex nobilitate, hiſque coniunctas ciuitates Belgicas natæ ſunt ſimultates atque offenſiones, Imperatori Romanorum Maximiliano maiorem moleſtiam attulerunt, quòd quæ ſequutæ ſunt perturbationes, & calamitates, non ſolùm Belgis, ſed etiam Germanis & Romano imperio ſubiectis ordinibus, exitium minari videntur, maioreſque occaſiones malorum, niſi incendium hoc maturè reſtinguatur, extimeſcendæ ſunt. Quare Cæſarea 1576. *Cæſarea Legatio de pace.*
B maieſtas in hunc finem omnes cogitationes & conſilia dirigere ſtatuit, quomodo optatum otium toti prouinciæ Belgicæ, & his maritimis locis recuperari poſsit; Eamque ob cauſam nuper quendam præcipuæ autoritatis virum, Regis Hungariæ, Cæſaris filij, ſupremum cubicularium, in Hiſpaniam ablegauit, qui proculdubio nunc legatione ſua apud Philippum Regem perfunctus, egregiam operam in hoc negotio nauauit. Quã ob rem etiam Cæſarea Maieſtas Schvvarzemburgio Comiti, cõſiliario ſuo, iniunxit, vt is, quibus conditionibus pax iterum coaleſcere poſsit, prouideat. Ipſe ve-
C rò vt Cæſareæ Maieſtati morem gerat, & Belgicis prouincijs gratificari poſsit, hoc negotium amplexus, Aurantium, nobiles, & reliquos ordines vehementer orat, vt Cæſaris præclaram voluntatem diligenter expendant, ad pacem & concordiam reſpiciant, ſeque in rebus honeſtis & licitis morigeros, & obedientes præbeant. Quod ſi inter ipſos de conditionibus tractandæ pacis conuenerit, petit ipſe, vt duo vel plures ex omni numero deligantur, qui acceptis ſufficientibus mandatis, ſecum ad Cæſarem contendant, & conditiones pacis tolerabiles, & æquitati conſentaneas, proponant:
D hisq; delectis ſaluum ductum & reductum, ex imperiali reſcripto, ſpondet, ac pollicetur. Neq; enim vllum laborẽ ſtudiũq; ad hanc cauſam feliciter perficiendam eſt intermiſſurus.

Regis Hiſpaniarũ nomine Dominus Sasbotus in conſeſſu Legatorũ, præſente Schvvartzẽburgio, Aurãtij legatis ad ſupplicem libellum, ab Hollandiæ Zelandiæq; ſtatibus Regi exhibitum, ita reſpondit: Intelligere ſe, Aurantium ac ſuos flagitare congruum appoſitumque ad ſuas preces reſponſum. Id ſi faciat Rex, nihil eſſe, quod præter ea poſtulent. Sin minus, *Sasbotus reſpondet Auran.*

1576. expectare ipſos, dum Regia Maieſtas in commune conſulat, A
propoſitis rationibus, quæ ad reparādam Belgij priſtinā tranquillitatem proſperitatemq́; faciant. De quibus, quod fidos ſubditos decet, ſuam ipſi ſententiam interponere quoq; velint. Declarare igitur Regis nomine, quamuis quæ Princeps & fœderati poſtulent, commodè effici non poſsint. Priuſquā Hollandia, Zelandia, & fœderatæ ciuitates, cum cæteris Regis prouincijs coniunctæ ſint, & coadunatæ: ſe tamen vt negotium maturarent, non velle controuerſiam mouere de ordine, & modo tranſigendi: ſed vt in omnibus prouideatur, B
paternusq́; Regis affectus, atque animus reipſa repræſentetur, ad Reip. vtilitatem, communem quietem, ac pacem durabiliorem, ſe pro mandati ſui Regis vigore, articulos proponere, qui ſequuntur: primùm regio nomine conſtat durum,

Articuli regij.

atque abſurdum videri, Hiſpanos à principe ac ſuis in exterorum numero comprehendi, quoniam æquè naturâ Regi ſuo ſubiecti ſunt, ac Holandi & Zelandi, qui & Regi ipſi & maioribus eius fidem, & obſequium ſincerè in negotijs quamplurimis præſtiterint. Imò Gallos, Vaſcones, Anglos & Germanos, qui Aurantio ac ſuis fœderatis militant, verè eſſe exteros. Nihilominus compoſitâ pace, non eſſe Regem eius animi, vt diutius in iſtis regionibus Hiſpanos velit retinere, ni aliud neceſsitas exigat, qua in re non eſſe Regem vlterius coarctādum, alioqui ſublimitati eius detractum aliquid iri, quē honore, & reuerentia ſe velle proſequi, Aurantij legati ingenuè profeſsi ſunt. Secūdum membrum quod attinet, nolunt Aurantij legatos latere, Regem, factâ prius pace, non refragari, quin conſilium ſibi ſubminiſtretur ab ordinibus ſuis optimis prudētiſsimisq́; ſubditorum omnium, quorum fuit ſemper repræſentare generales ordines, quoties Maieſtati regiæ D
viſum fuit, eos conuocare in cauſis, videlicet quarum cognitio ad ipſos pertinet, & in quibus vſitatū fuit, & ſolenne communicare cum ipſis conſilia, rogare ſententias eorum atque aſſenſionem recipere, ita tamen vt ne ad illorum arbitrium, & iudicium referantur ea, quæ à ſuprema poteſtate, placitis, ac decretis maieſtatis eius dependent, priuati conſilij viris (quorum hoc munus eſt) adhibitis, ea lege, vt Rex vel Belgij totius præfectus conſilium petere poterit, tam à ſenatu prouin-

A uinciali, magiſtratibus vrbanis, quàm ab ordinibus, in eo nē- 1576.
pe, quod æquum bonumq́; eſſe videbitur. Generalia comitia quoniā ſine magna difficultate non poſſunt obtineri, & longum temporis ſpatium exigunt, adhuc cùm incerta ſint, nec poſsint in effectum produci, niſi armis prius poſitis. Hollandia, Zelandia, ac reliquæ ciuitates fœderatæ Regi ſe in obedientiam ſubijciant, coniunctæ cum cæteris prouincijs, ſecundum quod tertio ſupplicis libelli membro requiritur. Ideo vt ad pacem via ſternatur, Regis nomine ſubſequentes arti-
B culi proponuntur:

Equitibus, nobilibus Holandiæ, Zelādiæ & fœderatis ciuitatibus, in quibus ſunt Bomelum *&* Bura, *priuilegia ſua omnia, conſuetudines, leges, atq; iura integra, illibataq́; ſeruabuntur, ad eum modum, quo habebantur ante iſtos motus populares, & ſi quid ex ijs mutatum innouatumq́; fuerit, dummodò quale iſtud ſit, demonſtretur, in priſtinum ſtatum reducetur. Quicquid per occaſionem huius tumultus in* Belgio *acciderit, obliuione in totum obliterabitur, habebiturq́; perinde, ac ſi factum non eſſet, ita vt nemini, quicunq; tandem is ſit, imputari quicquam ex ijs poterit, aut eo nomine accuſari. Omnes interlocutiones, eremodicia, & ſententiæ, quibus eadem publicatio* Articuli pacis.
C *bonorum, aut aliud quid eiuſmodi irrogatur, reſcindentur, reuocabunturq́; in irritum. Bona, quæ alterutra pars occupârit, reddentur proprietarijs, vel ſucceſſoribus eorum, eo ſtatu, quo nunc ſunt, & dolus omnis aberit. Quod captum receptumq́; fuerit, vtrinque remittetur, ac condonabitur, excepto eo, quod in rerum natura non eſt. Captiui omnes hinc inde dimittentur, abſq; precio redemtionis, tam Comes* Boſſutius, *quàm cæteri omnes, quicunq; illi fuerint: verùm debita iam exoluta non repetentur. Quæcunq; ex iſtis articulis particulariter vltro citrò habitis controuertentur, ad concordiam pacémque redigentur, quo ad eius fieri poterit, eo modo, quem commune placitum, & conſenſus ſtatuet. Ea tamen lege, vt Princeps, nobiles, equites ac ſo-*
D *ciæ ciuitates reſtituant Regi, atque tradant terras, oppida, caſtella, munitiones, claſſes nauium, tormenta bellica, atque alia omnia, qualiacunque ſint, quæ Regi ademerunt, atque etiam retinent. Conſimili ratione, quæcunque belli huius tempore inuaſerunt, ædes, bona, ac reditus eccleſiaſticorum, vel aliorum hominum, eaq́; adhuc occupant, vt in quietam vſurpationem plenamq́; eorum poſſeßionem reponant, cum omni libertate, ac ſecuritate, dummodo eæ res adhuc extent, atque in ipſorum ſint poteſtate, citra dolum, fraudem, & machinationem. Quin & diſertè hoc exprimit* Rex, *Catholicam* Romanam *religionem generaliter in ſuis prouinciis obſeruatum iri*

1576. *liberè ac tranquillè, abſque tumultu, & impedimento, ad eum nempe mo-* A
dum, quo Rex, *quum poſt ſollennem inaugurationem in* Belgij *poſſeßio-*
nem, dominatúmque introduceretur, ſanctè iſtud pollicitus eſt ac repro-
miſit. Quin *& tum temporis ordines, quemadmodum & nuper admodum*
diſertè profeßi ſunt, ſe in illa ipſa religione viuere, ac mori velle: ita tamen,
vt qui in poſterum Catholicè *viuere nolint, illis* Rex *permittet, hac ſolùm vi-*
ce, vt relictis his regionibus aliò migrent, ac quæ habent bona ſua, diſtrahãt
intra certi temporis ſpatium, quod ſtatuetur, ea lege tamen, nec interea tem-
poris ſuam religionem exerceant, aut præbeant offendiculum. Etſi *autem* Re
gia fides, vnà cum literis ratificationis, quas eò pertinentes Rex *tranſmittet,* B
Principi *ac ſuis ad ſecuritatem ſatis eſſe debeat: ſi tamen in ijs non acquie-*
ſcant, quod regij non ſperent, poſſe ipſos proponere, quid præterea ad tute-
lam atque incolumitatem ſuorum quærant, vt eo audito, cognitoq́; ſemel ſta-
tuatur, quod bonum videbitur eſſe atq; æquum.

Reſponſum fœderatorum.

Hæc Regis nomine oblata, quibus ſcripto reſponſum eſt
in hunc modum: Princeps Aurantius, *nobiles, ciuitates* Hollandiæ, *ac*
Zelandiæ, Bommelum, *&* Bura, *cum ſuis fœderatis:* Viſo *ſcripto, quod à vo*
bis, viri nobilißimi præſtantißimiq́;, eſt exhibitum, referentibus legatis, non
poſſunt non ingenuè profiteri, ſe non dubitâſſe, quin aliud ad ſuas preces re-
ſponſum daretur, quàm à vobis Regis *nomine illo ipſo ſcripto eſt compre-* C
henſum, præſertim cum libello ſuo ſupplice nihil aliud poſtuletur, quàm
quod omnes cenſent præſentißimum, expeditißimúmque eſſe remedium,
ad pacandas Regias *prouincias, earum incolas iuſtis legibus, ac ciuili or-*
dine redigendos in concordiam animorúmque conſenſionem, ac denique ad
reſtituendam illis tranquillitatem proſperitatemq́;. Quo *ſpectat in primis*
illud de exteris ablegandis, quorũ appellatione princeps, ordines, ciuitatesq́;
intelligunt Hiſpanos, *& externũ militem, à duce* Albano *primùm in* Belgiũ
introductum, & qui inibi etiamnũ publicas functiones ſuſtinet, aut ſtipendio
auctoratus eſt: eadem omnino ſignificatione, quam legati ipſorum vobis ro-
gantibus ediſſeruerint. Quod *certè ab ijs dictum,* Princeps, Ordines, *ac fœde* D
rati hîc approbant: ſiquidem exteri iſti, dum crudelitate, proteruiâ, atq; inſo
lentiâ ſuâ totius Belgij *ſubditos multicipliciter vexant, atq; opprimũt, malis*
iſtis omnibus occaſionem dedêre. Non *aliud ergo huic morbo paratius medi*
camẽtum adhiberi poteſt, quàm ipſorum è Belgio *ablegatio.* Etſi *verò in eo-*
dem illo ſcripto abſurdum hoc, & durum eſſe dicatur, viri ornatißimi, tum
quòd origine & naturâ æquè Regi *ſuo ſubiecti ſunt* Hiſpani, *aq;* Hollãdi *&*
Zelandi, *nec vno officiorum genere* Regiæ *maieſtati eiusq́; maioribus famu-*
lati ſint ad Belgij *tutelam ac defenſionẽ: tum etiam* ꝙ Galli, Vaſcones, Angli,
Scoti

A *Scoti atq; Germani, quorum auxilijs in bello* Hollandi Zelandiq; *vtuntur,* 1576.
verè peregrini atq; exteri ſint, non eſt tam abſonum acutis ac grauibus malis aſpera quoq; ac fortia remedia applicare. Iam *verò durum non eſt,* Hiſpanos, *qui totum octēnium in Belgio omni delitiarum genere, impotēti dominatu ac ferocia, tanquam ebrij, inſoleſcūt, quod olim præſtiterint, (ſi modo officium iſthuc dici queat) verùm etiam quod in poſterum poſſent facere, merces abundè repenſa eſt, in patriam, quo omnes natura trahit, ſemel remittere, & eo minus abſurdum videri hoc debet, cùm* Rex *ipſe ordinibus,* Gandaui *generatim coactis, anno milleſimo quingenteſimo, quinquageſimo nono,* Hi-
B *ſpanos Belgio excedere iuſsit, ordinibus id poſtulantibus, quibus non æquè magna cauſa ſuberat, nempe ut vrbes, ac caſtella, quæ in finibus ſunt, præſidio tenerētur, ab ijs ipſis, qui in* Belgio *nati ſunt, ac proinde exteris iſtis Hiſpanis præferri debeant, vt ad eum modum incolarum in* Regem *dominum ac principem ſuum animus excitaretur, augeſceret charitas, atque obſequium.* Negari *certè non poſſe origine* Hiſpanos *Regi ſubeſſe, non ideò tamen pro incolis ditionum* Belgicarum *habendos, aduerſus quos ipſi proteruè atque immaniter ſe geſſerunt, in ipſo mox* Belgij *introitu, hæreticos & rebelles eos paſsim vocitando, neque conditionis, ſtatus, aut ordinis ratione habitâ, exceptis paucis quibuſdam, quorum fortaſsis nomina ipſis*
C *prodita erant, vt libellus Hiſpanico idiomate, ac metris, non ſine gratia & priuilegio in publicum emiſſus, luculentiùs explicat, vnà cum literis, quas* Requeſenius Commendator, & Ioannes de Zouſa *ad Regem dederunt.* Ita *vt palam ac paſsim diſſeminent, poſſeſsiones atque bona* Belgarum *ſibi à* Rege *dōnata eſſe, eáque ratione non vno iniuſtitiæ atque violentiæ genere eos oppreſſerint: quorū vt multiplex ac varium eſt ſcelus: ita ſupprimi ſatius erit, quàm publicari, qua de re locupletiſsimum teſtimonium reddent* Dauentria, Traiectum, Roterodamum, *cæteraq;* Hollandiæ *aliarumq; prouinciarum oppida, puta* Gandauum, Tornacum, Antuerpia, Mechlinia, Lyra, *ac* Boſleducum, *vbi in præſidiis* Hiſpani *collocati fuerūt, vſq; adeo vt paſsim nūc vulgo*
D *iactetur, non vanum fuiſſe maiorū noſtrorum augurium, qui dicebant, futurum quandoq;, vt quererentur ac dolerent* Belgæ, *ſe vnquā cum* Hiſpanis *affinitatē contraxiſſe.* Quin *idem* Belgarū *in omnes* Hiſpanos *affectus, atq; animus eſt, vt ciuitates in vniuerſum ac pagi, quibus poteſtas aut efficiēdi ratio petit,* Hiſpanos *excludāt, vel apertâ vi vel pecuniâ collatâ, quēadmodum &* Amſterodamēſes, *qui magnâ apud* Hiſpanos *gratiâ valere arbitrabātur: ante annos tamē aliquot coacti ſunt quietē ab illis redimere.* Illos *igitur velle in* Belgio *detinere, quid aliud eſt, quàm viam munire, vt ſubditorum à ſuo* Rege *animus paſsim abalienetur, ſine quo tamē* Regi *imperiū non eſt, niſi ad tēpus*

z 2

1576. *aliquod, idq́; cum anxietate, & ſollicitudine magna non aliter ac tyrannis.* A
*Etenim principes qui paternum in ſuos ſubditos affectum, ac beneuolentiam
non præſtant, non aliud viciſſim ab ipſis, quàm periculum expectant. Sed ab
ſit hoc à Regia Maieſtate, quod vt inſitæ eius bonitati reclamat, ita & auto-
ritati atque exiſtimationi haud parum obeſt. At profectò ſi officia, quæ Regi
eiusq́; progenitoribus Hiſpani præſtiterunt, in tuenda iſta regione, conferan
tur cum diſpendio ac damno, quæ & autoritatem eius eleuent, & Belgium
in vniuerſum peſſundent, inuenietur, Ibericum illud obſequium plus detri-
menti, quàm fructus attuliſſe: nec poterunt conferri cum officio ac fide,
quam huius gentis claritas, ad tuendam autoritatem Maieſtatis Regiæ, at-* B
*que exiſtimationem retinendam, præſtitit. An non Belgicæ prouinciæ Gal-
lici belli immenſos illos ac diuturnos ſumtus ſuſtinuerunt, vt Hiſpani præſi-
dio ſuo Mediolanum, Neapolim, aliaq́; oppida retinerent. Nonne nobiles ac
Belgici Germani, ſuo quiſque loco atque ordine, vitam & facultatem profu
derunt, dum ſpecioſas illi Regi victorias ad Sanquintinum, Grauelingam,
& alijs in locis parârunt? Annon & maieſtatis eius parenti Carolo V. Cæ-
ſari ſuppetias ſemper tulerunt, dum vel in Africam ad Algieram, vel in Ita-
liam alióue expeditionem ſuſcepit? Nec tamen paſſi ſunt Hiſpani, anno mil-
leſimo quingenteſimo vigeſimo, ex noſtra nobilitate quemquam apud ſe ma
giſtratum adminiſtrare, tametſi modeſte admodum atque humaniter noſtri* C
*ſe gererent, aliter certè, atque hi in terris Hiſpani. Planè Hollandi, Zelan-
di, ac ſocij eorũ in ſubſidijs habuêre exteros Gallos, puta Vaſcones, Anglos,
Scotos, atque Germanos ad ſui defenſionem atque tutelam; non tamen ipſi
vſurpârunt aut magiſtratum, aut politicam aliquam adminiſtrationem, ve-
rùm cum Hiſpanis, tanquam Belgij infenſis hoſtibus, ex Principis atque Or
dinum mandato decertârunt. Et certè ſi in omnem euentum nationes diſcer-
nas, quod ad Hollandiam Zelandiamq́; attinet, non debent Germani cenſe-
ri pro peregrinis vel exteris, quòd Comitatus iſte ſacri Imperij pars fuiſſe pu
tetur. Neque tamen repugnat Princeps, neque Ordines, quo minus extranei
iſti amandentur, vbi illorum ampliùs vſus non erit. Cæterùm cùm eius, vt fer* D
*tur, Rex animi ſit, vt Hiſpanos (niſi alio neceſſitas eum adigat) nolit longiùs
in his regionibus detinere, nec fas ſit, Regiam Maieſtatem arctiùs hic con-
ſtringi: par eſt certè, nunc Belgio eos excedere: Non quòd Hollandi modò,
ac Zelandi ſubmiſſè id flagitent, verùm ordines etiam aliarum Prouinciarũ,
vt anteuertant interitum, exitium & ruinam totius Belgij, efficiantq́;, ne
quid detrimenti, cum iactura Regiæ dignitatis autoritatiſq́;, Prouincijs iſtis
quandoque accidat. Conſtat enim hoc vſui eſſe Principibus, quemadmodum
& in æquabili imperio, ſtudio iuſtitiæ, charitate ac beneuolentia, ad prote-
gendos,*

A *gendos,conſeruandosq́; ſubditos,non in violentia iſta, non in præfracta do-* 1576.
*minatione,quam vt facile attenuari imminuiq́; videmus, ita multis caſibus,
rerumq́; conuerſionibus obnoxiam eſſe, multa exempla loquuntur: nec ta-
men in animo Princeps habet, neque Ordines Hollandiæ, & Zelandiæ cum
fœderatis ſuis compellere Regem, vt id faciat, ſed rationibus in medium pro
poſitis conantur dūtaxat ipſum eò inuitare & flectere, ac precibus quodam
modo eblandiri, quod ipſum faciunt, vbi agitur de Belgij Ordinibus in vni-
uerſum cōuocandis, vt collatis inter ſe ſentētijs, ac ſuffragijs, liberis quidem
illis, & non coactis, de diſciplina & Politico ordine ſemel quid ſtatuatur.*
B *Quod vt Regia Maieſtas tantiſper differre videtur, quoad terra à bello qui-
eſcat, ita vt ordines deſcribit, eosq́; in anguſtos limites vult includere. Nec
profectò exiſtimant Princeps Batauiæ, ac Zelandiæ Ordines cum ſocijs, ar-
matis etiamnum Hiſpanis, ac ſedentibus ad gubernacula rerum publicarum,
reliquos ordines generatim velle coire, eo modo ac lege, quam veſtrum il-
lud ſcriptum ſtatuit. Nam & Comitiorum ibi indictio certis legibus alliga-
tur, & ordinum munus atque poteſtas in arctiſsimos terminos redigitur,
quam tamen tam latè patere oportet, atque Belgij communes cauſæ ac popu
li ſalus ſe porrigunt. Illi enim, qui vitia p̄ræſentiſcunt, cauſas ac progreſſus
ſcelerum nôrunt, & quæ inde pericula ac mala conſequutura ſunt, multò an-*
C *tè præuident, atque vndique obſeruant. Neceſſe eſt omnino Regi iſta expone
re atque aperire, vt pro regia ſua maieſtate, amplitudine, atque autoritate i-
pſe remedia diſpiciat accommodetq̂; vulneribus, atq; vlceribus ſanationem.
Quod ab antiquis retrò temporibus tam generalibus, quàm particularibus
Comitijs factum eſt, cum magno incremento ſtabilimentoq́; regiæ poteſtatis
atq; eminentiæ, ac proximè anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo
nono, multa Ordines ad Regem retulerunt, atq; ſententiam dicere ipſi roga-
ti ſunt, tam de continuando bello Gallico, eiusq́; ſumtibus ſubleuandis, quàm
de reliqua Belgij defenſione ac tutela, adeò vt abſque illis emendata iſta non
ſint, nec in meliorem ſtatum repoſita. Adhæc referentibus Ordinibus ac di-*
D *centibus ſententiam, cōſtat multas ſæpe deliberationes, conſtitutiones, & pla
cita Regis imminuta eſſe, in pendenti habita, prorſusq́; abrogata: Nec poteſt
Rex tutiùs ac ſecuriùs, quàm in fiduciam atq; conſilium Ordinum ſuorū in-
cumbere, quos pro optimis, præcipuis ac prudētiſsimis ſuis ſubditis habet, ſe
cundum quod ſcriptum iſtud continet, quorum fidem, atque conſtātiam Rex
ipſe, ac progenitores eius, multis in ſe experimentis, compertum habeat atq;
exploratum, in tantum, vt de eorum poteſtate nulla vnquam controuerſia,
aut quæſtio mota ſit. Itaque ſcriptum illud Princeps, Ordines, ac fœderati
(quoniam multas reſtrictiones ac limitationes habet additas) non aliter ac-*

1576. *cipiant, quàm quod tectè ac clanculum opera detur, vt indulta Principum, ac priuilegia reſcindantur, Ordinum exiſtimatio atque autoritas, quibus vti volunt, ad eliciendum aſſenſum, inſeruiat, vbi de nouis vectigalibus ac tributis imperandis agitur, qua in re ei deuincti ipſi atque obſtricti teneantur. At ſi quam excuſationem adferant aut refragentur, eò vt armatá manu compellantur atque ſubiugantur, vt in abſolutam, ſimplicemque regiæ voluntatis atque edicti obedientiam prorſus ſe ſubijciant, iuxta conſilium Franciſci de Alaua, vt ſcilicet Belgij optimates capitibus truncarentur, plebs nouis ſuperindictis tributis expilationibúsque exhauriretur. Quod vt nuper Albanus orſus eſt: ita alij in eo pergere videntur, illis (vt ſuſpicari licet) ſuggerentibus, qui in magiſtratu ac autoritate poſiti, valde metuunt, vt redditis aliquando rationibus repetundarum accerſantur, coactisque ad eum modum Ordinibus, improba gubernatio, ambitio atque auaritia ipſorum in lucem proferantur. Quibus flagitijs ſuis, veluti tertium quoddam obtendunt, eminentiam, & quam volunt Regis reputationem, à quibus & populi ſalus, atque incolumitas dependet, & ſubditorum in principem, ac dominum ſuum affectus, atque animorum expromta beneuolentia. Porro quod ad articulos attinet, á vobis, viri ampliſſimi, propoſitos, vt ad pacificationem quoquo modo deueniatur, inuenerunt noſtri, quoſdam eò pertinere, veluti de priuilegijs Hollandiæ, Zelandiæ ac ſociorum ſartis tectis conſeruandis, inſtaurandisq́; quæ ex iis deperdita atq; mutata ſunt. De amneſtia atque obliuione anteactorum omnium, quæ per occaſionem ciuilis diſcordiæ acciderunt, de reſcindendis interlocutionibus ac ſententijs, quæ tam exilia, proſcriptiones, ac publicationem bonorum complectuntur, quàm pleraq; id genus alia, de reſtitutione rerum ablatarum, de captiuis vtrinq; reddendis, ac deniq; de reliquis, quæ paciſcendo tranſigendoq; inuicem erunt conuenta, verùm reſpicientibus ad reſtrictionem, ac conditiones ſubiectas, puta de cedendis oppidis, caſtellis, ac munitionibus Hollandiæ & Zelandiæ, de tradenda claſſe, inſtrumento bellico, ac cæteris omnibus, ſatis apparet, non aliud agi, quàm vt ipſi circumſcribantur, eum omnino in modum, quo ſimpliciores ac improuidæ oues, quibus cum lupis bellum erat, deceptæ fuerunt, traditis moloſſis, qui à ſuis partibus antè ſteterant. Deinde & illuſtriſſimum Principem, atque Ordines cenſeri pro reis perduellionis, ac manifeſtis Regis hoſtibus, tametſi nunquam palàm fiet, ipſos dignitati eius aut derogâſſe aut ademiſſe quicquam, quin potius in vſum atq; vtilitatem Regis illas prouincias atque ciuitates, prædia & ædes, vitam atque fortunas, liberos & vxores propugnâſſe, & præſtitiſſe tutos ab Albani & ſuorum tyrannide, qui ruinam, atque exitium totius Belgij moliebantur, nec vllis ſumtibus, impen-*

pen-

A pendijs atque laboribus pepercisſe, vt aduerſarios ſuos iſtis prouinciis exige 1576.
rent. Sed & editis in vulgus libellis, Princeps atque Ordines conteſtati ſunt,
ſe neque in Regem arma ſumſiſſe, neque animis aut voluntate ab ipſo abalie-
natos eſſe: verùm iuſto Regis obſequio atq; obſeruantia, cum reliquis eius
prouincijs copulatos, nūquam cogitaſſe de bonis Eccleſiaſticorum aliorúm-
que quorumcunque diripiendis, ac retinendis, qui cum hoſte videlicet ſuo ſo
cietatem non coluerunt, tametſi diuerſum innuant aduerſariorum articuli:
propterea nihil boni inde Princeps, atque Ordines ſibi promittunt, maxi-
mè quòd ſequentibus articulis Catholica Romana Eccleſia edicatur, vt aut
B Catholicè (vt vocant) viuendum ſit, aut Belgio excedendum: cui conſequēs,
religionem, quæ hodie ibi in vſu eſt, pro hæreſi damnari, ac proinde obſer-
uatores eius tanquam hæreticos haberi: quamuis non alia apud illos exercea
tur quàm Catholica atque Apoſtolica, quæ cum ſacroſancto Euangelio, ac
verbo Dei conſentiat, in qua & acquieſcunt omnes, & conſolationem ha-
bent, reiectis, quæ in vſu erant, manifeſtis corruptelis, atque abuſibus, ipſi
Deo execrandis, ita, vt quod Dei ſit, Deo, quod Regis, Regi tribuatur. Itaq;
Princeps atq; Ordines cum ſociis, vt cum venia liberè, & ingenuè loquan-
tur, exiſtimant, non eſſe conſultū, quod proponitur iis legibus, atq; conditio
nibus recipere, præſertim vbi in oculos ipſis incurrerint, horrēda illa exem-
C pla Comitis Edgmontani, Hornēſis, Montignij, atq; aliorum, tam procerū,
quàm qui aliqua poteſtate atq; autoritate cenſebātur. Ad hæc varia multipli-
ciáq; documenta eorum, quibus neq; publicæ ſecuritatis teſſera profuit ad ſa
lutem, neque ſtipulatio ſolennis, neque fides data. Quinimo nec obtineri po-
teſt, vt tanta hominum multitudo, locupletes paſſim atq; pauperes, adoleſcen
tes pariter ac ſenes, qui non ſine lumine, atque inſtinctu ſpiritus Sancti, non
abſque Dei gratia reformatam Euangelij religionem ſunt amplexi, aliò mi-
grent, ac dulcem illam patriā relinquant. Ac profectò magis hoc abſonū atq;
durū foret, eijcere in exteras, ac cogere ad nouas peregrè ſedes quærēdas, tam
multos fideles Regis ſubditos, cum magna ſuarū rerū iactura ac damno, quas
D nō niſi vili pretio ſunt abiecturi, vt maximè tot tantorūq; bonorū emtores re
periāt, quod nō facile quis crediderit: quàm tria aut quatuor ad ſummū Hi-
ſpanorum millia, qui ſatis iam opibus creuerunt, in ſuam ipſorum patriam,
vel ad ſolitas præſidiorum ſtationes, remittere, vbi Regi maiori cum fructu
ſeruiant. At verò cùm inquilinorum ex Hollandia, Zelandiáque diſceſſus ac
migratio, vt infrequentem populis eam Belgij partem redderet, ita & nego-
tiationis, commerciorum, actuum mechanicorum, nauigationis (vnde to-
tius Belgij felicitas atque opulentia dependet) compendio ac reditibus pror-
ſus exueret, adeo vt mercatu atque diſciplinis operum iſtorum alio trāslatis,

1576. irreparabile Rex damnum, atque intertrimentum ſit paſſurus in vectigali- A
bus ſuis, ac re militari, conſueto ſuorum præſidio deſtitutus. Quod equidem
cõſtat, proximis aliquot annis factum eſſe, dum nimis ſeuera illa placita hor-
rendum in modum in executionem producta ſunt, atq; ad religionẽ conuel-
lendam Hiſpanicæ Inquiſitioni initium datum. Quæ ſanè tyrannis, nõ dubiũ
eſt, quin rurſus in medium prodiret pace, legibus iſtis ac conditionibus ſan-
citâ, & ex eo dijudicare facile erit, quòd in iſtis articulis bonorum venditio
hiſce verbis reſtringitur (ad ſummũ & iſta duntaxat vice) & verè cùm om
nes paßim abhorreant à placitis illis atq; Inquiſitione, conſentaneum erit à
reſidua plebe nouas rurſus turbas ac motus concitatũ, & tandem à regio dia B
demate bonam partem auulſum iri. Quod certè vt nomini Regis ſua conſtet
exiſtimatio, quibuſcunque modis præuertendum erit. Quapropter illuſtriſ-
ſimus Princeps, Ordines, Ciuitates, quæ vno eodemq; fœdere colligatæ ſunt,
obnixè rogant, vt ipſorum hoc ſcriptum conſilium æquis animis accipiatur,
vt ex candido, ſynceroq; in Regiam Maieſtatem communemq; Belgij cauſam
ac felicitatem affectu depromtum: Orantq; omnipotentem Deum, vt cor Re
gis eiuſq; legatorum, quos iſta pacificatio occupatos detinet, flectere velit ad
ſaniorem mentem, & magis ſalubria conſilia.

Reſponſum Regiorum. Ad hæc regij Legati, interiecto aliquanto temporis ſpatio,
in hunc modum reſponderunt: Nobilißimi, prudentißimiq; viri, C
poſtquam ſcriptum illud, quod Principis Aurantij, Ordinum & ciuitatum
Hollandiæ ac Zelandiæ, Bommelenſium Buranorum, reliquorumq; fœdera-
torum nomine nobis obtuliſtis, propiùs inſpeximus. Non poſſumus non vo-
bis ſignificare, regio nomine, longè nos iuſtioribus de cauſis, quàm ſcripto il
lo proponitur, expectâſſe congruum magis atque humanius reſponſum, ni-
mirum vt quæ benignè ac largiter in proximo noſtro ſcripto, bonâ fide, re-
gio nomine, vobis offeruntur: gratè ac libenter amplecteremini, quò firmâ
conſtantiâq; pace Belgio ſua vetus concordia, tranquillitas atque is tenor red-
deretur, qui ante iſtos ciuiles motus extitit, præſertim cùm candidè agamus,
nihil ante oculos habentes, quàm Dei gloriam, ſalutem ac proſperitatem Bel D
gicarum prouinciarum, ac deniq;, vt cuiq; ſatisfiat, & cautum, atq; proſpe-
ctum ſit, quemadmodum, quod à nobis offertur, (ſi modò dextrè accipiatur)
ſatis declarat, præſertim reſpicientibus ad fidem publicam, & quæ offertur,
ſecuram, firmamq; præſtationem eorum omnium, quæ pacta erunt, & con-
uenta, cùm non repugnaret Rex, ſi quid amplius Princeps Aurantius & Or-
dines cum ſuis deſiderarẽt, ad tutelæ ſuæ fiduciam, quin petere poßint, quod
rationi conſentaneum ſit, eoq; & maioris æſtimari oportuit, quæ offereban-
tur: Ac profectò nihil minus expectabamus, quàm vt poſterius noſtrum ſcri-

ptum

A ptũ vna cum ſuis cõditionibus perfidiæ ac fraudis inſimularetur:cùm et nos, 1576.
& Rex ipſe, cũ alijs,qui pacificationẽ iſtam adiutãt, procul abſimus à dolo,
ſyncerè et candidè agẽtes, & abſq; vllo fuco, prout ab initio cõuentum erat,
nec tamẽ obſeruari hæc à vobis,ex poſteriore veſtro ſcripto ſatis animaduer
timus:tametſi vaſallos,domino ac Principi ſuo natura ſubiectos maximè de-
cet,ciuiliter cũ eo,atq; modeſtè agere.Nibilominus dũ curæ nobis eſt,obuiã
ire obſcuræ,ac ſiniſtræ interpretationi,qua ſcriptũ illud noſtrũ inſcitè in alie
nũ ſenſum detorqueri poſſit,& vt omni conatu paci & tranquillitati Belgij
incũbamus,ſemotis priuatis quibuſcunq; cauſis,quæ ad ſeruandam cõponen
B damq; rempub.magnum plerunq; impedimentum obijciunt, vt ad ſcriptum
veſtrum reſponderemus,omnino declarandos ſupra ſcriptos articulos quoſ-
dam,in eo comprehenſos,cum dilucida eius expoſitione. Primo cum poſte-
riore illo ſcripto,poſt verba Bomellum,atque Bura,ſubdatur,vnà cum ſoci-
is ſuis:poſtulandum duximus,vt ediſſeratis quinam iſto ſermone comprehen
dantur,vt quibuſcum Regiæ maieſtati negotium ſit, intelligatur, ac qui tan-
dem participes erunt eius,quod à Rege promittitur,concedeturq́;. Quibus
ſic conſtitutis , vt ad ſcripti iſtius primum caput adcedamus, vbi de exteris,
Hiſpaniſq́; in primis ablegandis tractatur, mirandum omnino, tam prolixè
ibi commemorari,quod ſuperfluum prorſus,atque impertinens eſt,nec quic
C quam certè aliud,quàm turbas ac maiorem popularium ſeditionem commo-
uet,cùm ſit quædam quaſi radix odij inter eos,quibuſcum tranquillè ac con-
corditer viuere oporteat,eò magis,quòd colloquium hoc non ſit inſtitutum,
vt cum probro ac contumelia quid in quẽquam diceretur, vt maximè impro
bè quidem ac indecenter hac ex parte facta inciderunt,quæ tum grauiſſimis
de cauſis ſupprimi oporteat,dum in ſuæ quiſque conſcientiæ latebras deſcen-
dit,ſecúmque reputat,quæ apud alios iniqua,& inconceſſa euenerint.Qua
de re in ipſo pacificationis negotio mentio non habetur,cum Regia maieſtas
profiteatur,velle ſe, vt antegreſſa omnia ſempiternâ obliuione ſepeliantur,
habeanturq́; pro non factis,ac præter hæc paratus ſit Rex, rogante Princi-
D pe,ciuitatibus Hollandiæ ac Zelandiæ,atque fœderatis,extremum militem è
Belgio aliò dimittere,pro vſu atque vtilitate ſua , ſimul atque inter nos con-
uenerit,& prouinciæ pacatæ fuerint,quemadmodum ſuperiore noſtro ſcri-
pto abundè ſatis explicatum eſt quod & repetitum hic Regis nomine volu-
mus,quoniam neque rationi conſentaneum neque vſitatum etiam ſit, immi-
nui Regis exercitum priuſquam,bellum pace commutatum fuerit ea lege ta-
men,vt Holandi viciſſim ac Zelandi eorumq́; ſocij exteros quoq; in vniuer-
ſum milites,quibus vtuntur,à ſe remoueant, prout ratio exigit, quâ certè re
maieſtas Regia categoricè, atque abſolutè præſtat, & implet præcipuum il-

1576. lud,ac ſummum libelli ſupplicantium caput: Nec minus tamē in regiam ſub- A
limitatem peccatum eſt, vbi ſcripto illo refertur, Hollandiam atque Zelan-
diam antiquitùs fuiſſe pro Comitatu ſacri Imperij habitam. Cùm Regia maie
ſtas, eiusq; maiores tanquam ſupremi domini ſupra omnem hominum me-
moriam illam poſſederint. Cæterùm vt hic conuentus maturetur, propiusq;
oſtendatur clementia atque amor, quo ſubditos ſuos Rex proſequitur, ad-
dimus præterea, Regiam maieſtatem non abnuere, quod ad ſecundum ſup-
plicationis membrum pertinet, de conuocandis generaliter ordinibus, co-
adunatis vt ante prouincijs, ipſum accire velle ad eum prorſus modum, quo
comitia habita ſunt, cùm Cæſar Auguſtus Philippo filio poſſeßione atq; im- B
perio Belgij cæderet, ſecūdum quod poſtremo ſcripto à vobis etiam petitur,
nimirum, vt ſingulatim atq; in vniuerſum cum ijs conſilia conferat, eorumq;
ſententias exquirat, quâ potiſſimum ratione Remp. atq; in cauſis populi lici-
tum aliquem ordinem ac iuſtum conſtituat, ad proſperitatem, cōcordiam, pa
cem, atq; trāquillitatem prouinciarum Belgicarū, vt & in reliquis, quæ in-
de depēdent. Ac ſi quid præter hæc tum habent Ordines ſupradicti, quod que
rantur atq; deſiderent apud Regem, tāquam ad felicitatem, atq; communem
Belgij fortunam pertinēs, facilem illis aurem Rex accommodabit, efficietq;,
quod iuſtum, bonum, atq; æquum ſit, tantū abeſt, vt quicquā Ordinibus iſtis,
veluti obiecto impedimēto, ſubdenegaturus ſit in ijs, quorū ratio ſatis con- C
ſtet. Quo palam quoq; fit, vt ad plenum indulgeat, concedatq; alterum illud
ſupplicationis mēbrum, de cōuocandis generatim Ordinib. Ad hæc vt ſuprà,
quæ de libello iſto ſupplice querūtur, ac multo plenius ſatisfecerimus proxi-
mo noſtro ſcripto, ſigillatim à nobis Regis nomine rationes magnæ propoſi-
tæ erant, quibuſcunq; quæ cuperent abunde diſtribueretur, vt mirū omnino
ſit in expēdendis ijs, quæ vltrò offerebātur non maiorem vos curam ſuſcepiſ-
ſe, de quorū tamē promta voluntate atq; obediētia, & preces ſupradictæ, &
alia ſcripta leguntur. Nihilominus cùm velit Rex vaſallis, ac ſubditis ſuis ple
nam indulgentiæ ſuæ manum explicare, etiam paratus eſt, vniuerſum iſthuc
illis largiri, ne quid ad plenam reſtitutionem illis deſit, vt & ipſi apud Deum D
immortalē, & ordines mortales excuſationis ratio conſtet, necnon documen
tum aliquod, ſe nihil prius, nec antiquius habere, quàm ſubditorum ſuorum
proſperitatē. Planè quod attinet ad reſtituēdas ciuitates, caſtella, munitiones,
nauium claſſem, inſtrumēta bellica, & alia noſtro ſcripto relata, quæ iſti de-
tinēt, recuſantq; etiā reddere, prætextu addito, ac ſi opera detur in exarman
dis ipſis atq; decipiendis: non poſſumus cogitatione adſequi, cur ad eum ſer-
monem delapſi ſint, adiectâ fabulâ de lupis & agnis, cùm vnicuiq;, qui com-
muni ſenſu non careat, dolum abeſſe vel ex eo appareat, quòd non ſimplici-
ter,

A Ater, atque abſolutè reſtitutio iſta poſtuletur, ſed tum demum vbi ſupplicanti- 1576.
bus de fide publica, atq; idonea ſecuritate proſpectum erit, quæ in ſupradicto
ſcripto aliunde oblata eſt. Qua tamen de re poſterius ipſorum relationis lite-
rarum documentum non meminit, quod mirum certè videtur, quoniam iſtis
rationibus pericula omnia auerti poterũt cõmodè, cum plena cuiuſq; ſecuri-
tate. At cùm diſſimulando præteritis, quæ fideliter offerũtur, manifeſtũ profe
ctò facitis non tam cãdidè vos atq; ſyncerè agere, atq; ab initio cõuenerat. Ve
rùm vt in poſterũ diſceptandi cauſa præcidatur, nec habeat quiſquam, quod
meritò diffidat, Regis nomine iterũ dilucidè et planè enũciamus, Si princeps
B atq; alij ſupplices in Regis verbis atq; fide oblatâ, quã ſatis eſſe oportuit, nõ
acquieſcũt, permitti ipſis, vt cautionẽ petãt ſibi dari pro omni ſuo deſiderio,
quo ſcilicet cumulatè ipſis ſatisfiat. Sed in omnẽ caſum ſpõdemus regiâ auto
ritate, ſubſcriptione eius, & magno ſigillo obfirmatũ, atq; adeò ſi neceſſum
hoc ſit, ratum habitũ iri, quod hic agitur, ſolenni eorũ omnium inſtrumento
vobis exhibito traditoq́;. Præter hæc & totius Belgij ordines iuſſu Regis ap
probabunt confirmabuntq́;, quod Rex promiſerit, habueritq́; ratũ, vt rectê
id faciãt autoritate & poteſtate ea mãdabit, ipſi etiã Regi pro Hollandis &
Zelandis repromittẽt, quicquid hi pacti fuerint, obſeruatũ ſyncerè ac fideli-
ter iri. Deinceps verò, vt publicæ fidei pactiq́; cõuenti vſitatũ inſtrumẽtum
C ſupremi, ac prouincialis actus inſeratur publiceturq́;, ad maiorẽ fidem, ſolen
nitatem, firmitatemq́; eorũ, quæ pacta tranſactaq́; erunt. Deniq; ſi opus erit,
dabit operam Regia maieſtas, vt ea omnia ſuâ fide & promiſſione interpo-
ſitâ, Cæſar. Auguſtus ipſe cõfirmet pariter, & domini ac Principes, ſacro im
perio ſubiecti, conſentiẽt. Quod verò ad Catholicam Romanã Eccleſiã repe-
tẽdam attinet: hîc abſolutè Rex cẽſet ſe in ea adhuc ſentẽtia eſſe, vt ne minimũ
quidem cõcedere velit, quod cum ea pugnet, imò ne in vno quidẽ iota, quod
vocãt, ab ea diſcedere, ſed ita eam retinere velle, quẽadmodum maiores eius,
ſua maieſtas atq; Belgium veluti per manus traditam acceperunt, & propa
lam ſemper profeſſi ſunt atq; obſeruarunt. Quæ & Regiæ maieſtati, ſuisq́;
D maioribus Belgicæ domus, ac principibus inaugurationis lex dicta eſt, cùm
prouincias iſtas imperio ſuo regendas ſuſciperent, in quibus ſunt Hollandia,
& Zelandia, quæ & ipſæ maieſtati regiæ iurârunt promittentes religionis
ſacris cuſtodiens, ſe ei fideliter velle obſequi, qua in re nulla vnquam contro-
uerſia, neque difficultas fuit. In eo itaque ſupplices acquieſcere debebunt, vt
quibus ſatisfactum meritò dici poſſit. Nam iis, qui eam religionem nolent ac-
cipere liberum relinquitur, mobilibus immobilibúsque bonis diſtractis, a-
lio migrare, atque vbi lubuerit, ſuarum rerum ſedem figere. Etenim à iu-
re, iuſtitia & ratione abhorret Principem ad commutandam religionem

1576. *à ſuis ſubditis compelli qui alios eo adigere non poſſunt multò minus ſuum* A
Principem, cui obſequium atque obedientiam debent. Et vt abundantius ad-
huc admenſuretur eis, qui migrationem è Belgio parabunt non refragatur
Regia maieſtas à publicato iam, ac promulgato pacificationis edicto quin
ad componendas res ſuas in proprijs ædibus manere poßint ſiquidem ſeme-
ſtre illis indulget, ita tamen, vt interea temporis ab vſu, & exercitio ſuæ re-
ligionis abſtineant, viuant modeſte; & citra offendiculum. Bona vero ſua
vt commode, & ad ſuam maxime vtilitatem diuendere poßint octennium i-
pſis aut etiam decennium ſi opus ſit Rex largitur quo iuſtum inde, & quam
poſſunt maximum pretium conficiant. Quin & permittet eis facultates ſuas B.
retinere, earum fructus atque reditus percipere adminiſtratione tamen Ca-
tholicis hominibus demandata. Quæ ipſa tamen bona quandocunq; ad Ca-
tholicam Romanam religionem ſe cum alijs probis ſubditis conformare vo-
luerint, recuperabunt, recipient atque adminiſtrabunt ipſi pro arbitrio. Ac
profecto ſi recta ſecum via expendant: nihil erit quod in eam neceßitatem il-
los adigat, vt patriam ſuam, atque lares debeant deſerere, maxime cum Rex
paterno quodam adfectu, quem erga naturales ſuos ſubditos induit, optet po
tius in Belgio ipſos remanere: ſin autem hoc reſpuant nolintq́; ad aliorum
mores ſe componere: habent, quod ſibi imputent quoniam Regia maieſtas
nihil hic noui ſtatuit aut introducit. Quin & copia eius ſit ſemel & hac ſo- C.
lammodo vice cum ſuis rebus diſcedere nemine impediente, quod ratio non
ferat toties mutari religionem, inter ciues offenſiones ſeditionesq́; fieri, com
munem tranquillitatem atque quietem turbari. Iuris enim atque iuſtitiæ il-
luſio conſequeretur. Quibus & illud addamus nihil addubitare regiam ma-
ieſtatem, ſi modo exteri iſti miniſtri conſiſtoriales atque alij nonnulli (qui
cum querelis ſuis prætexunt Belgij priuilegia, atque libertatem conuenien-
tem rebus iſtis nouandis autores, atque Principes extitere) ad mentem rede-
ant, aut abeant è Belgio, quo reſidua multitudo probe in omnibus inſtituta ad
voluntatem ſui Regis obſequioſe, atq; fideliter Deo, & magiſtratui ſeruiat,
& cõmercijs creſcat cum omnium rerum abundantia. Qua in re maieſtas re- D.
gia defendet ipſos, ac tuebitur auertetq́; omnem iniuriam & onera, quibus
premuntur. Præcipue Inquiſitionem quam vocant Hiſpanicam, quæ vt in
Belgico Germaniam inueheretur nunquam in animo habuit Rex atque eti-
amnum diſertè hoc ſignificat ſe non eſſe in ea ſententia, vt Belgicis populis
obtrudatur. Denique certa quoque ac recta priuilegia quæcunque competũt
ſeruabit eaq́; paßim lenitate vtetur, quæ naturalem Principem ac Dominum
decet. Quare Regis nomine poſtulamus, noſtro autem precamur poſteaquã
conuenimus ad pacem componendam, quæ tantopere ab omnibus expetitur,

ad

A ad conſolationem tot, tantorumq; innocuorum hominum,qui propter iſtas 1576.
turbas in rerum egeſtate,atque miſerijs vitam trahunt,ne grauemini reſpice
re ad communem quietem ſalutemq; Reip. quin potius maturando id,quod
petitur,eum animi candorem, affectum ac voluntatem declaretis,quam à no
ſtra parte præſtitimus, omißisq; ambagibus abſolutè ſemel atq; articulatim
dicatis,quæ nam principis Aurantij,Ordinum,ciuitatum Hollandiæ, Zelan
diæ,& fœderatorum mens ſit atque voluntas.An quæ Regio nomine libera-
liter,indulgenterq; ipſis oblata ſunt, accipere velint necne, aut dißimulent,
aut parui pendant,occaſione,quæ ſe nunc præbet,ſic prætermiſſâ,cùm fas ſit
B *omnino ea omnia propiùs expendi.*

Aurantiani cum priùs petijſſent à Regijs legatis, an quid præter hæc in mandatis haberent,quod putarent eadem opera ad ciuitates referendum, in hunc modum reſponderunt: *Aurantianorum reſponſum.*

Nos Guilielmus Dei gratia princeps Aurantius, comes à Naſſau,Nobiles,
& Equites Comitatus Holandiæ,conſules,ſenatores,conſiliarij,tribuni,ordi
nes,& decemuiri plebis ciuitatum Dodraci,Delpti, Leydami, Goudæ,Ro-
terodami,Gorchomi,Schedami,Brielæ,Schonhouij,Vuordæ,Oudevuateri,
Geertrudenbergæ,Bommelij & Buræ. Diu matureq; omnia perſpeximus,
quæ ad hunc vſque diem Bredæ frequenti colloquio, de ſedandis præſentiũ
C *bellorum tumultibus,inter Regiæ maieſtatis,& ordinum Holandiæ & Ze-*
landiæ ciuitatum,Bommelij & Buræ,confœderatorum delegatos tractata,
præſertim ea,quæ ſcripto vtrinque exhibita fuerunt. Quæ quidem eo maxi-
me ſpectabant, vt patefacta voluntate tum noſtra tum ordinum, ac ciuita-
tum confœderatorum intelligi, cognoſciq; poßit, an ea,quæ regio nomine
oblata ſunt,hac tam præſenti opportunitate non amplectenda potius, quàm
leuiter reijcienda exiſtimemus,præſertim cum huiuſmodi ſint, vt non imme-
rito penitus expendenda videantur,& quidem ob id,quod tam ad ea, quæ i-
nitio ab Ordinibus propoſita,quàm quæ ab iiſdem ad hæc ipſa,quæ nunc of-
feruntur,reſponſa erant,haud obſcuram mentis Regiæ ſignificationem con-
D *tineant. Atque vt ad vltima ſcripta (etſi peculiariùs nihil videantur adſere-*
re) punctim abſolutiusq;, quàm quæ per præcedentia, in quibus fortaſſe vel
non luculenter ſatis explicatum cerni poteſt, reſpondeatur. Primò quidem
referimus nos ad ea,quæ principalis ordinum ſupplex libellus complectitur,
tum ad cætera omnia,quæ deinceps ſupra commemorato colloquio ipſorum
nomine in medium adducta,atque in alijs omnino perſiſtimus, vtpote quæ ſa
tis exactè per eas potißimum rationes,quas pro ſua defenſione ſcripto attu-
lerunt,non modo declarent, quid ipſi ex intimo animi conſilio & putent &
petant:ſed etiam quanto deſiderij æſtu,tam prouehendis regiæ maieſtatis ra-

1576. *tionibus,quàm procurando communi patriæ beneficio moueantur.* Quod ita A *ſit,omnium,qui cauſæ huius non affectati iudices futuri ſint, iudicio conſtabit,nuſquam videlicet nos vel inſolenti vel ingrata oratione ea, quæ regio nomine proponebantur,excepiſſe,aut eadem vllo modo ſpreuiſſe contumeliiſq; potiùs,quàm decenti reuerentia erga eandem maieſtatem vſos fuiſſe:verùm ad hunc omnino ſcopum referri, vt refutatis aliquot argumentis, quibus oblata illa regia inuoluta & intricata videbantur, non tam ea reijciendi animo,quàm vt nuda verborum ſimplicitate omnem fallaciam anteuerteremus,mentemq; noſtram atq; Ordinum aperiremus.* Nam quod ad primum *attinet,præclarus deſiderati otij, ac pacis neceſsitudiniſq; aditus ſternitur,ſi* B *mox extraneum militem tam Hiſpanicæ, quàm alterius gentis* Regia *maieſtas (in quo rationibus adducta noſtris ordinumq; conuenire videtur) dimiſerit. Etenim neminem ignorare volumus, nos cum finitimis ciuitatibus ac prouinciis ita à coutrouerſiis eſſe vacuos,vt hac minimè cauſa arma mouerimus,aut etiam nunc bellum geramus, nec vlla in poſterum arripere meditemur. Sed horum,quæ geſsimus gerimúsque, extraneorum eorúmque ſectatorum faſtus, proteruia, intolerandáq; dominandi cupiditas cauſam præbuerunt.* Adeò quidem, & *horum diſceſsione,abſentiáque,(quod* Regio *edicto fieri debet) facilè totius regionis huius adiacentiúmque commodo pax, otium, commercia cæteráque omnia paſsim* Regis *autoritate, & maieſtate* C *illæſá coaleſcent.* Et *hinc quidem manifeſtiſsimè colligi poteſt, quàm diu cum extraneis militibus* Hiſpani *ditionibus* Belgicis *non exceſſerint, ad primum ſupplicis libelli noſtri caput minimè ſatisfieri: ſiquidem iis præſentibus nunquam ſecuritas inuehi prouinciis, aut pax vlla procurari poteſt.* Quod *ad alterum caput attinet,in quo de generali ordinum omnium cœtu conuocando oratio inſtituitur,crebris iam antea à nobis, quá ratione ac viá ea commodè fieri poſſunt,declaratum eſt, & per legatos noſtros abundè etiam iſthic renunciatum,nimirum nos nulla alia ratione iis vnquam diuulſos alienóſue videri,quàm Hiſpanorum præſentiá,qui cuncta violenter diſcordijs commi-* D *ſcere non deſinunt.* Quamobrem *generali* Ordinum *conuentu (abſentibus* Hiſpanis*) ad eam,quam diximus,formam indicto, facilè conueniet inter eos, quibus rationibus pax firma,priuilegia,conſuetudines,iura quaſi poſtliminio reſtitui,exacta denique politia inſtitui poterit.* Nam *quod ad nos attinet, offerimus coram* Ordinibus *contentionis huius noſtræ cauſam paulò altiùs repetere,ac cum ipſis,non vt ignaris, ſed omnium ſtatus noſtri gnaris, cenſoribus æquis, & illis quidem conditionibus agere,quas* Rex *nobis proponendas non abnuit,adeò vt omnia in meliorem redigi poſſe ordinem,ſperandum ſit,non ineptis rationibus,non modò* Hiſpanicæ Inquiſitioni *: ſed etiam crudelibus*

A delibus, inhumanis, impiiſq; edictis, quæ circa religionem hiſce in regioni- 1576.
bus ante aliquot annos emanata, ac poſtmodum etiam renouata fuerunt, re-
ſtituerimus. Nequaquam tamen hoc animo, quaſi nũc vel vnquam antea Ma-
ieſtatem Regiam, alióſue quoſcunque Rom. Eccleſiæ deditos à ſua religione
vi auertere voluerimus, præſertim cùm fides aliud nõ ſit, quàm donum Dei,
Spiritus Sancti virtute, ac diuini verbi præconio, mentibus noſtris inſtillatũ.
Hiſce nec diſsimulanter addimus, nobis haud cõſentaneum videri (poſtquam
nũc reformatum Euãgelij, verumq; Catholicæ, & Apoſtolicæ religionis do-
gma ſuſcepimus) ſolitas ſedes, et patria arua vertere, cùm nec hoc quidẽ con
B tingere poſsit, citra ſummã totius Belgij perniciẽ, non modicã maieſtatis, au-
toritatis, dominiorũ ac iurium regiorũ diminutionẽ, ac ſeruitutũ quas à ſub-
ditis præſtari par eſt, iacturã.. Quod verò ad rationes ſpectat, quib. nobis ad
cautelã eorũ, quæ offerũtur, tã hic vltimo, quàm ſuperiorib. ſcriptis proponi
tur, Regẽ, Cæſareã maieſtatẽ, alioſq; regiæ proſapiæ Principes, gratã et ratã
Ordinũ conuocationẽ habituros, innuitur quidẽ putari nobis ſatisfieri: et ta
mẽ cùm nũc iubemur alias proponere, ac petere cõditiones: nũc iteratiuè no
bis proponitur, obfirmatũ Regis animũ nolle ſe aliã, præter religionẽ Roma
nã, in ſuis prouincijs Belgicis ferre. Velle aũt eos patrio ſolo excedere, q alte-
ri religioni ſunt addicti. Pugnare hæc inuicẽ videntur, adeoq; nihil ad ea re-
C ſpõderi. Nam ſi natalitio ſolo exigẽdi ſumus, et ſpẽ et fiduciã in bonitate Re-
gia, qui hoc pacto prouinciarũ ſubditorumq; ſuorũ ocio & cõmodo ſtudet,
collocare cogimur, ſane nullus promiſsionũ fructus expectãdus eſſet abſenti-
bus. Quod verò attinet ad Ordinum conuocationem, quãuis multa Cæſareæ
Maieſtati cæteriſq; primorib. ac Ordinib. deferri velint: tamẽ hoc quoq; non
poteſt nõ eſſe ſuſpectũ, quod Regij cõmiſſarij nõ obſcurè autoritatẽ Ordinũ
ſub cẽſura eorũ, qui Regi à cõſilijs ſunt, videntur velle collocare. Tum etiam
quod Maieſtatis Cæſareæ, multorũq; aliorũ ſuffragia clarè illos heroas, Ed-
gmontanũ, Hornẽſem, & Montigniũ, ac pleroſq; alios, ſemper domi foriſq;,
non mediocri priuatarũ fortunarum iacturâ, de Maieſtatis ſuæ laudatiſsimis
D progenitoribus meritos, ab enormi cæde nunquam vindicari potuerunt. Ac-
cidit eiuſdem Cæſareæ Maieſtatis contemtus, nimirum cuius preces ne tan-
tum promeruerunt, vt per illas aliquot nobilibus, quos hinc ad ſe proficiſci
cupiebat, per regias ditiones tranſitum impetrârit, potiſsimùm etiam, quòd
Rex ipſe, excipiendis ſubditorum querimonijs, coràm non adſit, ſed ſi quid
huiuſmodi eſt, id omne ex eorum ore hauriat, qui ad maieſtatis ſuæ hono-
rem exiſtimationémque tum regionum harum vtilitatem non multum can-
didè apparent. Quod vel in hac ſedandorum tumultuum ratione luce cla-
rius apparet, in qua perinde nobiſcũ atq; cum manifeſtis maieſtatis ſuæ hoſti-

1576. *bus inſtituta communicatio videtur, imò ac ſi res cum inſtitoribus ageretur.* A *Cùm tamen regium ſit,ea,quæ ex populi ſui vtilitate,commodo ac ſalute eſſe iudicabit,promtè, liberaliterq; vltrò conferre, vel ſi quod demum remotiùs à rationis ſcripto poſitum videbitur, idipſum poſſe denegare. Quibus per ea,quæ in præcedentibus reſcriptis nomine noſtro deducta ſunt, maieſtatis regiæ commiſſarijs ſatisfactum de noſtra mente eſſe debet. Idcirco latiorem circa hoc argumentum euagationem fieri non opus eſt,quemadmodum nec ad ea,quæ à maieſtate ſua oblata ſunt,copioſiùs reſponderi, in quantum ad id attinet,quod ſcire de confœderatis noſtris deſideratur, & quod ſub illis comprehenderimus, adhucq; comprehendimus. Ad hæc autem dicimus* B *hos nobis fuiſſe,& eſſe fœdere iunctos, qui quorumq; parentes per quæcūq; Regiæ maieſtatis loca, horum tumultuum cauſa, vel capite plexi vel exilio damnati fuerunt,quorum quidem nos famæ bonorumq; reſtitutionē,& præterea eorum omnium,qui nobis hoc bello ſuam operam impartiti ſunt,hac in pacis actione comprehenſos volumus.Noſtrum autem hoc reſponſum,ac animi deliberationem in meliorem partem accipi deſideramus, & vt hinc cuiquam mortalium non ſubeat cogitare,nos non vt par eſt regiæ maieſtati communiq; patriæ commodo affectos eſſe.Ac proinde ſi quid horum cauſa in nos armis conuerſis geritur, ac ſecus quam ex re eorum ſit acciderit, proteſtamur, id ipſum nobis neutiquam imputari oportere,ſed illis,qui iſtis,legitimisq; noſtris petitionibus remoram inijciunt.* C

Conuentus ſolutus. Cum in religionis negotio nihil tranſigi poſſet,Regijs cōmiſſarijs in Rom.Eccleſiæ Doctrina ſola retinenda obfirmatis,& Aurantianis reformatorum ritus, quos amplexati fuerant,conſtanter tuētibus,conuentus ſolutus eſt,& belli conſilia reſumta.

Zirquizea Inſula. Requeſenius à quodam Mildeburgenſi ciue, qui rei nauticæ peritus cenſebatur,& in Zelandico mari vices Ammirantis gerebat,admonitus eſt,vt ad occupādam Zirquizeam Inſulam animum intenderet. Eius poſſeſsionem permagni in D eo bello eſſe momenti, quod per eam in Valquieram breuis ſit tranſitus:cuius conſilium ſequutus, quàm occultè fieri potuit,claſſem parauit,& terreſtres præterea copias coegit,cum quibus ſecundum Inſulam Tolum profectus eſt.Ea ſita eſt ex aduerſo Duybelandæ Inſulæ.Hæc ab Aurantianis,illa à regiis tenebatur:& cum inter eas Inſulas tantum fluuius intercedat,in vtraque ripa munitiones extructæ fuerant, in quibus magnus tormētorum apparatus erat collocatus, quo fiebat,

vt

A vt velut quotidiana exercitatione qui Inſulas tenebant, in mutuam perniciem tormentis fulminarent. Terreſtres copiæ, quæ duorum millium numerum efficiebant, in proximam Inſulam, quæ tunc habitatoribus vacua erat, & à bidentibus nomen habet, nauigijs tranſmiſſæ ſunt. Ea à Duuelandia æſtuario diuiditur, quod decedēte maris fluxu vado tranſitur. In illud circa mediam noctem ſe demiſēre, vt in vlteriorem partem traijcerent, Iſidro Pacieco præeunte, cui iter ab accolis monſtratum fuerat. Erat aquarum tanta profunditas, 1576. *Hiſpani Zirquizeā inuadunt.*

B vtè militibus nonnulli capitibus tantum in illis extarēt, qui dam prope immergerentur. Excubabant in Zirquizeæ ora hoſtiles quædam naues, nautis & militibus abundè inſtructæ, qui remis, contis & minoribus tormentis ad terram appellentibus Requeſianis plurimum incommodabant. Hi tamen, nequicquam prohibētibus nauicularijs, in Inſulam traiecēre, vbi ad quatuor hominum millia obuia habuēre. Contracta ſtatim cum eis pugna, Hiſpanis adeo acriter dimicantibus, vt maior hoſtium pars trucidata ſit, cæteris fugatis, & eorum munitionibus occupatis. Poſt eam victoriam, Auila

C cum claſſe aduenit, quæ multis copijs inſtructa erat. Hoſtes relictis agris, & pagis in munita loca ſe receperunt. Eſt ibi oppidulum Bommenum nomine, quod egregie munitum erat & valido præſidio firmatum; ad illud expugnandum copiæ ſtatim ductæ: promota tormenta ingentem muri ſtragem ediderunt. Oppugnatio ſtatim inſtituta, in qua ſummis viribus, & magna animorum contentione vtrinque dimicatum, ſed tandem oppugnantes cum magna ſuorum cæde repulſi ſunt. Interiecto aliquot dierum ſpatio mœnia iterum ab obſidentibus tentata, cōflictus per ſex continuas horas durauit, mul- *Bommenū oppugnatū.*

D tis vtrinque cadentibus, iniquiore tamen oppugnātium ſorte, qui pedem referre iterum coacti ſunt. Cùm viderēt autem non modò turpe, ſed periculoſum ſibi fore, ſi cepto abſcederent: ira ac pudore incitati ad mœnia rediēre, & redintegrato impetu, in vrbem irruperunt, vbi quotquot inuenēre immaniter trucidārunt. *Expugnatum.*

Expugnato Bommeno ad Zirquizeam vrbem exercitus ductus, quæ contra omnium opinionem victoribus portas occluſit. Erat omnibus rebus ad tolerādam obſidionem ne- *Zirquizea vrbs obſeſſa.*

B

1576. ceſſarijs inſtructa, præterea aquis circundata, ita vt obſiden- A
tibus, ſi mœnia adgredi vellent, difficillimus daretur aditus,
magna etiam ſpe auxilij oppidani ſuſtentabantur, ideo ala-
criores ad propulſandum hoſtium impetum erant, nec eo-
rum minis, & denunciationibus multum mouebantur. Quia
verò obleſsis commeatus mari importabantur: obſidentes
canalem, vrbem interluentem, intercludere curârunt nihil
eius latitudine deterriti, quæ duo milliaria excedit. Præ-
grandem itaque ferream cathenam ſiſtucis, & craſsioribus
palis infixam, poſuerant, tormentorum etiam magnum ap- B
paratum collocârunt, quo nauium curſus impediri poſſet.
Aurantius, adferendam opem obſeſsis, claſſem diligenter
inſtruxit, cuius prætoria nauis erat galeo ingens, multis tor-
mentis inſtructus, cuius latera craſsis ſcutis tanquam pluteis
muniebantur, tantâ firmitate, vt muralium ſcloppettorum
vim facile perferre poſſent, pone quæ ſecuri latebant mili-
tes, & cum magna fiducia diſplodebant. Claſsis cum omni-
bus rebus eſſet inſtructiſsima, vehementi quodam vento, &
rapidiſsimo æſtu adiuta in canalem intrauit, & nequicquam
prohibentibus hoſtibus, auxilium oppidanis non ſemel tu- C
lit: diligentiâ verò obſidentium tandem aditus in portum
prorſus occluſus eſt, ita vt Aurantiani de more ad intromit-
tendum in vrbem commeatum venientes, multis nauibus
amiſsis repulſi ſint, omni ſpe ferendi in poſterum auxilij ob-
ſeſsis abiecta. Durauit ea obſidio per totam hyemem, nō mi-
nus Hiſpanis moleſta & detrimentoſa, quā Harlenſis fuerat.

Crimponiū Aur. occupat.

Dum hæc in Zelandia gerebātur Crimponium munitiſsi-
mum locum in Hollandia non procul à Schonhouia occupa
uit Aurantius, quod magnam ſecuritatem rebus Holandicis, D
præcipuè in tractu Dodracenſi, & Roterodamenſi attulit.

Requeſenij mors.

Qualis Requeſenius.

Interea Requeſenius in lethalem morbum incidit, quo
intra breue ſpatium extinctus eſt, cuius mors Hiſpanorum
negotia plurimum interturbauit. Fuit Requeſenius vir ap-
primè ſagax, & rei militaris peritus, paciſq; artibus non mi-
nus clarus, grauis potiùs, quàm ſeuerus, publicæ vtilitatis
magis amans, quàm glorię cupidus; qui cùm primum in Bel-
gium aduenit, ab Hiſpanis, quod omnibus ordinibus fami-
liarem, & cunctis hominibus aditu atque alloquio facilem ſe

præbe-

A præberet, dux inefficax, & vix tantâ præfecturâ dignus, & à 1576.
plurimis Belgis, tumultuum & turbarũ amantibus, timidus
& imbellis exiſtimatus eſt: ſed res ab illo geſtæ tam præceps
iudicium iniquum eſſe, & temerè latum oſtẽderunt. Nam ex
bellicis negotijs, prudenter ab illo adminiſtratis, cognitum,
quòd pacem procuraret, & à bello abhorreret: id nõ ex timi-
ditate militariſmue rerum imperitiâ feciſſe, ſed ex Regis cõ-
modo, quòd Belgicos populos ad tutandam libertatẽ corpò
ra, & animos deuouiſſe, & viribus regijs quâuis præpotenti-
B bus, ad imperata faciẽda cogi non poſſe, perſpiceret, niſi cum
totius Belgij deſolatio, & magnâ Regiarum copiarũ iacturâ.
Variâ fortunâ in bello vſus eſt, hoſtibus tamen, cùm obijt, ſu-
perior: quos in graues difficultates, & ꝓpe inextricabiles cõ-
iecerat, vnde pleriſq; viſum eſt, ſi diutiùs vixiſſet, Bèlgas ad rè
iectas pacis cõditiones confugituros fuiſſe, & ipſum cum in-
genti ſua gloria rebus perturbatis quietem allaturum. Poſt
eius mortem accitus è Lucemburgo Mansfeldius comes, qui *Mansfel-*
rerum adminiſtrationem ſuſciperet: & maximè bellicarum. *dius Belgio*
A ſupremo itaque conſilio toti bellico negotio præpoſitus *præficitur.*
C eſt, cuius decretum ab ipſo Rege confirmatum fuit, qui exiſti
mabat illius prudentiâ omnia in meliorem ſtatum deuentu-
ra, & initio magna ſpes affulgebat, res trãquilliores fore quo-
niam exquiſitis conſiliariorum ſententijs bellicis, & ciuili-
bus rebus optimè prouidebat.

Zirquizea arctiſsimè tum obſeſſa erat, & ad inopiam rerum *Zirquizea*
ferè omnium redacta. Ciues cùm nullũm à ſuis auxilium ex- *dedita.*
pectarent: Bruxellas ad ſupremum cõſilium miſêre, à quo im
petrârunt, vt Hiſpani obſidionẽ ſoluerent, & Mondraco cum
ſuis cohortibus vrbis cuſtodiam haberet. Simulac Zirquizea
D Vvalonum præſidium accepit: Hiſpani milites inopia preſſi, *Hiſp. tu-*
quod multorũ menſium ſtipẽdia ipſis deberẽtur, & vehemen *multuan-*
ter irritati, q̃ ſperata præda, cui imminebãt, fruſtrati eſſent, tu *tur.*
multum excitârunt, quorũ mille & quingenti in Brabãtiam
irruperunt, nequicquam reluctantibus ducibus, qui præuide
bant, eam militarem ſeditionem grauia incommoda allatu-
ram. Ex eo motu Bruxellenſes occaſionem ſumſerunt arma *Bruxellen-*
in ſui tutelam, & defenſionem capiendi. Hiſpanos enim vr- *ſes ſumunt*
bem occupaturos, ac directuros adparebat, niſi maturè ipſo- *arma.*

1576. rum conſilia, atq; conatus præuenirentur. Hi Bruxellenſium A adparatu haudquaquam territi, in conſpectum vrbis ſingulis prope horis veniebant, vnde non paruus metus ciuibus iniectus. Magiſtratus à ſeditioſis tam propinquis periculum certum ſibi imminere perſpicientes, Mansfeldium rogârunt, vt ad eos proficiſceretur, & videret num aliqua ratione illi placari, & ad officium reduci poſſent. Conſtiterant in pago, qui octo milliaribus ab vrbe diſtat, quo cum Mansfeldius veniſſet, oſtendit ipſorum poſtulatis tunc ſatisfieri non poſſe, quòd tantum pecuniæ, quãtum petebant, repræſentari non B poſſet, ſed quum primum ex Hiſpania allata eſſet, quæ expectabatur, eos integra ſtipendia recepturos. Hoc Mansfeldij reſponſo magis fuêre irritati Hiſpani, quod illo ſe deludi arbitrarentur: itaque de munito aliquo loco occupando conſilium inierunt, vt debita ſtipendia reciperent, aut incolarum bona in prædam verterent, quo neceſsitatibus ſuis ſubuenirent. Sed cùm omnes Brabantiæ vrbes diligenter, aduerſus repentinas inuaſiones eſſent munitæ, vna nocte Scaldim fluuium traiecerunt, & relicta Brabantia in Flandriam penetrârũt, atq; Aloſtum vrbem ex improuiſo adorti, in eam per vim C irruperunt, quam ſeruare vſque ad ſolutionem ſtipendiorum decreuerunt. A Teremonda non multo ſpatio diſtat, munitiſsima vrbs eſt, & quæ ſub ſua iuriſdictione ducentos ſeptuaginta pagos habet.

Aloſtum à ſeditioſis occupatũ.

Hiſp. proſcripti.

Ordines tantam Hiſpanorum militum audaciam non ferendam rati, eos rebelles ac maieſtatis reos declarârũt poteſtate omnibus conceſsâ, eos occidendi, vbicunque intercipi poſſent. Ea de cauſa omnes Belgij ciuitates, ad rebelles perſequendos, arma ſumſerunt, & militum delectus varijs in locis habuerunt. Auila eo atroci in Hiſpanicam gentem conſilia- D riorum decreto, & popularium motu, rem in apertũ bellum breui deuenturam exiſtimauit, idcirco aduerſus impendentia pericula ſe munire decreuit. Cùm videret Hiſpanos in varia loca diſperſos, ob idq; in fenſę plebis furori maximè expoſitos: quæ iam equitatum inſectabatur, Fronſpergum, Poluillerum, & Fuggharum, Germanorum columellas in cõſilium conuocauit. Inter eos fuit conſtitutum, vt quamprimum legiones, quibus præerant, ad ſigna vocarentur, prope Antuerpiam,

Auilæ conatus.

A piam,& Hiſpanicus atque Italicus equitatus,in varia diſper- 1576.
ſus,in vnum coiret, vt coniunctis viribus inſidiãtibus Statibus, qui in ipſorum perniciem coniuráſſe videbantur, faciliùs reſiſteretur. Etenim audierant, à Gubernatoribus ſecretum mandatum apud omnes Belgij vrbes emanâſſe,vt Hiſpani milites, vbicunque inuenirentur,tanquam perduelles & Regis pãtriæque hoſtes, trucidarentur, quòd regis ditiones immaniter deuaſtâſſent, & contra ipſius voluntatem munita loca,ad diuexandum populum,occupâſſent. Plebs autem
B Gubernatorum mandatis eò faciliùs ac lubentius parebat, quòd omnes, qui ex Hiſpania veniebant (in queis Marchio Habrenſis fuit) aduerſus Hiſpanos cum magiſtratibus conſpirarent: ad hæc adcedebat, quod Raſſengienus, vir primariæ nobilitatis,in Hiſpaniam miſſus eſſet, qui de Gubernatorum conſilijs Regem edoceret. Non multo interiecto ſpatio, cum Falconetæ tribuni turma Antuerpiam ſe reciperet, non procul ab vrbe à tribus hominum millibus impetita fuit,qui eam perſequuti ſunt, donec in conſpectum arcis deueniſſet, tunc emiſſum ab Auila auxilium perſequentium impetum
C retardauit,vnde Falconetani in pacatum ſe receperunt.

Diſceptatio Gubernatorũ cũ Auila.

Gubernatores,cognitis Auilæ conſilijs,ad eum ſcripſerũt, ſe vehementer mirari,quod ipſis inſcijs & inconſultis,Hiſpanos milites ad ſigna vocâſſet, id manifeſtè contra Regis mandatum,dignitatem,ac commodum fieri,illudque facinus nequaquam ab ipſo approbatum iri,nec ſucceſſum felicem habiturum. Reſpondit Auila ſe neminem in toto Belgio nôſſe, qui fideliorem vtilioremue operam Regi pręſtitiſſet,quàm ipſe præſtiterat, ideo Regijs mandatis minus obſequentem videri non poſſe, ijs, qui ipſius facta recto iudicio examina-
D rent. Se non ſolum id facinus, quod ipſi Gubernatores damnabant,aggreſſum eſſe,ſed vna omnes maiores minoresq́; copiarum duces,qui ſolenni iuramento adhibito, inter ſe promiſerant,rationem huius facti reddere, cùm vſus poſtularet. Auilæ literis diligenter perſpectis Bruxellenſes conſiliarij, penes quos rerum gubernatio erat,cum ipſo & Germanicis columellis colloqui ſtatuêre, & Villeburgum (oppidulum eſt medio ferme itinere inter Antuerpiam,& Bruxellas) conueniendi locum adſignârunt, vbi cauſâ illâ diligenter excuſſâ,

1576. & varijs rationibus agitatâ, vnanimi conſenſu ſtatutum eſt, A vt præſes Rhodius, cum alijs Hiſpanis, qui Bruxellis erant, Antuerpiam ſe reciperent, & alij Bruxellas redirent.

Interea coniurati columellæ, vt milites dicto obaudientes haberent, cùm expedienda arma forent: diligenter operam dedêre, vt illis debita ſtipendia perſoluerentur, ob id, quàm maximam potuêre, pecuniæ ſummam collegêre, ſed exulceratis militum animis nullum efficax remedium ad hiberi potuit. Siquidem admodum ægrè ferebant, tantos bellicos apparatus contra ſe fieri, & ab Ordinibus perduelles iudicari. Dum in ijs eſſent, Bruxellenſes veteranorum militum Vvalonum cohortes quatuor, præſidij cauſâ, in vrbem introduxêre. B

Manſf. & alij captiui. Non multis interiectis diebus, cùm omnes conſiliarij in vnum conueniſſent: Vigilius cõſilij regij præſes, Mansfeldius Lucemburgi præfectus, Barlamentius Namurienſis, cum nõnullis alijs, iuſsi è cõſilio excedere, in liberam cuſtodiam traditi ſunt, & Statuum præfectus ſummus Areſcotta conſtitutus eſt, eâ conditione & lege, vt in proximo Ordinũ conuentu, qui apud Montium Annoniæ vrbem indictus erat, à populo confirmaretur. C Interea in ſuas partes prouincias, & vrbes allicere diligẽter procurârunt, in hoc maximè intẽti, vt quotidie aliquot ſuæ cauſæ defenſioni adderentur. Vt faciliùs autem atque commodiùs plebem ad ſe pertraherent, ſcriptum euulgârunt, quo teſtabantur, pio Zelo erga patriam & cauſæ æquitate fuiſſe commotos, vt quoſdam conſiliarios, & prouinciarum rectores cuſtodiæ mandârint. Illud autem quo

Scriptum Ordinum. poſſet ab omnibus intelligi, typis excudi curârunt, in hanc formam conceptum.

Clarum & manifeſtum cuiuis, Hiſpanos (prout ſunt, & ſemper fuerunt inopes) perſpectis opibus inferioris Germaniæ, exoptâſſe, vt nunc etiam exoptare ſuis factis indicant, in ea vitam degere, & habitationem perpetuam habere, præfecturas vrbium, & adminiſtrationis munia tenere. Sed quia illis non datur votis potiri, (quod noſtra priuilegia peregrinos & exteros homines omnes à gubernatione reipub. & omni municipali munere excludunt) Belgicam gentem internecino odio proſequuntur, omniq; arte peſſundare conantur, & in eo maximè malum animum erga nos denudârunt, quòd anteactis annis exorti quidã tumultus eſſent, qui prudentia & induſtria Par D

menſis

A menſis Ducißæ, tunc ſummum locum in gubernatione tenentis, breui conſopiti ſunt, ita, vt in omnibus Belgij partibus omnia tranquilla & pacata viderentur, & omnia diſſenſionum ſemina prorſus ſublata, pro implacabili odio, quo erga noſtram gentem ardent: Albanum regulum in has terras miſerunt, qui in Machiauelli doctrina abundè inſtructus, plurimos nobiles viros, antiquo ſtemmate & equeſtri dignitate percelebres, neci dedit, nouas arces, ad ſubiugandum populum, erexit, magna & intolerabilia tributa omnibus incolis imponere voluit: nempè decimam, & viceſimam partem omnium facultatum à quouis exigens, & ſuæ farinæ hominibus indignis & 1576.
B ineptis, ad aliquod publicum munus obeundum, officia conferens, proditores non paucos ferens ſub ſua tutela, omnia noſtra priuilegia, & immunitates antiquans, generalibus omnium ordinum conuentibus contradicens, Hiſpanis militibus & alijs, qui in ipſius verba iurârunt, libertatem omnem viuendi, pro arbitrio, occidendi, quem voluerint, & omni violentia, atq; immanitate vtendi in quoslibet, concedens, inſuper couſtuprandi nobiles fœminas & impunè omnia flagitia patrandi, quæ omnia ab illis hucuſq; perpetrata fuiſſe, nemo ambigit, & non ſolum à gubernatoribus & copiarum ductoribus, ſed etiam à gregarijs militibus, ita vt videamus huius patriæ opes, quæ olim ingentes fuêre, ad ſummam inopiam redactas eſſe, & auitum decus
C in ignominiam mutatum. Neq; adparet, his iniurijs modum imponere velle, donec totam terram deſolatam viderint, cùm direptionibus & depopulationibus vbiq; graſſentur, & nuper tumultum excitârint, dicentes, ſibi de ſtipendiis non eſſe ſatisfactum, & adhuc hoſtiliter ſemper agentes, minitentur, ſe multas opulentas vrbes, niſi debitum, quod petunt, quàm primum diſſoluatur, direpturos. Ex Zirquizeenſi obſidione in continentem tranſgreßi, vt odium, quo nos proſequuntur, exaturarent, ſtatuerant apud ſe, Bruxellas, ampliſsimam vrbem, vbi Brabantiæ Statuum curia eſt, adoriri, & vi captam deprædari: ſed iam ad id facinus audendum parati, & rebus omnibus in-
D ſtructi, quod viderent Bruxellenſes arma, pro defendendis mœnibus, alacriter ſumſiſſe, mutato conſilio in Flandriam, traiecto Scaldi flumine, penetrârunt, vbi hoſtiliter Aloſtum vrbem adorti occupârunt, Bruxellenſibus nefariè excidium minitantes. Hæc cùm Ordines Brabantiæ viderent, & quod maximum detrimentum vniuerſis Belgij regionibus adferre poſſent: non amplius toleranda iudicârunt, totúmque negotium conſiliariis Statuum propoſuerunt, quibus idem viſum fuit. Illi iudicantes huiuſmodi inſolentias & nequitias cohibendas eſſe, Hiſpanos in numero rebellium habẽdos eſſe, tanquam Regis & Ordinum Belgij hoſtes declarârunt, & pœnis, quæ eiuſmodi hominibus debentur, ſubiecerunt. Interea ab ipſis Ordinibus decretum, mi-

1576. *litum delectus habendos, pro dignitate Regia & patriæ quiete conſeruanda. Quod vero quidam ex conſiliariis Statuum clàm ipſis rebellibus fauere deprehenſi ſunt, ſolicitantes illorum aliquot ad inuadendas Bruxellas, cogendosq; ciues, vt magnam pecuniæ ſummam ipſis ſuppeditarent, quiq; impedire volebant, ne Ordinum nomine delectus militum haberentur, in patriæ neceſſariam defenſionem, quam Ordines ſuſcipere decreuêre, flagitioſè impedire quauis ratione adnitentes, Statuum vires infringere, & fallacijs atque mendacijs ipſorum ſalubre conſilium peruertere, omnem fauorem rebellibus demonſtrantes. In ſumma illi conſiliarij manifeſtè declarârunt, ſe patriæ quietem nihil curare, nec pericula ab illa auertere velle, cùm Hiſpanos, Belgici nominis ex profeſſo hoſtes, fouere & tueri velint, donec ex Hiſpania nouæ copiæ in auxilium aduenerint. Ex his facilè eſt cuilibet iudicare quam iuſta fuerit occaſio Ordinibus noua conſilia capiendi, præſertim cùm videant, quàm immaniter vniuerſus Belgij populus ab Hiſpanis tractetur, quàm intoleranda ſit ipſorum arrogantia & rapacitas, atque implacabile odium, quod iampridem aduerſus nos conceperunt, & quaſi in prouincia, bello parta & armis ſubiugata, omnia ad arbitrium moderari volunt, durámq; ſeruitutem introducere, & iugum intolerandum omnibus imponere, noſtris immunitatibus & priuilegiis, quæ hucuſq; inuiolata nobis manſêre, nos priuantes, & Inquiſitionem Hiſpanicam intrudere volentes; ad præuertendos eiuſmodi conatus, Ordines Brabantiæ conducibile exiſtimârunt, illos conſiliarios, patriæ hoſtibus occultè fauentes, cuſtodiæ tradere, donec Rex pleniſſimè, quo in ſtatu res Belgicæ ſint, cognouerit, quod breui fore ſperamus: quoniam primo quoque tempore illum certiorem de omnibus facere decreuimus, quæ conſilia inimus, & quo animo erga patriam affecti ſumus, in animo habentes, nihil omnino facere, quod fideli obſequio ſubditorum contrarium ſit.*

A B C

Confœderationes.

Hæc Statuum proteſtatio quamplurimos aduerſus Hiſpanos concitauit; Annones fuêre primi, qui Statuum decretum probantes, de ineundo cum illis fœdere cogitârunt, à Rennebergẽſi Comite, & Barone Frezinio ad id incitati. Flandri, Inſulenſes, Doacenſes, Atrebates, & alij vicini populi illos ſequuti ſunt, & inter ſe firmam vnionem & perpetuum fœdus percuſſerunt. Hiſpani cum reſciuêre, tot homines in ipſorum necem conſpirâſſe, magnoperè perturbati ſunt. Etenim numero pauci erant, & ad ſuſtinendum tot incumbentium viribus impares ſe eſſe ſentiebãt; nam ſex millium numerum vix implebant, & quod in varia diſperſi eſſent, hoſtiũ D

inſidijs

A inſidijs magis opportuni cenſebantur, quod ipſi conſiderantes, omnem diligentiam adhibuêre, vt in locum aliquem munitum ſe vndiquaque reciperêt. Commodiorem autem non inuenêre, quàm arcem Antuerpienſem. Ideo vndiq; ad eam, tanquam ad tutiſsimum aſylum, confluxêre. Auila arcis cuſtos, qui totum illud negotium adminiſtrabat, curauit, vt omnibus rebus neceſſarijs, ad obſidionem tolerandam, munirentur, ſi fortè Ordines eam inuadere vellent, & ne quid tumultus ob id oriretur, opera mercatorum Hiſpanorum, qui tum B Antuerpiæ agebant, vſus eſt. Præterea omnia vicina arci loca, in quibus tutò caſtra metari hoſtes poſſent, explananda curauit, & magnum tormentorum apparatum in aggeribus & propugnaculis arcis collocauit, & nihil, quod ad defenſionẽ loci pertinere videretur, omiſit. Belgæ ſatis intelligentes, magno ſibi incommodo fore, ſi Hiſpani, in varia diſperſi, in vnũ coirent: totis viribus illorum coniunctionem impedire conati ſunt. Vbique milites itinera, quibus ad Hiſpanica præſidia ibatur, inſidere, nulloque modo pati, vt ad ea commeatus conueherentur, aut ad præſidiarios literæ alicunde defer C rentur. Hiſpani cùm Belgas vnanimi conſenſu in ipſos conſpirâſſe, cernerent: omnes vrbes, in quibus præſidia habebant, munire, & omnibus rebus ad tolerandam obſidionem neceſſarijs inſtruere decreuerunt, in queis erât Lira & Maſtrichum: Romereus cum trecentis militibus Hiſpanici generis Liram tuebatur: Montesdocus Maſtrichi erat, cum maiori numero. Federicus Peronotus, quem Champanyum nominabant, & Comes Oberſtenius Antuerpiæ cum duodecim cohortibus Germanicis. Champagnyus quòd Ordinibus fauere videretur, Hiſpanis erat ſuſpectus, ideo ab illo cauẽdum D exiſtimabant, quem alibi quàm Antuerpiæ eſſe voluiſſent, quòd eam vrbem pro tutiſsimo refugio in rebus aduerſis deſignabant. Ordines coactis decem militum millibus, & acceptis à Nuitportenſibus, intercedente Aurantio, muralibus tormentis, arcem Gandauenſem, à duobus lateribus, Bipartito exercitu, arctiſsimè obſederunt. Nec mora, promotis tormentis, eam acriter diuerberare cœperunt. Qui Regiæ cauſæ patrocinabantur, & Hiſpanis bene cupiebant, ad eos, qui Aloſtum tenebant, non ſemel miſêre, orantes, vt contenti prę-

1576.

Hiſp. in arcem Antuerp. confluunt.

Arx Gandauenſis obſeſſa.

C

1576. dâ, quam erant aſſequuti, locum occupatum desererent, & A ſuis, in arce Gandauenſi obſeſsis, quam primum ſuppetias ferrent, quòd in magno periculo conſtituti, premente vndique hoſte, viderentur: ſed nullæ adhortationes ad peruicaces profecêre, ſiquidem debita ſtipendia flagitantes, & commodum decori, quietemq; labori prę ferentes, nihil sani conſilij auribus admittere voluerunt. Toletanus ſuam legionẽ, in varijs Holandiæ locis diſperſam, in vnum coegit, & Aloncius Vergas, equitũ prę fectus, cum eo ſe coniungere ſtatuit, vt cõmuni conſilio & viribus ſocijs obſeſsis maturã opem ferrẽt, B ſed eæ copiæ tanto oneri impares eſſe viſæ ſunt, quòd eas per hoſtium caſtra ad obſeſſos penetrare poſſe, non adpareret, & duces nihil periculosè audendum putabant, ne adflictis & prope perditis ſociorum rebus remedium adferre conantes, ſuas adhuc integras in manifeſtum periculum deuocarent, & quod conſeruare neceſſe erat, præpoſtera bellandi ratione amitterent. Deiectis itaq; vi tormentorum mœnibus, & patefacto aditu, oppugnatio inſtituta, & bis repetita, Hiſpanis egregiè propugnantibus, & nihil de priſtina gloria amittentibus, qui inuadentes hoſtes cum multa ſuorum cæde repu- C lerunt. *Dedita.* Sed cùm nullum auxilium expectarent, & multis rebus ad defenſionem neceſſarijs eſſent deſtituti, deditionem, vita & rebus ſaluis, fecerunt.

Erant Viſnaci, inter Louanium, & Thenas, quinq; Hiſpanorum equitum turmæ, quibus Vergaſſus præerat, quòd longè à ſocijs diſsitæ eſſent, Ordines eas inuadendas cenſuêre, facilem de illis victoriam ſibi pollicentes, quòd longè maiores vires haberent. Cura eius negotij Glimeſsio data eſt, qui collectis præſidiarijs militibus, qui Louanij & Bruxellis erant, & aliquot ſtipendiarijs equitibus trium millium exercitum D conflauit, nõ annumeratis multis voluntarijs militibus, qui partim prædandi cauſâ, partim ſpeculandi, alijs ſe adgregârunt, quod de victoria nihil dubitarent. Hiſpani cognitis per exploratores ſuos hoſtium conſilijs, ad ea præuertenda animos aduertêre. Cùm eos in itinere eſſe reſciuêre, partem copiarum ſuarũ in inſidijs in parua ſylua, quæ à militari via non procul abeſt collocârunt, cum cæteris rectà hoſtibus obuiam prodire ſtatuentes. Itaq; cùm hoſtes in propinquo eſſe conſpecti

A ſpecti ſunt, ad eos progreſsi ſunt. Præmiſêre autem aliquot, qui tumultuariam pugnã accenderẽt, Glimeſsiani in prouocãtes Hiſpanos magno impetu irruêre. Hi reflexis properè equis, velut certamini impares, ad ſuos pleno paſſu ſe recepêre, quos illi magno animorũ ardore perſequuti ſunt: ſed cùm victoriam in manibus ſe habere putant, in inſidias præcipitantur; è quibus cum multos expeditos equites exilientes vidêre, tanquam panico terrore acti, abiectis armis in effuſam fugam ſe coniecerunt, quorum magna cædes facta, B ſiquidem ad tria millia pecudum inſtar trucidata fuiſſe feruntur, ex Hiſpanis autem ne vnus quidem interijt. Hac inopinatâ clade Ordines nihil territi, hoſtes perſequi decreuerũt; coactis vndiq; copijs conatus omnes, atq; conſilia ad occupandam Antuerpiam conuerterunt. 1576. *Ordinum copiæ fuſæ.*

Eſt oppidulum non ꝓcul à Mechlinia, nomine Vvalenum, quod propter pontem deducendis copijs & commeatibus ſubuehẽdis peraccómodum, magnum momentũ ad bellum gerendum habere iudicãtes, occupârunt. Romereus, qui Lirę erat, hoſtium vicinitatem ſibi detrimentoſam fore, ſi loci poſ C ſeſsionem diu retinerẽt, arbitratus, inde illos eijcere ſtatuit. Acceptis itaque ſuorum promtiſsimis eo profectus eſt, & ſimulata vna in parte oppugnatione, aliâ ſummâ vi oppidum adortus eſt. Præſidiarij effreni Hiſpanorum audacia exterriti, ſimulq; putãtes maiorẽ eorum numerũ eſſe, quod duobus in locis mœnia adgrederentur, omiſſa defenſione terga verterunt. Hiſpani tranſcẽſis facilè mœnibus, quòd neminem obſiſtentẽ haberent, in oppidum peruaſerũt, & in promiſcuã turbam arma adhuc tenentẽ irruentes, ad octingentos trucidâ- D runt. Multi vt gladios hoſtium vitarent, in profluentem ſe coniecerunt, quorum magna pars ſubmerſa. Ferryus illorum dux captus eſt. Oppidum in poteſtatem Romerei redactum, in quo præſidium impoſuit. Conduxerant ſuo ære Ordines aliquot Germanorum cohortes, quæ per Maſtrichum in Belgium venire decreuerunt: Hiſpani locum magni gerendo huic bello momẽti eſſe perſpiciẽtes, vnde graue incómodum expectandum foret, ſi in poteſtatem hoſtium deueniret: illum quacunque ratione retinendum cenſuêre. Et quia perexiguum ibi præſidium erat, nutantibus in fide incolis, *Vualenum ab Ord. occupatum.* *Amiſſum.*

1576. ſubſidium properè ſummittendum ſtatuerunt, quia in mora periculum erat. Primum Vergaſſus cum ſuo equitatu eo aduolauit, cùm Toletanus cum ſuis cohortibus, omni adhibitâ celeritate, ſequutus eſt, quorum aduentus Hiſpanis præſidiarijs quàm gratiſsimus fuit, quod opportuniſsimo in tempore ſuperueniſſent. Iam enim, conſpirantibus cum ciuibus Germanis, ex vrbe expulſi, in ſuburbia ſe recipere coacti fuerant, & Montesdoquius illorũ dux captiuus factus erat à magiſtratibus vrbis, inſigni aſtu deceptus. Etenim cùm illum ad ſe vocaſſent, vt de rebus, quæ ad communem ciuium & præſidij ſalutem pertinerent, cum ipſis deliberaret, tanquam belli captiuum retinuerunt. A B

Vix illud à ciuibus patratũ erat, cùm Vergaſſus aduenit, qui à milite ad eum miſſo de toto negotio certior factus pedites, quos habebat, magna ex parte fluuium trãſmiſit, vt ſe ijs, qui ſuburbia tenebãt, coniungerẽt, & inde per pontem in vrbem peruaderent, peditum cohortẽ cum parte equitatus ad portã Bruxellẽſem, quòd Hiſpani aliquot in adiacentẽ turriculam ſe receperant, miſit. Cohors equitatu ſtipata cùm ad primam portam venit, eam ſubiecto igne concremauit. Ciues ad ſubeuntes Hiſpanos repellendos vndique adcurrẽre, qui cum illos per portam Bruxellenſem ingredientes conſpexẽre, directis in eum locum tormentis repellere conari ſunt: ſed Hiſpani, qui in turricula erant, craſsioribus ſcloppettis rem gerentes, ita tormentorum libratores terruẽre, vt illa deſerere, & retrò abire coacti ſunt. Hiſpani in vrbem per incenſam portam ingreſsi ſint, ſed non longè proceſſẽre, cum oppidanos ad ſubitarias munitiones, quas erexerant, ſub ſignis ſtantes, defenſionemq; parantes obuios habuerunt. Sed cum hi à duobus lateribus inuaderentur: diu incumbentium hoſtium impetum ſuſtinere non potuẽre. Et à munitionibus pulſi, fuga ſalutem quæſiẽre, in varia diſperſi. Hiſpani fugiẽtibus inſtantes, per multos vicos peruagati, tanquam victores, arma è ciuium manibus excuſſerunt, & multis ex illis in pugna occiſis, pluribus in ſuis domibus incendio abſũmtis, non paucis in gurgibus fluminis abſorptis, vrbe potiti ſunt. Hanc verò cladem Maſtrichenſes Germanorum militum culpa ſe accepiſſe dicebant, quod cùm ante initam pugnam illos tãquam C D

Maſtrichũ occupatũ.

fœ-

A fœderatos,& amicos ſibi auxilio fore putarent, pertinaciſsi- 1576.
mè cum hoſtibus depugnârant, at Germani nullâ habitâ vel
ſanguinis vel fœderis ac promiſsi ratione, durante conflictu
nihil ſe commouêre, hoc factum excuſantes, quod in Flan-
drorum,non Brabantorum defenſionem arma ſumſiſſent.Illi
etiam neglecto iuramento,quod ad nauandam Statibus ope
ram præſtiterant,à regijs oblata ſtipendia accepêre, quod ta-
men illis prope neceſſarium fuit,quoniam nec vlterius pro-
cedere nec retrò abire ſine Hiſpanorum licentia poterant.

B Status cùm viderent Hiſpanis omnia proſperè ſuccedere,
ſerio rebus ſuis aduertendum, & communi patriæ ſaluti di-
ligenter prouidendum putârunt. Nihil autem commodiùs,
nec ſalubriùs iudicârunt,quàm ſedulò dare operam,ne Hiſpa
norum vires diſperſæ coniungerentur.Coniunctas enim ad-
oriri perdifficile, & periculoſiſsimum videbatur, at per par-
tes laceſſere, & continuis pugnis fatigare,facillimum cenſe-
bant,cùm vbiq; populos infenſos haberent, qui ſi ſemel ex-
tra Belgij fines pellerentur,non facile reditum ſibi pararent.
Ad id autẽ agendum,nihil conducibilius reperiebant,quàm *Status Ant*
C ſi Antuerpiam vrbem occuparent, & eam ab arce diſiunge- *uerpiam pe*
rent.Nam vrbe occupatâ,poſtea arcem deditionem facturam *tunt.*
adparebat:Cùm omnium calculis hoc probatum eſſet,præſi-
dia Bruxellis,Mechlinia,& Louanio deduxêre, eaq; Antuer-
piam ſub auſpicijs Philippi Edgmontani Ammurathis filij
miſerunt.Multi nobiles dignitate equeſtri illuſtres, in queis
fuêre Habræus Marchio regio cubiculo aſſuetus ijs tanquam
voluntarij milites ſe adgregârunt. Item veteranus equitatus,
& turmæ illæ,quæ nuper militiæ fuerant adſcriptæ. Vniuer-
ſæ copiæ viginti tres peditum cohortes,& quatuordecim e-
D quitum alas efficiebant, quæ ad ſex hominum millia cenſe-
bantur.Cùm in conſpectum Antuerpiæ vrbis venêre, magna
cum alacritate,& promtitudine animorum caſtra locare cœ-
perunt, quòd à ciuibus omnem fauorem & beneuolentiam
expectarent.Nocte concubia Oberſtenius, & Champanyus,
præſidij quod erat in vrbe duces,in caſtra venerunt, omneſq;
copias ſe in vrbem introducturos promiſerunt.

Auila & Rhodius,qui in arce erant,quantam potuêre,dili-
gentiam adhibuêre, ad accerſendos Hiſpanos, qui in varijs

1576. locis diſperſi erant, ſummis precibus efflagitantes, vt adhibita omni celeritate ad opitulandum arci breui obſidendæ venirent, quoniam ſi illa caperetur, nullum in Belgio locum Hiſpanis tutum fore. Eo rem rediĳſſe, vt niſi arx Antuerpienſis retineatur, illis omnibus pereundum ſit. Nullum enim receptum inter tot infenſiſsimos populos ſibi dari. Caſtra interim Statuum in vrbem tranſlata, & cum maximo ciuium omnium applauſu omnes Edgmontani copiæ introductæ. Tunc munitiones contra arcem erigi cœptæ, quo Hiſpanis erumpendi facultas adimeretur: illas autem Hiſpani, qui in arce erant, crebris tormentorum ictibus interturbare nitebantur, ſed obſcura caligo repentè exorta, laborantes oppidanos maximè iuuit, quoniam nebulâ tecti ab hoſtibus, ſedulo in eos collimantibus, videri non poterant. Hac vtentes occaſione vicos omnes, qui in arcem ducebant munire cœpêre, & profundas foſſas ibi ducere pluteis, vinarĳs doliis, lana, terra, fimo, harena repletis ſe à tormentorum violentia protegentes. Hiſpani ob exiguum numerum erumpere in opus facientes non audebant. Sub noctem aliquot ex ſocĳs, qui in circumiecto agro erant in arcem ingreſsi ſunt, creſcebatque in horas militum eo affluentium numerus. Ortizius tribunus cum centum militibus erupit ad explorandas obſidentium vires, & pugnandi alacritatem, quos adeo ignauos, & trepidos inuenit, vt non ſolùm foſſas & munitiones impunè tranſcenderit: ſed oppoſitam ſtationem perruperit, occiſis ex illis circiter quinquaginta, & frumentarĳs molis proximis incendio traditis, cum aliquot etiam ædibus, quæ ab oppidanis muniebantur. Poſtea arcis tormenta aptiſsimè in ciuium domos, & cœptas munitiones collibrata, maxima damna obſidentibus attulêre. Magnâ tamen conſtantiâ, quæuis detrimenta ferentes, in propoſito perſiſtebant. Etenim deſpectis tormentis, quæ ex arce continuò in eos diſplodebantur, in aggere muniendo intenti erant, & cœptum opus nullo periculi metu intermittebant, quin & quamplurimæ mulieres, & in ĳs non paucæ nobiles, nunquam antea laboribus aſſuetæ, ab opere faciundo nequaquam deterrebantur: Multi humum, virgulta & materiam comportantes, tormentarĳs pilis, ab arce emiſsis, ſternebantur, aut brachĳs tibĳsq; à trunco

A à trunco auulſis fœdum in modum mutilabãtur: ſocij ad tam horrendum ſpectaculum animos non deſpondebant, ſed intrepidi in munitionibus perficiendis verſabantur, & diligenter, atq; accuratè omnia adminiſtrabant. 1576.

Hiſpani qui in Flandria Aloſtum occupârant, & omnem circumiectam regionem ſibi ſubiectam reddiderant, qui neque minis neque precibus ad ferendam ſocijs opem in arce Gandauenſi obſeſsis incitari potuerant, audito tormentorum reboatu, ſuſpicati quod erat, nempe bellum inter ciues Antuerpienſes & præſidiarios motum, arreptis repentè armis, ad ſuorum defenſionem properandum cẽſuerunt, iuramento inter ſe præſtito, ſe nihil quicquam eſuros, priuſquam in mediam vrbem depulſis inde hoſtibus penetrâſſent, nec vitæ quidem parſuros, vt illud effectum redderent. Nec mora ad ſuos iuuandos, quos in magno diſcrimine verſari iudicabant, citato agmine progreſsi ſunt, & nemine iter demorante incolumes omnes in arcem peruenerunt. Eo ipſo die ſub ſolis ferè exortum in arcem venêre, qui Maſtrichi & Liræ in præſidio fuerant conſtituti Hiſpani, cum quibus Poluillerus cum ſuis Germanis ſe coniunxit. Hæ omnes copiæ ex diuerſis locis Flandriȩ & Brabantiæ venientes, numerum trium millium efficiebant. In arcem autem intrârunt per exoletam portam cum tanta victoriæ fiducia, vt omnes hoſtium apparatus nihili facere viderentur, & quaſi victoriam iam in manibus haberent, pro triumphi laurea omnes virides arborum ramos in ſertorum modum capitibus adaptatos geſtabant, cum multis florum faſciculis in ſcloppettis, & galeis: quiſque etiam miles lixam ducebat, qui ad excitãdum incẽdium ſtraminis, aut virgultorum faſciculum ferebat. Vniuerſus præterea Hiſpanicus equitatus Vergaſſi auſpicijs cum cohortibus ingreſſus eſt, erant equites ſupra mille. Ingreſſas eas copias Auila arcis cuſtos cum alijs ducibus hortabatur, vt paulùlum à labore ſe recrearent, quo recentibus viribus hoſtiles munitiones adorirẽtur: ſed milites omnes adeò ira accenſi erant, vt ne tantillum expectare voluerint, quin moræ impatientes, vt in hoſtes ducerentur, magnis editis clamoribus, à ducibus poſtulârunt. Exiêre itaque ex arce Hiſpani per portam, quæ in ciuitatem

Hiſpani Aloſtani.

B C D

Hiſp. adoriuntur Antuerp.

1576. ducit,inſtructis ordinibus,& magno impetu in munitiones A
irruerunt, quæ licet arduæ,& aſcenſu difficiles eſſent, atque à ſex hominum millibus defenderentur, breui fuerunt ab ipſis expugnatæ.Siquidem inopinato Hiſpanorum aduentu, ac terribili eorum aſpectu,oppidani adeò exterriti atque conſternati fuêre, vt ſtatim terga vertentes, fugam arripuerint. Soli Germani in quibuſdam vrbis locis furentibus hoſtibus, & victoriam perſequentibus ora obuerterunt, ſed vix ad horam in pugna perſtitêre, Hiſpanis acerrimè dimicantibus, quos cùm diu ſuſtinere non poſſe perſpicerent, fugientibus B
ſe adgregârunt,ſed fuga eos ſeruare non potuit: Nam ab Hiſpanico equitatu maxima ex parte conciſi ſunt, cum ſupra viginti ex hoſtibus non interfecerint. Plurimi ex oppidanis in prætoriam domum ſe receperunt, exiſtimantes quod locus firmiſsimæ ſtructuræ eſſet,Hiſpanorum impetū ſe ludificaturos. Hi verò nihil ſibi inacceſſum, aut imperuium iudicantes, non minori auſu nec fiduciâ domum munitiſsimam inuaſerunt,quàm antea munitiones. Sed cùm eam expugnatu difficilem viderent,oppidanis egregiè ibi ſe defendentibus,& grauia damna ijs,qui propius accedebant, inferenti- C
bus,coniectis ardentibus faſcibus,ac vario ignis fomite domum incenderunt. Dolendum ſpectaculum ac luctuoſum admodum fuit, cùm tam præclarum ædificium, in quo extruendo ſupra ducenta ducatorum millia inſumta fuêre, crudeli incendio abſumeretur,& magnus hominum numerus, vt à ſæuiſsimis flammis ſe eriperet, in ſubiectum areæ pauimentum periculoſo ſaltu ſe deijceret,ab hoſtibus nemini parcentibus mactaretur, & ij qui à flammis circumambientibus ſe expedire non poterant,aut gladios hoſtiles horrebant,miſerabiliter interirent. Ex pretoriæ domus incendio proxima D
ædificia flammam concepêre, quæ vlterius ſerpens ſupra octingentas locupletum ciuium domos conſumſit, in quibus præter multiplicem & precioſam ſupellectilem merces ad valorem trium auri millionum combuſtæ ſunt. Hiſpani tanta miſeræ plebis ſtrage,non contenti,fugiētes cædendo,& ſternendo,perſequuti ſunt vſque ad eam vrbis partem,quę noua ciuitas dicitur,quò maior populi pars vndique confluebat,vt per flumen tanto periculo ſe ſubduceret, quod ibi multa na-

Curia Ant. incenſa.

Auigia in ſtatione eſſent, ſed magno impetu poſt incenſum 1576.
prætorium irruentibus eam in partem Hiſpanis, cædem & excidium ſpirantibus, tantum qui primi naues conſcenderant, euadere potuêre, in queis Habræus & Champagnyus fuêre, qui ſecundo flumine in Zelandiam ad Aurantium delati ſunt. Oberſtenius idem facere conatus, cùm promiſcua plebs ad eum conflueret, prægrauante nauigium vectorum multitudine vnà cum ſocijs, & naui vndis abſorptus perijt. Captus eſt Edgmontanus cum Capræo Gunnio, & alijs no-
B bilibus viris. Quatuordecim hominum millia ex oppidanis *Horrenda*
trucidata fuiſſe dicuntur, non annumeratis ijs, qui in aquis *ſtrages.*
ſubmerſi, aut flammis abſumti fuêre. Numerus autem omnium, qui ibi vario mortis genere interiêre, ſeptemdecim millium & eo amplius fuiſſe perhibetur. Ea verò immanis & luctuoſa cædes in octo horarum ſpatio patrata eſt. Cæcidêre ex Hiſpanis paulò plures ducentis. Poſtridie victores ad diripi- *Rapina.*
endas ciuium domos ſe cõuerterunt, quibus nihil occultum fuit, omnia enim in prædam vertêre. Hoc tantum miſeris incolis in tam graui calamitate ſolatio fuit, quòd milites egeni
C pecuniarum auidi, & non ſatis intelligentes, quantum merces valerent, è quibus nullam commoditatem expectabant, in præſenti pecunia venderentur: pro decem aureis dabant, quod mille valebat.. Rhodius præſes & præcipui copiarum duces militum inſolentiam ægris oculis inſpiciebant, ſed eam cohibere nulla ratione potuêre. Cadauera interfectorũ in ſingulis parœcijs, vbi ciciderunt, ſepulturæ mandata ſunt. Mira per vrbis vicos & regiones per tres dies ciuium ſolitudo, tantùm furibundi milites viſebantur, hac illac diſcurrentes, quorum ſolus aſpectus ciues à clade ſuperſtites terrebat. Plu- *Signa.*
D rima ſigna in cœlo conſpecta ſunt, quæ hanc vrbis calamitatem præmonſtrabant. Audita etiam ſunt paucis ante diebus horrendi clamores in templo diuo Georgio dicato, ſed fata præuideri non præcaueri poſſunt, immutabile diuinæ vltionis decretũ monſtrantibus ſignis, ſed obduratæ mortalium mentes Dei iram timere & verè reſipiſcere non didicêre.

Hæc autem victoria vt Hiſpanos militari gloria decorauit, ita vniuerſis prope Europeis nationibus exoſos reddidit ꝓpter atrocem imbellium ciuium cædem, & miſerabilem vr-

1576. bis vaſtationem, quoniam non Belgarum modò, qui hoſtes A
cenſebantur, ſed multarum aliarũ gentium etiam merces direptæ ſunt: vnde multi mercatores cum magno ſuorũ creditorum detrimento decoquere coacti ſunt, & pręclara ædificia crudeli incendio perijſſe, omnes, qui ſplendorem vrbis antea viderant, admodum dolebant, ijs, qui tam immane facinus auſi fuerant, diras imprecantes.

Omnes autẽ Belgij ciuitates ſibi maxime timebant, ne aliquando à feroci gente ſimilia pati cogerentur, quæ pro inſita audacia & militari peritia varijs bellis quæſita non facile arceri poterat, multo minus è finibus expelli, niſi conſentientibus animis omnes ordines eorum ferocię obuiam irent, & vt communes hoſtes perſequerentur, donec è toto Belgio prorſus pellerentur. B

Conuentus Gandauenſis.

Ita Belgæ diligentiùs, quàm vnquã antea fecerant, rem bellicam adminiſtrare cœperunt, ita vt & damnis non timidiores, ſed cautiores, & ſapientiores reddi viderẽtur. Conuenêre itaque Gandaui Principes regionum Zelandiæ, Hollandiæ, Brabantiæ, Flandriæ, Arteſiæ, Annonię & multarum vrbium, qui in hoc conſpirârunt, vt communibus armis Hiſpani extra Belgij fines eijcerentur, conditioneſque conſtituerunt, quibus omnes illæ regiones inter ſe concordiã & pace firma coniungerentur, mutuiſque auxilijs communem libertatem defenderent. Reddebant autẽ rationem cur comitia indixiſſent, & ex omnib. fermè Belgij prouincijs ſimul cõueniſſent, ſcilicet quòd cũ Belgicæ regiones in multas miſerias inciderint, per bella inteſtina excitata ob ſuperbiam, rigidamq́; dominationem Hiſpanorũ, multaq́; latrocinia, prædationes, inſolentiã multiplicẽ, decretũ eſſe ab illis, vt ſanguinolenti tumultus, ac miſeriæ regionis ſedarentur per firmam certiſsimamque pacificationem. Idcirco etiamſi conueniſſent Brædæ regij cõmiſſarij, & Aurantius ac Statuum Hollãdiæ & Zelandiæ fœderatorumque legati, multæq́; ad pacificationem conditiones fuiſſent propoſitæ: nihil tamẽ boni, vt ſperabãt, obtineri potuit. Sed res longè diuerſæ euenêre, cùm Hiſpani magis indies conarẽtur opprimere, deuaſtare, in perpetuam ſeruitutem impellere miſeros ſubditos, cùm varijs modis ſeditiones excitarent, minitarenturq́; principib. ac ciuitatibus; C D

ſe ho-

A ſe hoſtiliter inuaſuros,prædaturos,direpturos, concrematu- 1576.
ros omnia.Illi vbi fuiſſent hoſtes Regis à præfectis regionum
declarati,& aduerſarij publicę quietis,ac tranquillitatis: coa-
cti ſunt Status per cōſenſum præfectorū arma capere, ne rui-
na vlterius progrederetur, pacemq́; perpetuam cōponere, vt
incolæ inferiorum regionum concordes cum tuta ac firma
inter ſe pacificatione eijcerent Hiſpanos,cum aſſeclis, deua-
ſtatores regionum, veteresque ciues ad ſua bona in patriam
poſtliminio reuocarent,&ad iura,priuilegia,conſuetudines,
B immunitates, libertatem, quo repeterentur negotia, quæ
proſperitas rerum omnium ſequitur.Inde effectum eſt, vt per
interuentum præfectorum regionum poſt pacificationem
Brædæ incœptam decretus ſit hic tractatus ad honorem Dei,
& obſeruantiam ſuæ maieſtatis inter antiſtites, vrbes, mem-
bra Brabantiæ,Flandriæ, Artheſiæ, Annoniæ, Valencena-
rum, Lillæ, Doaci, Namurij, Tornaci,Neruiorum,Traiecti,
Mechliniæ, & principis Aurantij & Status atq; vrbes Zelan-
diæ,& Hollandiæ,cum adiunctis,delecti commiſſarij,qui cu
rent vt firma,& perpetua pax & coniunctio,atque vnio con-
C ſeruetur cum conditionibus,pactis & conuentionibus, quæ
ſequuntur:

Primum vt omnes offenſiones, iniuriæ, damna, quæ acciderunt per hos Conditiones fœde-
tumultus inter incolas prouinciarum, quæ in hoc tractatu continentur, v- ris.
bicunque & quouis modo factæ, ſempiternæ obliuioni mandentur, oblite-
renturq́; prorſus, tanquā nunquā accidiſſent, neq; vlla de his fiat mētio, neq;
propter has quiſquam infeſtetur. Idcirco Status Brabantiæ, Flandriæ, Arthe-
ſiæ, Atrebatum, Valencenarum, Lillæ, Doaci, Namurij, Tornaci, Neruiorū,
Traiecti, Mechliniæ, *cum principibus Statuum* Hollandiæ, & Zelandiæ *ac*
D *coniunctorum promittunt, ſe ſeruaturos in poſterum ſincerè ac ſine fraude,*
curaturosq́; vt ſeruetur ab habitātibus regiones firma & inuiolabilis pax,
concordia & amicitia, qui ſe mutuis auxilijs ſuſtentabunt ſemper, & per o-
mnem occaſionem conſiliis & verbo & re, exponentq́; omnes facultates, &
vitam ipſam præcipuè vt Hiſpani *milites eijciantur & alij exteri, arcean-*
turq́; à regionibus, cùm præter omnem æquitatem conati ſint trucidare prin
cipes & nobiles, & potiri opibus Belgicis *omniaq́; ad perpetuam ſeruitutē*
redigere, ad quarum rerum, & omnium requiſitarum executionem, vt ob-
ſiſtatur repugnaturis, omnes fœderati pollicentur, ſe paratos promtóſque
fore ad omnia neceſſaria, ac probabilia conferenda. Deinde conuenerunt,

1576. *vt ſtatim atq; Hiſpani cum aſſeclis receſſerint, rebus omnibus pacatis & iam* A
ſtabilitis atque in tuto poſitis, ambæ factiones procurent, vt conueniant Sta-
tus generales ea formâ, quâ conuenêre tempore felicis memoriæ Caroli V.
Imperatoris, vbi ceßit principatus Belgarum Philippo Regi, vt de omnibus
rebus conſulatur, tam religionis & præſidiorum Hollandiæ, & Zelandiæ
ac Bommeli, finitimorumq; locorum, quàm reſtitutionis munitionum, tor-
mentorum, nauium, aliarumq; rerum ad Regem pertinentium, quæ per tu-
multus captæ ſunt per ciues Hollandiæ, & Zelandiæ, vel aliter, vt appare-
bit conuenire Regiæ vtilitati concordiæq; regionum. Hoc autem nullâ ratio-
ne ab alterutris poßit impediri, differri, vel prorogari, tam obſeruatis inſtitu- B.
tis, declarationibus, decretiſq;, quæ fient & offerentur, quam executioni-
bus, vbi fient querelæ, quod ambæ factiones planè obſeruatum iri pollicen-
tur. Vt ſubditi cuiuſuis cõditionis vtrinque poßint in poſterum eſſe vbique,
morari, negotiari, mercari, vel alia legitima liberè facere: ita tamen vt ne-
mini Hollandiæ, vel Zelandiæ vel coniunctorum locorum, contra quietem
& pacem publicam, & in primis contra religionem Catholicam Romanã,
eiuſq; ritus, neq; hac cauſa irritare, aut iniurijs afficere quemquam vel ver-
bo vel re, neque irridere ſub pœna caſtigationis ad aliorum exemplum, tan
quam perturbatorum publicæ tranquillitatis. Atque ne quis in accuſationes,
vel pericula, vel carcerem facilè incurrat: omnia placita prius facta, & pu
blicata eius formæ, atque inſtituta criminum per Albanum ducem decreta
reſcindantur, & in ſuſpenſo habeantur, donec aliud fuerit à Statibus gene-
ralibus decretum: ita tamen ne quod ſcandalum incidat, vt dictum eſt. Vt
princeps Aurantius rerum maritimarum præfectus maneat, fungaturq; vica
rio munere Regis, Hollandiæ, Zelandiæ, Bommeli, coniunctorumq; locorũ
cum autoritate imperandi vbique, vt nunc imperat, cum illis ipſis iudicibus,
miniſtris, magiſtratibus, nullâ factâ innouatione præter eius voluntatem, at-
que hoc quod attinet ad vrbes & loca, quæ nunc ſpectant ad eius exercita-
tionem, donec aliud fuerit decretum à Statibus generalibus poſt digreſſos
Hiſpanos. Quod ad vrbes & loca in eius Regia commißione contenta, quæ D.
nunc illi non obediunt: ea pars erit in ſuſpenſo, donec illæ vrbes & loca cum
hac vnione cõiunctæ fuerint, & fœdere cum aliis Statibus contentæ extite-
rint per illa, quæ illarum interſint, tam ob exercitationem religionis, quàm
ob aliam rationem, ne prouinciæ diſtrahantur, omniſq; diſſenſio & diſcor-
dia deuitetur. Interim verò nullæ citationes, vel præcepta, vel actiones aut ne-
gotia iuſtitiæ locum habeant in ipſis regionibus Regiis, quæ ab ipſo Princi-
pe gubernantur, præter illas, quæ declarabuntur, & approbabuntur per i-
pſum, vel concilium, vel magiſtratus, ſine præiudicio maioris concilij Re-

gis.

A *gis. Decernitur item, vt omnes captiui præteritorum tumultuum cauſa, &* 1576
in primis Comes Boſſutius dimittantur immunes, ſine redemtionis precio,
neque ſumtus carceris ſoluatur: niſi tamen ſolutæ ſint redemtiones ante
publicationem harum conditionum, vel factæ ſint pactiones. Decretum
eſt rurſus, vt ipſi Principi, & omnibus regulis, equitibus, nobilibus ac ſub-
ditis, cuiuſuis conditionis, & viduis, vel filiis, vel hæredibus vtriuſq; factio-
nis reſtituantur priſtina bona, fama, honor, qui poterunt poßidere omnia bo-
na, principatus, prærogatiuas, iura, credita, quæ nõ fuerint diuendita, aut a-
lienata, vt ipſa bona nunc reperiuntur. Hac ipſa de cauſa omnes condemna-
B *tiones, ſententiæ, iudicia, oppignerationes, exequutiones, ab initio tumultu-*
um anni 1566. tam religionis cauſa quàm armorum, reſcindantur, reuocen-
tur, obliterentur, extinguantur, cum omnibus actis, ſcriptis, notatis, quæ nul-
lius habeantur ponderis, eximanturq; è tabulariis, nullo alio expectato man-
dato, præter præſentem tractatum, nullis obſtantibus rationibus, iuribus, con-
ſuetudinibus, priuilegiis, præſcriptionibus, tam legalibus, quàm conuentio-
nalibus, vel locorũ, vel alia quauis exceptione, quæ repugnaret, quæ in hoc
negotio, & in aliis comprehendentibus tumultus ceſſabunt, neque locum
habebunt, quorum omnium omnino decernitur abrogatio vniuerſa, cùm nul-
lam etiam propriam valere velimus. Vt præcipuè comprehẽdatur fruaturq;
C *præſenti beneficio Comes Palatina vidua, olim vxor Brederodii, in omnibus*
ad Vianam &, alia loca ſpectantibus, in quæ illa, vel ab illa ius ſumentes ha-
beant: Comprehendatur item Comes Buranus, & hoc in iis, quæ ſpectant ad
vrbes, caſtellã, regiones Buræ, vt dictus Comes ſe recipiens in hyberna tan-
quam in ſua propria ipſis perfruatur. Infringentur, proſternentur, commi-
nuẽtur ſtatuæ, columnæ, trophæa, tituli, monumenta omnia, quæ Albanus e-
rexit in contumeliam ac dedecus tam prædictorum quàm cæterorum omniũ.
Quod ad prouentus bonorum, principatuũ ac priuatorum dotium, vſusfru-
ctus, cenſus, & reditus adſignatos, tam ſuper Regem, quàm regiones inferio-
res, & ciuitates, qui ante hanc publicationem ad maturitatem peruenerint:
D *non tamen ſint exacti, aut accepti per Regem, aut miniſtros: his liceat reſpe-*
ctiuè frui, & ex his vtilitatẽ percipere. Ita tamen vt quodcunq; bonorum aut
vectigalium fiſco addictum ſit, à die diui Ioannis anni milleſimi quingenteſi-
mi ſeptuageſimi ſexti, ſit ad illorum commoda, qui in illud habent iura, non
obſtante, quod per accipientes confiſcationes aut alios quicquam acceptum
ſit, quoniam hæc reſtituentur. Sed ſi aliqui prouẽtus ſtabilium bonorum, aut
vectigalium, confiſcationis nomine, oppignerati ſint per Regem, quiſq; erit
per tot prouentus immunis, ac liber, eritq; immunis à Regiis onerib. vel pi-
gnore ſuper bonis adſignatis, vt erunt vtrinq; liberi ab omnibus vectigali-

1576. bus adſignatis ſuper bonis aut prædiis, quibus quis non potuit pcefrui per tu A
multus bellicos, atque hoc pro ratione tēporis, & impedimenti prædictæ oc-
caſionis. Quod ad ſupellectilia & vaſa domeſtica, aliaq́; conſimilia, quæ di-
repta ſunt vtrinq;, aut diuendita, vel alio quouis modo alienata, nihil reſtitue
tur, aut rependetur cuipiam. Quod ad bona ſtabilia, prædia, domos, vectiga-
lia, quæ confiſcationis nomine ſunt diuendita, vel alio quouis modo alienata,
dicti Status generales inſtituent commiſſarios, vbique, & in ſingulis prouin
ciis, qui informentur de omnibus difficultatibus, ſi quæ orientur, quò ſatisfiat
& antiquis Dominis & emtoribus ac venditoribus, bonorum & vectigali-
um prædictorum, pro illorum iuribus, & contractibus bonorum legitimè B
emtorum. Iſtud ipſum fiet de bonis, vectigalibus, & obligationibus perſo-
narum, deq́; prætenſionibus & querelis, quas illi, quorum de re actum eſt,
per prædictos tumultus, volēt vtrinq; tentare, aut quouis modo experiri. Vt
omnes antiſtites, & Eccleſiaſtici homines, Abbatiæq;, quarū diœceſes, funda-
tiones, reſidentiæ ſunt extra Holandiā, & Zelandiā, atq; in ipſis regionibus
habēt bona, denuo recognoſcāt fruanturq́; ſuis, vt dictum eſt de ſecularibus.
Quod attinet tamē ad ſacros, & Eccleſiaſticos, qui profeſſi ſunt in dictis dua
bus prouinciis, & locis cōiunctis, vbi cōſecrati ſunt, atq; inde receſſerūt, vel
ab iis abſiſtunt, quoniā pleraq; bona ſunt alienata, adſignabūtur probabilia
alimēta vnà cum iis, qui remāſerunt, vel ſuis bonis frui permittetur; pro arbi C
trio tamē Statuum, donec à Statibus generalibus prouideatur rebus omnibus
opportunè. Præterea decretū eſt, vt oēs donationes priuationesq́; hæredita-
tū, & aliæ diſpoſitiones, vel inter viuos, vel cauſa mortis per priuatos factæ,
vnde veri hæredes cauſa prædictorū tumultuū expulſi ſunt, priuatiq́; hære-
ditate et legitima ſucceſſione, virtute præſentiū caſſabūtur, nulliusq́; erūt au
toritatis. Atq; quoniā Holandiæ & Zelādiæ habitatores & Coloni, quo me-
lius ſufficiāt ſumtibus bellicis, auxerūt preciū monetarū aurearū, & argen-
tearū, quæ non poſſent diſtribui ſine magna iactura, ſtatuitur vt deputati Sta
tuum generaliū quāto citius fieri poterit, perpēdant, firmāq; rationē vniuer D
ſis ſtabiliant, quo monetæ probabili precio procedant, vt hæc vnio, & com-
munia commercia vtrinq; retineantur. Deinde quod decretum fuit à prædi-
ctis Statibus Holandiæ & Zelandiæ, vt omnes inferioris Germaniæ vellent
ſibi recipere, omne æs alienū diſſoluēdum, contractū ab ipſo Principe duarū
expeditionū & ingētium claſſium cauſa, atq; vt tam Holandiæ, & Zelādiæ,
quàm prouinciæ, & vrbes in ſua vltima expeditione ſe obligatum iri promi
ſerint: hoc arbitrio & iudicio generalium Statuum prædictorum relinque-
tur, ad quos rebus iam pacatis & ad tranquillitatem perductis omnia defe-
rentur, plenaq́; dabitur informatio, quo res planè cognoſcantur. In hac com

muni

A *muni pacificatione, & concordia non comprehendentur, neq; perfruentur* 1576.
tali beneficio regiones, principatus, vrbes, quæ aduerſarias partes ſequentur, donec reipſa non fuerint coniunctæ in hac fœderatione, quod tamen illis licitum ſit, quandocunq; voluerint. Hos tractatus pacificationis, poſt delationes, vnionem, cõſenſus, tam præfectorum, regionũ, & illorũ Statuum, quàm Principis, Statuum Holandiæ & Zelandiæ, & cõiunctorũ locorũ, in omnibus punctis & articulis prædictis, & in omnibus pariter, quæ à Statibus decernentur aut cõcludentur, promiſerũt dicti deputati, pro autoritate ſibi conceſſa, ſe rata habituros, ac iurârunt, & pollicentur, ſe obſeruaturos, rata ha-
B *bituros & inuiolabiliter impleturos, facturosq;, vti ratificentur, iurentur, ſignentur, ſigillentur ab antiſtibus, nobilibus, vrbibus alijsq; membris dictarum regionum, & præſertim ab ipſo Principe tam in genere, quàm propriè, intra menſem, ad quarum rerum comprobationem deputati hæc ſubſcriptionibus comprobabunt. In domo ſenatorum Gandaui, die octauo menſis* Nouembris. 1576.

Poſt illam tranſactionẽ Germani, qui Valẽcenis in præſidio *Arx Valen*
erãt, cœperũt cum Hiſpanis, qui arcem tenebãt, aduerſus Or- *cena occu-*
dines cõſpirare, quod cùm illi reſciuêre, Rennebergũ Comitẽ *pata.*
cò miſerũt, cũ octo Vvalonũ cohortib. qui cũ Germanis egit,
C vt vrbe excederent, tradito ſingulis Dalero. Ingreſſus vrbẽ, opẽ ferẽtibus ciuibus, arcẽ, quæ à cẽtum quinquaginta Hiſpanis tenebatur, obſedit, eosq; breui ad deditionem compulit.

Tunc temporis Vvalones, qui Grunningæ in præſidio erant, ſub Robleſſo columella Hiſpano, auditâ Ordinum Belgicarum prouinciarum tranſactione, ab Hiſpanis ad fœde- *Robleſſi co-*
ratos defecerunt. Ipſe Robleſſus Ferdinandum Lopezium, *natus.*
Monceum & Champyum tribunos iuramentum præſtare coëgit, ſe per trimeſtre ſpatium fidelem ipſi operam in Regis cauſa tuenda præſtituros; interea in Hiſpaniam ad Regem
D mitteret, vt quæ ipſius eſſet de Gandauenſi fœdere ſententia, cognoſceret, ſi probaret, ſe cæterarum prouinciarum & vrbium exemplum ex Regis mãdato ſequuturũ. Hoc iuramẽtum cũ à Loſyo tribuno exigeret, reſpõdit ille, ſe id facere nõ poſſe, niſi prius re cũ ſuis centurionib. deliberata. Hos Robleſſus ſtatim acciuit, quibus idem, quod antea Loſyo propoſuit, qui reſpõderunt, ſe à nouẽ annis Regi iuramentũ præſtitiſſe, quod integra fide ſeruare volebãt, nouũ aliud ſe recipere non decreuiſſe. Cùm apud hos nihil proficeret, primipilum aduocauit

1576. dato illi calamo, vt conceptam iuramenti formulam ſubſi- A
gnaret: at is calamo in ignem proiecto, dixit ſe morte oppe-
tere malle, quàm eo iuramento ſe adſtringere. Hac dicendi li-
bertate non leuiter offenſus Robleſſus, iuſsit eos abire, his
verbis additis: videbo quid de vobis facturus ſim. Illi conuo
catis alijs centurionibus, quid Robleſſus ipſis propoſuerat,
renunciârunt, qui exquiſitis gregariorum militum ſententijs
declarârunt ſe non ſtatuiſſe nouum iuramentum columellæ
præſtare, quod ſi vim adhibere velit, ſe in communem totius
cohortis defenſionem non modò facultates, ſed vitam ipſam B
profundere paratos. Hoc animorum decretum Villerſij tribu
ni centurionibus ſignificârunt petentes, vt quid in ea re faci-
endum putarent, declararent. Reſponderunt ſe eiuſdem ſen-
tentiæ eſſe. Tunc communibus ſuffragijs decretum quampri
mum columellam prehendendum; niſi maturè ipſius conſi-
lia præueniant, graue periculum omnes ſubituros: neque e-
nim quieturum, donec eos peſſum dederit, qui dicto obedien
tes non eſſent. Itaq; gregarijs militibus præcepêre, vt cùm ad
ſtationem irent, ſcloppettos non diſploderent, niſi à centu-
rionibus eſſet imperatum. Robleſſus, vt Loſyanorum contu C
maciam vlciſceretur, qui nouum iuramentum præſtare recu-
ſârant, tormenta quædam in vico, per quem ipſis ad ſtationē
euntibus tranſeundum erat, collocari iuſsit, minutisq; pilis
atque taxillis impleri, quæ in adcedentes, & nihil tale à colu
mella metuentes diſploderentur, præcepitq; Lopeſsio, vt ſu-
os in acie paratos contineret, qui Loſsianos, tormentorum
procella perturbatos, ſummâ vi adorirentur, & tanquam ho-
ſtes & rebelles trucidarent. Hoc conſilium ab vno centurio-
ne Villeſianæ cohortis cognitum, Loſyi ſignifero detectum
fuit, ad ſtationem eunti Idcirco vitatâ ordinariâ viâ, in qua D
inſidiæ latebant, Loſſyani aliam ingreſsi ſunt. Cùm ad Ro-
bleſsij ædes venêre, diſplodere ſcloppettos, vti in more habe
bant, noluêre, neque ipſi ſolitum honorem deferre: Id facere
iuſsi à vigilum præfecto, ſe nequaquā facturos reſponderunt,
niſi ad coemundum plumbum, & ſulfureum puluerem pecu
nia daretur. Cùm verò ille milites pro more ferire vellet: ad
arma ſtatim conclamârunt: territus ille aufugit: tunc Viller-
ſiani venêre, qui ſe Loſyanis adgregârūt. Loppeſsius inſidias
illis

A illis molitus, cùm aliam, quàm ſoliti erãt, viam ingreſſos cer- 1576.
neret, & tumultum ante columellæ ædes excitatum audiret, tametſi ſua conſilia detecta eſſe ſuſpicaretur: ad eos ſedandos conſcenſo equo profectus eſt, ſed frequentibus ſcloppettorum glandibus impetitus, reflexo equo in præcipitem fugam ſe coniecit, & ad ſuos milites redijt atq; ex equo deſcendens, illos ad opitulandum circumuēto Robleſſo hortatus eſt. Imperata facere non detrectârunt, ſed illum in ſocios ducentem ſequuti ſunt. At cum duas cohortes in acie ſtantes, & ad pu-
B gnam excipiendam, ſi vis inferretur, paratas conſpexêre: ad eas ſtatim tranſiêre, præſtito iuramento, ſe eandem cum illis ſortem ſubituros. Loppeſsius ſuorum defectione conſternatus, latebras quærens, in piſtoris domum confugit. Illi ſimul iuncti columellam adiêrũt, quem ad portam domus offenderunt, leuibus verbis deprecantem, vt quieti eſſe vellent, ſi pecuniam peterent, intra triduum accepturos. Illi poſt mul- *Robleſſus*
ta cõuicia & maledicta, manus in eum cõiecerunt, captiuũq; *captus.*
fecerũt, & cum eo Ruisbroecquum generum. Inde ad prætoris domum, qui Franciſcus Martini vocabatur, & Statuũ erat
C delegatus, quem è vinculis, in quibus fuerat à Robleſſo conſtitutus, exemerunt, & iniecta collo rubra faſcia in plateam adduxêre, cui etiam vt Statuum delegato iuramentum præſtitêre. Is poſtea Bruxellas ad curiam profectus eſt, vt ſtatus de bona Groningenſium ciuium atq; præſidij voluntate, ad defendendam communem patriæ cauſam, certiores faceret, qui Rennebergenſem in Robleſsi locum ſuffecerunt, eumq; ad re- *Renneber-*
gendam prouinciam ſtatim miſerunt. Rennebergenſis vt *gēſis Gron.*
Groningam venit, dedit operam, vt debita militibus ſtipen- *præficitur.*
dia ſoluerentur, arcemq; de nouo erectam ciuibus diruēdam
D tradidit, cæteræ vrbes Gronningæ exemplum ſequutæ ſunt, ita vt breui temporis ſpatio tota Friſia occidentalis in obedientiam Statuum redacta ſit.

Circa hæc tempora Scoti, qui Statibus merebant, ſub auſpi- 1577.
cijs Balfurij columellæ Iupilę, duobus à Leodio milliaribus, *Hiſp. fuſi.*
Hiſpanorum aliquot cohortes obuias habuêre, cum quibus tam acre certamen contraxerunt, vt multis ex illis occiſis cæteros in præcipitem fugam egerint.

Hiſpani qui Antuerpiam expugnârant, ne victoria vti ne-

1577. ſcijſſe dicerentur, Bruxellas adoriri ſtatuerũt: ſed Ioannis Auſtriaci, qui ab Hiſpania, cum poteſtate proregia, mittebatur, in Lucenburgenſem ducatum aduentus, eorum conatus interrupit: declarabat enim, ſe ad ſedandos tumultus aduenisſe, & pacẽ magis quàm bellum expetere, quod ex Regis commodo & Belgicarum prouinciarum id eſſe videret. Auſtriaci aduentu Belgici populi maximè fuêre recreati. Etſi enim cõmunib. ſuffragijs in libertatis defenſionem, & exterorum eiectionem conſenſerant, tamẽ ad ipſorum ſucceſſus toti horrebãt, quòd in omnibus ferè terreſtribus pugnis ſtupenda felicitate illi ſuperiores euaſiſſent. Idcirco ipſorum cõgreſſum magnopere deuitabant, illorum ſolo aſpectu & recordatione victoriarũ territi. Quid ſi ipſi Belgæ quiete, quam Auſtriaci aduentus omnibus illis prouincijs peperit, rectè vti ſciuiſſent, qui proregia autoritate exteros milites Belgij finibus expulit, tradita indigenis munitorum locorum cuſtodia, & pacificatione Gandauenſi comprobata: non in Labyrinthos malorum, in quibus nunc ſunt, incidiſſent: ſed in partes diducti, ſociali fœdere temerè violato, ſibi miſerias cumulârũt, aduerſarijs animos auxerunt, viresque conduplicârunt, verisſimum eſſe demonſtrantes, quod eſt ab Æmylio dictum: A B C

Concordia adamantinum vinculum, diſcordia vaſtitatem, ſolitudinem, orbitatem agris, oppidis, regnis adfert.

RICHARDI DINOTHI

DE BELLO CIVILI BELGICO

Liber IIII.

AVSTRIACVS totius Belgij Præfectus à 1577.
Rege Philippo fratre deſignatus, omni ce-
leritate adhibita in Italiã ex Hiſpania trãſ-
fretauit. Ibi non diu moratus, aſſumtis ſe-
cum ſex Hiſpanis comitibus tantùm cum
Octauio Gonzaga iter in Belgium arripuit,
& per mediam Galliam, quo magis hoſtes
falleret, & Lutetiæ cum Hiſpano Legato conſilia communi- *I. Auſtriaci*
caret, in Lucemburgicum ducatum abſq; vllo impedimento *in Belgium*
C peruenit: Suum aduẽtum ſtatim Belgij Ordinibus, quos Sta- *aduentus.*
tus vocant, ſignificauit, ac ſe admodum ægrè ferre infortuna
tum Antuerpienſium caſum, & graues calamitates, quibus v-
niuerſæ Belgij regiones adfligebantur, teſtatus eſt: ſed miſe-
riarum finem ſperari poſſe, ſi ad pacem animos inclinarent,
& belli conſilia prorſus abijcerent. Regem ſubditorum ſuo-
rum ſalutem non exitium querere. Modò illæſa, atque inte-
gra ſua autoritas ſibi maneat, & de auita religione nihil de-
cedat, illum populi preces non eſſe reiecturum. Status ad *Actio Au-*
D eum miſerunt, qui de felici ipſius aduentu gratularentur, ab *ſtriaci cum*
eoque poſtularent, vt communi conſilio diſquireretur, quã- *Statibus.*
nam potiſsimùm ratione diu adflictis Belgicis populis priſti
na quies & trãquillitas reddi poſſet, & poſitis armis, omnis
belli metus è plebis animis euellerentur, quò alacriùs ad ſo-
lita opera rediret.

Increbuerat paſsim in Belgio ſuſpicio, Auſtriacum licet *Suſpicio de*
magnam lenitatem præ ſe ferret, & propenſam voluntatem *Auſtriaco.*
erga Belgas palàm oſtentaret: clàm ſeruitutem, & exitium i-
pſis moliri. Hanc eſſe artem Hiſpanis, incautos homines, &

1577. ſimpliciter admodum blādis promiſsis fidentes fallere. Nūc A pacem tractari, & veniam præteritorum delictorum offerri: ſed poſtea in pacata religione, qua Rex pro arbitrio vteretur, nemine amplius repugnante, & nihil hoſtile metuente, de multis ſupplicium ſumtum iri. Quamobrem clandeſtina con ſilia aduerſus ipſum Auſtriacum à multis Principibus Belgarum inibantur, quæ ad eum clàm deferebantur. Vt autem vana illa eſſe crederet, datus eſt ab ipſis Statibus præfectus cuſtodiarum corporis Areſcotanus cum octoginta ſcloppettarijs, quibus præſidijs confirmatus, primum Luxemburgo per B Marchiam Namurium, deinde Louanium ſe recepit. Ibi aliquot dies commoratus imperat, vt omnes Hiſpani, Itali, Sequani, q Antuerpiæ, aut in alijs Belgij munitis locis erant, ad certū diem excederent, quòd ſtatuiſſet fidei indigenarum vrbes, & arces omnes credere, vt à Statibus fuerat poſtulatum, vt ſcilicet in eum ſtatum reſtituerentur, in quo erant ſub Carolo V. Antuerpia per decēnium ab omni genere tributorum immunis eſſet, & per totum Belgium vna obſeruaretur religio, nempe Catholica Romana. In eam pacem videbantur omnes Belgicæ regiones inclinare, præter Holandiam & Ze- C landiam. Promiſit etiam Auſtriacus fore, vt bona, dignitates, tituli, honores, quæ fiſco fuiſſent addicta, reſtituerentur, & in primis Aurantio, cuius filius qui in Hiſpania erat, reſtitueretur libertati.

Venit Louanium.

Hiergeus, Barlemontij filius, regias partes prius ſequutus, & ad Status deficiens cum Boſſutio carcere iam liberato, Traiecti inferioris caſtellum Vredenburgum arctâ obſidione premebant, Vvalones, qui Regi in Hollandia militârant, ſecum in caſtris habentes. Erant in præſidio Hiſpani ſub Frâciſco Hernando, qui caſtellum fortiter defenderunt, donec D Auſtriacus Hernando deditionem facere mandaret, & inde cum ſuis abſcedere.

Vredenburgum obſeſſum.

Porro cùm Status parū Auſtriaci promiſsis fiderent, (quãuis conditiones ab ipſis propoſitas & Gandauenſem trāſactionem approbâſſet, & in priſtina ſententia perſiſterent, regiones Belgicas militari virtute tuendas curârunt, vt ad eas vires, quæ erant in Belgio, Caſimirus Palatinus quinque millia equitum in Germania conſcriberet. Nihil tamē nouarum rerum.

Statuū apparatus bellicus.

A rerum moliuntur, & ſe communi conſilio in id conſenſiſſe fa- 1577.
tētur, ne plures religiones in Belgio eſſent, Catholicâ & aui-
tâ rantùm retētâ. Quoniam verò audiretur, Auſtriacum clàm
bellicos apparatus facere, quaſdam peditum cohortes, & e-
quitum alas è Gallia (quæ iam pacata eſſe videbatur) ſubſi-
dio accire, quæ fingebantur aduerſus Caſimirum duci, ne in
Belgium irrumperet: Multas alias copias aliunde per tribu-
nos conuocant.

Angliæ regina metuens, ne pacatis rebus Gallicis & Bel-
B gicis bellum in Angliam transferretur, de quo iam rumor in
populum ſparſus fuerat: ſex millia peditum Anglorum ſub-
ſidio miſit. Hi cum copijs Statuum iuncti, Germanos & Hi-
ſpanos, qui Mâſtrichi in præſidio erant, obſedêre, & mœnia
adorti magnam propugnatorū cladem edidêre. Regina præ-
terea obtulit Statibus ad bellicos ſumtus trecenta angeloto-
rum millia; ſed petebat, vt ſibi Grauelinga pignori daretur.
Ea non procul à Caleto diſtat, ob id multi opinabantur, eam
vrbem à Statibus petiſſe, vt Regem Galliæ in ſuſpicione futu
ri belli detineret, ſed probabilius videtur, in eum finem fe-
C ciſſe, vt freti anguſtias in poteſtàte haberet, vtrumque littus
ipſius claſſe tenente; quod maximum momentum ad geren-
dum bellum habebat, ſi Hiſpani & Galli contra Anglos ali-
quid molirentur. Neque enim alicui vim inferre, ſed ſua tue-
ri ſtatuerat.

Auſtriacus vt maiori cum dignitate atque autoritate ſua
de conditionibus pacis ageretur, dedit operam, ne quinque
millia equitum Germanorum, quæ Caſimirus promiſerat,
colligerentur. Sed quoniam vna in re pacis componendæ
difficultas videbatur conſiſtere: vt ſcilicet Hiſpani è finibus
exirent, illud ab Auſtriaco impetratum eſt, vt omnes copiæ
per vnionem, quam pacem nominabant, Bruxellis conclu-
D ſam, vtrinque dimitterentur. Significat ideo Statibus ille, vt
claſsis pararetur, quæ Hiſpanos in Hiſpaniam coueheret. Il-
lud cum Aurantio nunciatum eſt, quod Hiſpani erant in Hol
landia & Zelandia naues cōſcenſuri, declarat ſe nolle id per-
mittere, niſi nouæ religionis exercitium ſibi, & ſuis concede
retur, cuius ſententiæ omnes Hollandiæ, & Zelandiæ popu-
li erant, qui contra ac cæteri Status, qui Bruxellis congrega

1577. ti fuerant, Roman. Eccleſiæ Doctrinam atque ritus improba- A
bant. Verumtamen quia non videbatur commodum omni-
no vel cæteris Statibus cædentibus arma alicunde in Belgiū
importare, nullum ſtudium prætermittitur, quo Aurantius
pacis conditiones, vt cæteri Belgæ, amplectatur. Quare hi ar-
ticuli poſt varias diſceptationes Auſtriaci, Aurantij, & Ordi-
num ſubſcriptionibus confirmati ſunt Rege conſentiente, &
non ſolùm Bruxellis, verùm Antuerpiæ publicè promulgati
ſunt, quales ſequuntur:

Pacis formula cum Aurantio.

Vt omnes offenſiones, iniuriæ, damna vbique illata, per haſce diſcordias, B
& tumultus contentionéſque Belgicas, ab incolis inferiorum regionum v-
bique, tam publicè quàm priuatim & quouis modo ceſſent obliuionique ſem
piternæ mandentur, cenſeantúrque nunquam accidiſſe, de quibus nulla vn-
quam fiat mentio in poſterum, nedum inquiſitio. Et *quoniam nos* Epiſcopi,
Abbates, & alij antiſtites atq; Eccleſiaſtici homines, dictarum noſtrarum in-
feriorum regionum, quiq; Theologiam *&* Iuriſperitiam Louanij *profitētur*
per patentes literas monuerūt, quo in ſtatu res tunc eſſent Belgij, *cùm tracta*
tus pacificationis concluſus, & cōfirmatus fuiſſet, in noſtra vrbe Gandaui,
die octaua Nouēbris *proximè elapſi, inter ipſos* Status *ex vna parte, & no-*
ſtrum ſobrinum Guilielmum Naſſouium *, aurei velleris noſtri* Ordinis *equi* C
tum Aurantium, *ac regiones noſtras* Hollandiæ *&* Zelandiæ *cū adiunctis ex*
altera, & quia nihil tractatus cōtineret, quod aduerſaretur noſtræ ſanctæ fi-
dei, & religioni Catholicæ Apoſtolicæ Romanæ: *ſed contrà omnia eſſent ad*
eius fauorem cōuerſa: cùm etiam monuiſſent nos cōſiliarij noſtri Status, *ni-*
hil ibidem cōtineri, quod præiudicium inferret noſtræ vel autoritati vel obe
dientiæ, quæ debetur à regionibus inferioribus. Cùm *præterea oratores* Cæ-
ſaris & ducis Iuliacenſis *delegati teſtificati ſint, his ipſis cōſentanea, quæ ab*
Epiſcopis, Abbatibus *& alijs antiſtibus, atq;* Eccleſiaſticis *ſcribebantur, qua-*
re noſtri conſiliarij Status *libenter aſſenſerunt, probârunt, ratificârunt tra-* D
ctatum, nos quoq; libenter aſſentimus, probamus, ratificamus per præſentes
illam pacificationem, in omnibus ſuis punctis & articulis, promittētes pro
verbo ac fide regia, in omnibus, quæ ad nos ſpectare poſſent, nos ſemper ſer-
uaturos curaturóſque, vt omnes, ad quos pertinebit, ſeruent: ad hoc ipſum ſta
tuimus, vt fiāt comitia, & vnio Statuum *generaliū noſtrarū regionum infe-*
riorū, nominatarū in tertio articulo dictæ pacificationis, in omni modo &
forma, & in omni pacto, quod plenius in ipſo articulo cōtinetur. Edicimus,
decernimus, ſtatuimuſq; præterea, vt omnes noſtri milites, Hiſpani, Germa-
ni, Itali, Sequani *alijq; exteri tam equites, quàm pedites, qui nunc ſunt in*
no-

A *noſtris inferioribus regionibus,liberè excedant è* Belgicis *finibus,ac ſine vl-* 1577.
la perturbatione vel impedimento terreſtri itinere,quo non licitum ſit reuer
ti,aut reuocari ab aliis,niſi bellum nobis ab externis inferatur, & niſi nobis
neceßitas reuocandi palàm exorta fuerit,probata à Statibus generalibus in-
feriorum regionum. Quod *ad tempus excedendi ſpectat,copiis exituris ſta-*
tutum decernimus, & iubemus, vt omnes Hiſpani, Itali, *Sequani excedant*
intra viginti dies,poſtquam à fratre noſtro iis ſignificatum fuerit, ex omni-
bus noſtris oppidis, & vrbe Antuerpia omnibusq; caſtellis, & vrbibus, &
munitionibus inferiorum regionum,quæ tenent nunc, & vbi ſunt, & præ-
B *ſertim è noſtro ducatu* Leucorum *intra alios viginti dies,vel quanto citius*
fieri poterit, qua in re frater noſter omni diligentia vtetur, pro viribus, at-
que intra prædictos quadraginta dies nemini licitum ſit impunè noſtro-
rum militum prædari,vel damna inferre,vel quouis modo vexare noſtras re
giones inferiores,vel finitimas,aut earum habitationes:ſed vbiq; honeſtè &
pacatè viuatur. Quod *ad tempus,intra quod debent excedere noſtri milites*
Germani,*illud fiet ſtatim,atq; conuenerint cũ* Statibus *de iis,quæ inferiùs in*
articulo decimo quinto noſtrarum literarum patentium planiùs explicabũ-
tur,atq; vt rationes fuerint expletæ,ac pro æquitate factum ſatis. Relinquẽt
autem noſtri milites Hiſpani, Germani, Itali, *Sequani, vel alij quiuis noſtra*
C *ſtipendia merentes, vbi exibunt è noſtris caſtellis, vrbibus, locis, omnem an-*
nonam,tormenta,apparatus bellicos,quæ noſtra caſtella, & vrbes, vnà cum
annona, & tormentis & apparatibus pro conſilij noſtri Status *monitis con*
credentur fidei procerum indigenarum Belgij,*qui ſint conditionis pro pri-*
uilegiis inferiorum regionum & quibus magis in præſenti placuerit ipſis
Statibus. Quod *attinet ad iniurias illatas à quouis noſtrorum militum, dum*
fuerunt in his inferioribus regionibus, curabitur, vt reddatur ratio, atque
iuſtitia ita procedet, vt pro omni æquitate conueniet, curabitúrque, vt
quàm citißimè exequantur, inſtituetúrque informatio tam de Principi-
bus militum, quàm de quouis alio militari, qui vel in regionibus inferio-
D *ribus, vel in finitimis peccauerit, aut iniquè verſatus ſit, curabitúrque vt*
pro iure, ac iuſtitia noſtrorum locorum inferiorum, vel regnorum Hiſpa-
niarum, vel vbi magis conueniet, vt ea res iudicetur. Decernimus *item,*
edicimus ac ſtatuimus, vt omnes captiui prædictorum tumultuum & diſ-
ſenſionum cauſa vtrinque liberè, & ſine redemtione dimittantur: ita ta-
men, vt ad dimittendum in noſtras regiones inferiores noſtrum Sobri-
num Philippum Guilielmum Naſſouium, *Comitem* Buranum *prouide-*
amus, & curemus, vt ipſe Comes liberè remittatur ſtatim, atque ipſe Prin
ceps Aurantius *exequutus fuerit pro virili, quæ decernentur in Comitiis*

1577. *Statuum generalium finitâ vnione & conſultatione ipſorum Statuum. Edi-* A
cimus rurſus, decernimus, ſtatuimus, vt controuerſia de reſtituendis proceri-
bus quibuſdam in principatus, aut præfecturas, aut magiſtratus, aut de mu-
niis reddẽdis, quibus priuati ſunt, propter diſcordias ac tumultus prædictos,
habeatur in ſuſpenſo, donec comitia Statuum conuenerint, quia tunc illa cõ-
trouerſia committetur primariis conſiliariis, aut aliis iudicibus noſtrarũ re-
gionum inferiorum, vt cognita pro iure decidatur. Promittimus præterea
pro noſtro Principis verbo ac fide regia, nos eſſe ſeruaturos, & curaturos,
vt ſeruētur ab ipſo fratre noſtro, & quibuſuis tam vniuerſorum, quàm pro-
priorum locorum gubernatoribus, qui à nobis, vel ſucceſſoribus noſtris in- B
ſtruentur in inferioribus regionibus, omnia antiqua priuilegia, mores, con-
ſuetudines regionum, neque fore, vt alij adhibeantur in conſilium, & admini
ſtrationem publicam, quam inquilini ſiue indigenæ ipſarum noſtrarum re-
gionum inferiorum. Promiſerunt contrà ipſi Status obteſtatiq; ſunt Deum
& homines, quòd ſeruabunt integrè, ac incontaminatè noſtram ſanctam fi-
dem Catholicam, Apoſtolicam, Romanam, & autoritatem atque obedienti-
am nobis debitam, quibus nunquam aduerſabuntur. Promiſerunt item dicti
Status, ſe reiecturos, & obnunciaturos omnibus fœderationibus initis cum
exteris, ad tutelam & defenſionem ſecuritatemue patriæ, poſt excitatos tu-
multus. Promiſerunt pariter ipſi Status, dimittere extra regiones inferiores C
omne genus militum conuocatorum, qui impedient ne quis alius in ipſas re-
giones ingrediatur. Ad ſignificationem verò ſinceræ ſuæ in nos beneuolen-
tiæ & obedientiæ, liberaliter promteq; obtulerunt ſexies centena millia li-
brarum, quæ ſingulæ continent quadraginta groſſos, vt vocant, monetæ Bel
gicæ. Huius omnis pecuniæ adſignabunt dimidium oratoribus Cæſaris, &
delegatis à duce Iuliacenſi, qui fratri noſtro adſignabunt, aut cui videbitur
pro illo ipſis oratoribus, vt noſtri milites Hiſpani, Itali, Sequani, & alij ex-
teri exeant è noſtris caſtellis, & vrbe Antuerpia, & ex omni alio caſtello, vr-
be, munitione, præter Germanos, donec habitæ & expletæ fuerint rationes,
vt dicetur paulò inferiùs, alterum verò dimidium pecuniæ per literas aptas D
iubeatur numerari Genuæ, cui fratris noſtri autoritas illud fieri decreuerit,
intra duos menſes, poſtquam Hiſpani, Itali, Sequani exceſſerint è noſtris
caſtellis, & vrbe Antuerpia. His de rebus Status ipſi vt dictum eſt, recepe-
runt, diſſoluere noſtris militibus Germanis ſua ſtipendia, ita vt abſolutis ra-
tionibus præteritorum temporum, decretiſq; quæ apparebunt pro æquitate
illis deberi, planè ſatisfiat, quam ob rem nos, & frater noſter promittimus,
adiuuare ipſos Status, pro omnibus viribus & autoritate noſtra, tàm cum ra
tionum libros habentibus, vt eos exhibeāt, quàm cum ipſis Germanis, vt ac-
quie-

A quieſcant rationi poſtulanti, cùm etiam oratores Cæſarei & delegati ducis 1577.
ſponte ſe obtulerint, vſuros bono officio erga Germanos, ac ſuppliciter pe-
tituros à Cæſare, vt ſuam autoritatem hac ipſa de cauſa conuertat in Germa
nos. At verò dum ſatisfiat Germanis, poterunt pacatè morari in noſtris re-
gionibus inferioribus, quæ per noſtrum conſilium Status ad protectionem
& ſecuritatem noſtram, & Statuum illis aſſignabuntur. Promiſerunt con-
ſimiliter Status prædicto modo, vbi exirent Hiſpani, Itali, Sequani, ex ipſis
noſtris regionibus, ſe accepturos fratrem noſtrum pro literis patentibus no-
ſtris procuratoriis, qua ratione conuenit huic negotio, admiſſurosq́; iuramē-
B tum, cui aßiſtent, ſeſe exhibebunt, ac ſeruabunt cætera ſolennia debita, quæ
ſeruantur in rebus ſimilibus, quæ admiſſa ſunt & obſeruata erga gubernato
res noſtros, vicarios, proreges noſtros, in regionibus noſtris inferioribus,
cui præſtari conuenit omne obſequium, debeturq́; honor & obedientia, per-
manente interim in omni ſuo robore, & vi tractatu pacificationis Ganda-
uenſis, vt ſuperiùs dictum eſt, cum omnibus ab illa manantibus & annexis.
Statuimus item & decernimus, vt noſtri ſucceſſores in ingreſſu, & frater no
ſter, & quiuis pro nobis gubernatores, qui admittentur in regiones inferio-
res, tam rebus vniuerſis, quàm propriis præfecti, vel quilibet è noſtris præ-
ſidibus, conſiliariis, miniſtris, iudicibus, antequam ineant adminiſtrationem,
C ac munia, vel attingant gubernaculum locorum, ſolenniter iurent ſe adſerua
turos, & curaturos pro viribus, vt ſeruentur ſtatuta, & pacta præſentia. Pro
bamus deniq;, & confirmamus omnes conſtitutiones de vectigalibus, penſio-
nibus, obligationibus, & vadimonia, quæ Status conceſſerunt, aut concedent
cuiuis, qui opem tulerit, atq; adiuuerit pecunia, per occaſionem dictorum
tumultuum, & in primis ea, quæ ſpectant ad dignißimam, & potentißimam
Principem, noſtram charißimam ſororem, reginam Britanniæ. Vt verò con-
ditiones prædictas, & articulos omnes reipſa ſeruent, impleant, exequantur,
& quantum in noſtris literis patentibus continetur, ratum ſtabileq́; ſit, quæ
D omnia inuiolata ſemper debent perſiſtere, ſtatuimus vt noſtris patentibus no
ſtrum ſigillum adhibeatur, iußimusq́; ex altera parte fratrem noſtrum ſub-
ſcriptione confirmare, ex altera Status iuſſerunt ſigillum Statuum adhiberi
ducatus, & regionis noſtræ Ambiuaritarum, ita petentibus iis Statibus, vt
ſubſcriberetur ab omnibus aliis Statibus, & præcipuo illorum mandato con-
ſignaretur manu, nobis dilecti, Cornelij Vveelmarſi ſcribæ dictorũ Statuum
Ambiuaritarum ſiue Brabantiæ. Subſcripſerunt ad preces noſtras, & fratris
noſtri Cæſarei oratores, & delegati ducis Iuliacenſis. Datum in noſtra vrbe
Bruxellis die 17. Februarij 1577.

Cùm pax ijs cõditionibus fuiſſet per Cæſareos commiſſa

1577. rios propè concluſa additum eſt poſtea, vt Aurantius, Hol- A
Conditionib. addita.
landiæ & Zelandiæ regius gubernator relinqueretur, & Bu-
ranus Comes intra certum ſpatium ex Hiſpania liberare-
tur. His ita ſtabilitis, promiſſum eſt arma vbique depoſitum
iri. Copijs dimiſsis ab Auſtriaco Lotharingiam verſus iter ca-
Bruxellas venit Auſtriacus.
peſſentibus, ipſe Louanio profectus Bruxellas ſe contulit,
quò à Principibus, & Statibus Belgarum inuitabatur. Ma-
gna cum pompa & vniuerſi populi Bruxellenſis applauſu,
vrbem ingreſſus eſt, quem hinc Pontificius Legatus, inde
Pompa.
Cæſareus, & Leodienſis Epiſcopus ſtipabant: ſequebantur B
alij legati multi, & Proceres Belgici, comitantibus præter-
ea ſex armatorum peditum & equitum millibus. Fiebant
interim multa ludicra, atque inter cætera, plauſtrum à duo-
bus equis, aureo panno tectis, auratum trahebatur, in quo
erat abundantia, multaque arma fracta & diſrupta, cum in-
ſignibus pictis decem & ſeptem regionum, quibus ſignifica-
batur arma eſſe depoſita, pacemque ab omnibus flagitari. E-
erat & triremis cum Turcis cathenatis pro nauali victoria,
quam ipſe Auſtriacus adeptus fuerat, & columnæ Hercu-
lis, vltra quas noui Orbis imperium à Carolo V. patre com- C
paratum, ſignificabatur. Vndique è feneſtris flores, ſerta, co-
ronæ regiæ, à virginibus deijciebantur, tanta cum volu-
ptate ac frequentia, vt omnem credulitatem ſuperarent, nec
Opinio de Auſtriaco concepta.
vllum publicæ lætitiæ ſignum omittebatur, omnibus exi-
ſtimantibus, Auſtriacum opimam pacem, diu duraturam,
illis terris aduexiſſe, & nihil accidere poſſe, quod popu-
li Belgici quietem interturbaret, cùm ex ijs, quæ Status po-
ſtulârunt, nihil fuiſſet à Prorege denegatum, & tot acce-
ptæ clades, animorum ferociam deponere, & moderata con- D
ſilia capere, ſuaderent. Hanc populorum opinionem ma-
ximè confirmabat præclara Regis voluntas, qui tranſa-
ctionem, quam Auſtriacus cum Statibus fecerat, ſine vl-
la exceptione, probârat. Præterea Auſtriaci humanitas,
quâ erga omnes, cuiuſcumque conditionis, homines vte-
batur, vt omnium Ordinum ſocius, non Belgij præfectus,
videretur.

Cùm à Statibus autem, ſolitis adhibitis cæremonijs, re-
rum adminiſtrationem ſuſciperet, vt commodè & ex digni-

tate

A tate ſuum munus explere poſſet, hæc ſibi concedi poſtula- 1577.
uit: Vt ad tuendum maiorum decus, ſatellitium habere li- *Quæ poſtu-*
ceret, quod ſua perſona ſuoque munere dignum videretur, *let Auſtr.*
& præſenti rerum occaſioni conuenire, ſicuti fœminæ Gu-
bernatrices earum prouinciarum, ſuperioribus temporibus,
habuerant, idque non ex indigenis tantùm conſtituerentur,
licitumque eſſet quocunque vellet proficiſci. Ne vlli eſſent
peculiares ciuitatum præfecti, niſi vbi prius eſſe conſueue-
rant. Vt omnes præſides, tribuni, milites præſto eſſent ac-
B citi, parerentque ipſi, tanquam ſupremo Imperatori. Vt
tanquam belli dux ſummus, omnia ſolita munia & officia
poſſet conferre, quæ paci ac priuilegijs regionum non repu-
gnarent. Vt nomina illorum, qui putantur digni, qui ad comi
tia adſciſcantur, quàm citiſsimè ad ipſum deferrentur, vt co-
gnoſceret, an quis eſſet ſuſpectæ fidei, vel praui ingenij. Vt, ſi
Aurantius aut Hollandi, Zelandiue paci ac concordiæ tráſ-
actæ nollent aſſentiri, reliqui Status nullum cum illis habe-
rent commercium: ſed potius coniunctis viribus pacem i-
pſam tuerentur.

C Antuerpienſes vt vndecimo edicti articulo, quo cauetur *Antuerpi-*
ne alia, quàm Romana religio in Belgio obſeruetur, ſatisfa- *enſes ſuos*
cere pro ſua parte viderentur, concionatores, qui illi religio- *Conciona-*
ni aduerſabantur, omnes ad ſe vocatos, vrbe tandem exce- *tores dimit*
dere iuſſerunt: quo nomine Ioannes quidam Saliger Antuer *tunt.*
pienſibus magiſtratibus, in conſiſtorio congregatis, mini-
tando dira vaticinatus eſſe dicitur; quòd verbo Dei ſe indi-
gnos hoc pacto redderent.

Auſtriacus ſuſcepta adminiſtratione animum ad res inſti- *Auſtr. mo*
D tuendas, & componendas conuertere cœpit, quo in negotio *deratio*
multa moderatione & liberalitate, animis omnium placan- *qualis.*
dis, vtebantur.

Actum primum eſt de conuocandis Comitijs, in quibus a-
geretur ſtatuereturq; de religione, de Regia obedientia, & de
tributis ſoluendis. In hoc gubernationis initio, quòd om-
nia humanitatis & prudentiæ exempla demonſtraret, & vul-
tu placido omnes, ad ſe adcedentes, exciperet: cœperunt
ſeſe Ordines paulatim erigere, ac melioris rerum ſtatus om-
nem ſpem in eius fidem collocare, ſibiq; perſuadebant, tem-

1577. pus aduenisse, quò ſuperiorum cladium ſolatium, ac bello- A
rum ciuilium finem, atq; optatum ſalutaremq; exitum poſ-
Suſpiciones de Auſtr. ſent reperire. Sed hac ſpe diu recreati nō fuêre: erupêre enim
ſtatim graues ſuſpiciones, omnia Hiſpanica promiſſa atque
officia, ſimulationis, & inſidiarum plena eſſe, Auſtriacum Proceres, aliosq; Ordines, qui ſe Hiſpanorum tumultuantium
furori oppoſuerant, perhumanè tractare, donec autoritate firmatâ, & omnibus rebus ex ſententia cōſtitutis, in quoslibet,
qui ſuæ factionis non erant, pro libito ſæuiret.

Vnde conceptæ. His ſuſpicionibus anſam præbuêre rumores, qui ex Hiſpania adferebantur, nempe Rhodam præſidem, qui ſceleratis B
militum auſis facem præbuerat, in ſummo precio atque autoritate in Hiſpania eſſe, atque ex eius vnius cōſilio res Belgicas omnes adminiſtrari: Auilæ alijsq; Belgicarum calamitatum autoribus publicos honores decretos eſſe, reliquos
copiarum duces Hiſpanos, & ipſos milites Belgij deprædatores, pro fidis miniſtris cenſeri, eorum facta probari, ac præmijs & laude digna iudicari.

Vnde auctæ. Augebant has ſuſpiciones quædam ipſius Auſtriaci actiones, quod in dimittendis Germanis militibus, ſicuti in pacificatione cautum fuerat, inanes excuſationes quæreret, & va- C
rijs tergiuerſationibus vteretur, & in exequendis plerisq; pacis Gandauenſis capitibus, multas ambages & remoras nec-
cteret: priuilegia etiam quamplurima, ſecundum pactionem,
inſtaurare recuſaret: Burgundiam & Luxemburgum à pactione, & ſine vllâ diſsimulatione, eximeret, eorumq; bona & facultates, qui in illis Prouincijs aliquid poſſidebant, & qui antè proſcripti fuerant, reſtitui nollet: Comitem Buranum, Aurantij filium, contra Academiarum priuilegia, Louanio in Hiſpaniam abductum, & tum iure priuilegiorū, tum ex pactio- D
nis Gandauenſis lege, quâ captiui omnes liberi eſſe iubebantur, iure dimittendum pactione illa comprehendi pernegaret. Præterea bellum contra Hollandos & Zelandos, qui ex
pacificatione Gandauenſi, cum reliquis Belgij Ordinibus,
fœdere iuncti erant, moliretur.

His de cauſis Belgarum animi ab Auſtriaco abalienari cœpêre, & rebus ſuis cautiùs prouidere, atq; ipſius dicta factaq;
ſolicitè obſeruare, eoque magis, quòd tranſactio cum ipſo
facta.

A facta à Holandiæ atque Zelandiæ Ordinibus improbaretur, 1577.
tanquam inſidioſa, & communi patriæ libertati planè aduer- *Hol. et Zel.*
ſa. Rogati enim illi, vt, quæ ſua eſſet de illa tranſactione ſen- *non probãt*
tentia, declararent, reſcripſerant, eâ pactione antiqua Belga- *tranſactio-*
rum priuilegia violari, quòd libertas indicendi Comitia ijs *nem Auſtr.*
auferretur, ad quos antiquo iure pertinebat. Præterea ordines cogi ad nouam obligationem, & iuramenta illicita. In hoc manifeſtè priuilegia Brabantiæ violari, quòd Buranus Comes in Hiſpania detineretur. Inde facilè repertum iri occa-
C ſionem, poſthac abolendi immunitates & priuilegia, vrbibus & populo vniuerſo, quòd arma cõtra Regem ſumſerint: cùm is detineatur, qui in nulla re offenderit. Ad hæc Gandauenſem pactionem, nouâ illâ cum Auſtriaco tranſactione, in multis articulis violari, quod non poteſt fieri ſine manifeſta totius Belgij ruina. Non habitam rationẽ pro dignitate & merito Reginæ Angliç, quæ Belgis, fermè ab hoſtibus oppreſsis, opportunè & amicè opitulata eſt. Omnibus articulis tranſactionis nullam ſecuritatem Hollandis & Zelandis dari, ſed eos tanquam prædæ exponi: nullam præterea ſecuritatem
C miſeræ plebi aliarum prouinciarum concedi, quum de diruendis nouis arcibus nullum verbum fiat. Nihil aliud ſtatuiſſe, quàm pactionem Gandauenſem integrè & inuiolatè ſeruare, ſe quindecim Prouinciarum Ordines orare, vt illi pactioni adhærentes, nihil faciant, quod communi omnium libertati aduerſetur.

Multo autem confidentiores reddebantur, quòd veterani Regij milites Hiſpani, Itali, & Burgundi è Belgij finibus exceſſerant, & arces, quas ipſi tenebant, ſibi eſſent redditæ: nam ea ratione durum iugum ſe excuſsiſſe ſatis intelligebant.

D Cùm tempus aduenit, quo arx Antuerpienſis, quæ omniũ *Arx Antu-*
maximi momenti putabatur, & maiora damna Statibus de- *erpienſis*
derat, Belgarum cuſtodiæ tradenda erat: Areſcotanus, Cæſa- *cui & quo*
reis Legatis comitatus, ad illam recipiẽdam venit, quoniam *modo tra-*
eius præfectus deſignatus erat. Venit etiam cum eo Eſcoue- *dita.*
dus, Regis ſecretarius, vt iuramentum & hominium reciperet. Auila arcis præfectus illi redditioni intereſſe noluit, quòd ſibi non honorificam eſſe exiſtimaret, ſed aliquot diebus antè exceſsit, & ſuo Legato, Martino del Rio, præcepit, vt adue-

1577. nienti cum Eſcouedo Areſcottano arcis poſſeſsionem trade- A
ret,& ſuos inde deduceret,quòd Auſtriacus ita iuſsiſſet. Auilę legatus cognito Areſcottani aduẽtu,Hiſpanos milites,qui ibi in præſidio erant, in vnum cõuenire, & ſarcinas colligere iuſsit,pontes ſubduxit,& portas clauſit, obuiamq; Areſcottano,& Eſcouedo proceſsit, arcis claues in manibus tenens. Areſcottanus,& qui cum eo erant,cùm ad pontem, qui ducit in arcem,venêre,omnes ex equis deſiliêre,atq; in ponte conſtitêre. Tunc Eſcouedus Regis nomine fidem & hominium atque iuramentum,quod à præfectis arcium, cùm earum cu- B
ſtodiam ſumunt,exigi ſolet, ab Areſcotano præſtari poſtulauit: Ille nudo capite, & poſitis manibus in Eſcouedi manus, iuramentum in hanc formam præſtitit:

Ego Philippus de Croy, dux Areſcotti, iuro per Deum, & virginem Mariam, & ſuper quatuor ſancta Euangelia, me bonâ fide ſeruaturum, & tuiturum hanc arcem in obſequium Maieſtatis Regis Philippi, Domini noſtri, eámque nemini præterquam ipſi, aut eius ſucceſſoribus traditurum, niſi expreſſum mandatum, de illa reddenda, ab ipſo acceperim.

Ei verò Eſcouedus in hũc modum dixit: Si ita feceris,ſicut polliceris,Deus tibi ſit adiumento,ſin minus,diabolus te to- C
tum & integrum corpus, & animam auferat: cui adſtantes vnâ voce reſponderunt: Amen. His ceremonijs peractis, Auilæ legatus claues arcis Areſcotano tradidit, & qui in arce erant, pontem ſubductilem demiſêre, portasque aperuêre, vt nouum præſidium intromitteretur, quod ex Vvalonibus conſtabat. Hi cùm per vnam portam ingreſsi ſunt,per aliam Hiſpani exiêre,cum maxima totius populi Antuerpienſis lætitia,& iter verſus Maſtrichum arripuêre: quoniam is locus erat Hiſpanis deſignatus, quo ſe vndelibet reciperent, vt ſi- D
mul congregati, profectionem verſus Italiam,primo quoq; tempore,ſuſciperent.

Cauſa luctus in lætitia. Fuêre quidam,qui in communi lętitia illacrymâſſe dicuntur, futura quodammodo præſagientes: quia tempora, quæ Hiſpanorum diſceſſum ſequuta ſunt, non minus luctuoſa, quàm præcedentia fuêre recrudeſcente ſtatim bello, quod varijs Belgij locis vaſtitatem attulit. Illi verò de cauſa luctus interrogati,reſpondebant,ſe recordatione cladium, quas ab immani gente pertulerant, dolere, quod ei impunè è Belgio

abire

A abire liceret:vnde nō infacetus qdā hoc diſtichon euulgauit. 1577.

Bætica gens abijt, cur ploras Belgica? dicam: *Auſtr. non*
A quod in o non eſt litera verſa, queror. *obijt.*

Aurantius autem non modò arma non deponit, pro pacis *Quid Aur.* conditionibus ſeruandis: ſed etiam nouas vires colligit. De- *agat.* legatus itaq; ad eum eſt Status nomine Areſcotanus, qui eũ ad ea deponenda & pacis conditiones ſeruãdas hortaretur. Reſpondit id à ſe non poſſe obtineri, niſi euerſâ arce Antuerpienſi, & munitionibus, quæ ſunt in multis locis, contra le-
B ges regionis, excitatæ atque Germani è Belgio prorſus exceſſerint, Buranusq; ex Hiſpania ad patrios lares remittatur. Monuit præterea Belgarum proceres, vt diligenter futuris periculis proſpicerent, ne tarde omnes commiſsi erroris pœniteret, quoniam Auſtriacus per multas artes palàm cognoſceretur, animos multorum primariorum virorum ſibi allicere, quorum autoritate ſtultus, cæteris Belgis pro arbitrio dominari poſſet.

Is cùm vidit ſe Ordinibus ſuſpectum, & ab illis omnia ſua *Auſtriac.* dicta atque facta obſeruari, qui nolebant vt ipſe in ſuo ſatel- *Mechliniã*
C litio ſcloppettarios haberet, ſed tantùm haſtatos, relictis *proficiſci-* Bruxellis, Mechliniam ſe contulit, captâ occaſione, quòd *tur.* Germanum militem dimiſſurus eſſet, vti videbat ab Ordinibus enixè flagitari, atq; ex præſcripto Gandauenſis tranſactionis vrgeri. Promittebat autem Ordinibus, ſe cum Germanis ex vſu reip. de ſtipẽdijs eſſe tranſacturum, & ſi æquiſſimas conditiones reſpuerent, ſeſe armis eorum proteruiam vindicaturum, ac extra Belgij fines illos electurum. Cùm iam Bruxellis digrederetur, reſcitum eſt ad portã qua egreſſurus
D erat nonnullos eſſe, qui excitato tumultu eius profectionem morari vellent; quare ad aliam portã iter deflexit, & vti ſtatuerat, Mechliniã profectus eſt. In itinere Bilbordam inuiſit, vbi honorificè exceptus fuit. Cùm Mechliniam venit, cõuocatis *Auſtr. con-* Germanis ducibus, paciſcitur cũ illis, de bello aduerſus Ordi- *ſtia.* nes renouando, & ſimul de recipiẽdis munitioribus locis, & maximè Antuerpienſi arce, quæ tum, ex pacis conuẽtione, ab Areſcotano, tam ordinũ, quàm ipſius Auſtriaci nomine, præſidio tenebatur, variasque nectit artes, quibus Areſcotano eiusq; filio, qui erat illi legatus, ex arce euocatis, Terlonio, cõ-

1577. filiorum conſcio, arcis poteſtas & præfectura committere- A
tur. Hoc graue crimen ab Ordinibus illi obiectum, quòd nullâ habitâ nec promiſsi nec iuramenti, nec publicæ quietis, ratione, omnia in deſolationem & confuſionem adducere tentauerit, & eos ꝑdere voluerit, qui ipſius fidei & tutelæ ſe commiſiſſent. Hiſpani id iure factum ab eo eſſe dicunt, quòd videret ſe malignè & inſidioſè ab Ordinibus obſeruari, & iniquè, violatâ autoritate, velut in ordinē cogi: illos Aurantium impenſiùs colere, qui omnia ſua conſilia ad bellum conuertebat, loca defenſioni opportuna diligēter muniēdo, claſſemq; B
reficiendo, qui etiam totus ex Reginæ Angliæ nutibus pendebat, & eius cōmoda magis, quàm Regis dignitatē amabat.

Omnia incerta. Etſi autem tum Auſtriacus tum Ordines ſua conſilia tecta & occulta eſſe voluerunt, & ſeſe excuſantes, culpam in alios deriuare, & à ſe reijcere conati ſunt: tamen res ipſa oſtendit, omnia in vtraque parte ſimulationis & dubitationis plena fuiſſe. Ordines in concipiendo pacificatorio edicto, in multis Auſtriaci iudicio ſtandum eſſe, exiſtimârunt, & ſentētiam Hollandorum ac Zelandorum non expetendam, nec conſenſum in concludenda pace, quòd ſe in libertatem adſertos pro C
certo crederent, & nihil ampliùs metuendum ducerent, ſi ſemel Hiſpani è Belgio, quacunque ratione, pellerentur. Tantus erat apud Belgas Hiſpanorum metus, vt ad ſolum nomen trepidarent, quòd in quatuor menſium ſpatio, varijs pugnis, ſupra triginta quinque millia Belgarum Hiſpani milites interfeciſſent, vix quinquaginta hominibus è ſuis deſideratis. Tanta erat etiam apud illos effrenis audaciæ, ac militaris peritiæ Hiſpanorum opinio, vt aduerſus ſex millia veteranorū, centum millia militum armanda cenſuerunt. Auſtriacus om D
nia Ordinibus concedenda iudicabat, modò Aurātius è præfectura Hollandiæ & Zelandiæ decederet, aut illam ex mandato, & conſilio ipſius Proregis adminiſtraret: hac enim ratione videbat, Hiſpanos amiſſum maris imperium recuperare poſſe, in quo rerum ſumma, belli paciſq; tempore, conſiſtebat: quandoquidem omnes fermè commoditates, quibus Belgium fruitur, mare ſubminiſtrat.

Auſtr. inſidias quæ oc Auſtriacus aliquot dies Mechliniæ commoratus, quòd inſidias ſibi tendi ſubodorari cœpiſſet, & ſua conſilia detecta eſſe

A eſſe timeret: aliò proficiſci ſtatuit. Nullus autem locus, ad quem ſe reciperet, viſus eſt commodior, quàm Namurium: ſed iam Ordinum laqueis ita ſe irretitum videbat, vt inde ſe expediendi nullam rationem animaduerteret: verùm in hac difficultate animum curarum plenum verſanti, inexpectata elabendi occaſio ſe obtulit, quæ ſine vlla ſuſpicione noui cõſilij ad locum deſtinatum eum perduxit. Regina Nauarræ valetudinis ergò ad fontes Spanenſes profectionem inſtituerat, quam cum cognouit Auſtriacus in itinere eſſe, & Belgij 1577.

B finibus appropinquare: obuiam illi ire honoris cauſa voluit, ſecum verò aſſumſit itineris comites Areſcotanum, Habræum fratrem, Simæum filium, Ruſsium, Hiergeum, & Floionum, Barlamontij filios, cum ſuis peditum cohortibus, & aliquot equitibus, vt honorificentiùs ipſam reginam exciperet. Ibi primum de Montibus, Hannoniæ vrbe, per inſidias occupandà, conſilia inijt, Lalænij præfecti animum tentans, an illac vellet ipſi Reginæ iter concedere, quem cum ad patriæ ſalutem videret eſſe obfirmatum, paulò pòſt, datis ad ipſum literis, iubet ad ſe confeſtim venire. Cùm nihil apud eum pro-

Conatus Auſtr. irritus.

C ficeret, ad prius conſilium redijt, & Namurium contendit.

Vix eò appulerat, cùm interceptæ quædam literæ ſunt, eiq; allatæ. Scribebantur à Bruxellenſibus ad Namurienſes, qui iubebantur ab Auſtriaco cauere, & ſi fieri poſſet, eum comprehendere: quoniam certiſsimis indicijs cognitum erat, illum hoſtilia moliri, & exitiũ patriæ meditari. Cùm eas literas perlegit, ſe Namurij tutò cõſiſtere nõ poſſe, exiſtimauit, & ideò, abſq; vlla mora, Lucemburgũ ſe recipere ſtatuit, ſed cùm hoc ſuum conſilium Barlamontio eiusq; filijs communicaret: ab

Literæ interceptæ.

D illis admonitus eſt, vt Namurij maneret, nec vlla ratione inde ſe auelli pateretur: locum enim bello gerendo, quod imminere videbatur, commodiſsimum eſſe, propter traiectum Moſæ, & facilem per illum fluuium commeatuum conuectionem, non facilè ab hoſtili exercitu capi poſſe, quòd vrbs non parùm munita eſſet, & ab arce omnibus rebus inſtructiſsima defenſa, quam intercipere, quoniam præſidio ab Ordinibus impoſito tenebatur, enitendum erat, ſi tantum auderet, nullo negotio id fieri poſſe. Placuit conſilium illud Auſtriaco, atq; inter eos conſtitutum fuit, vt craſtina luce ad venationem ſe

Conſilium Barlemontij.

1577 *Quo aſtu arx Namurciana intercepta.* profecturum ſimularet, & Barlemontij ad portam arcis præſtò adeſſent, vt illum tranſeuntem ad viſendam arcem inuitarent, tunc ipſe minis propoſitis ac vi additâ, cuſtodes exterreret, impetuq; facto cum ſuo comitatu in arcem irrumperet. Itaq; ſummo mane Auſtriacus cum aulico famulitio, & multis equitibus ad venationem exijt, Barlemontij, qui iam ad arcem acceſſerant, in porta, quæ ducit in vrbem, conſtitêre, quòd Auſtriacum cum venatoria pompa trãſeuntem ſe inſpicere velle dicerẽt. Cùm ille prope adceſsit, rogârũt eum, vt ex equo deſcẽdens arcem inuiſeret, id non multum moræ ad venationem allaturum. Deſcẽdit ille ex equo, & placido admodum vultu ad Barlemontios acceſsit. Cùm in porta fuit, directo in cuſtodes breuiori ſclopperto, quẽ manu geſtabat, eos arma ponere; atq; arcem tradere, iuſsit; confeſtim totus aulicus comitatus ſuperuenit, qui pręfectum arcis cum omnibus ſuis militibus inde expulit. Arce in poteſtatẽ redactâ, ibi tanquam in loco tutiſsimo manere conſtituit.

Excuſatio Auſtr. Populus Namurienſis eâ re inexpectatâ maximè exterritus fuit, quoniam belli præludium eſſe non obſcurè diuinabat. Auſtriacus cùm populum tumultuari audijt, conſiliarijs & nobilibus, qui in ipſius comitatu erãt, conuocatis, interceptas Bruxellenſiũ literas monſtrauit, impẽdens periculum, & tanquã diuinitùs præmonſtratum, cauere decreuiſſe: non alia de cauſa arcem occupâſſe, quàm vt ſecurus ab inſidiatorum laqueis eſſet, nemini vim inferre, ſed à capite periculũ depellere, ſtatuiſſe, rebus nouis nullo modo ſtudere: ſed communem totius reip. vtilitatem procurare & quærere: ſed quia res maximè perturbatas videret, in ea arce cõmorari decreuiſſe, donec à Rege nouũ mandatum acceperit: qui ipſius partes ſequi nollet, ei libera diſcedendi facultas cõcedebatur, ſe nolle aliquem inuitum retinere, ſed manendi aut abeũdi optionem cuilibet relinquere. Multi tunc diſceſſêre, æquius & tutius eſſe exiſtimantes, Ordinum partes quàm Regis ſequi. Nonnulli magni nominis cum Auſtriaco manſêre, in queis Areſcotanus, Habræus & Simæus fuêre.

Spargitur interim in vulgus, Guiſanum & Billium, Gallos, Auſtriaci nomine exercitum conſcribere, vnde Ordines attonitis & perturbatis ſimiles, vti rumore illo indies augeſcente

A ſcente commoti, oratores Namurium mittũt, qui de iȷ́s, quæ 1577.
vulgo ferebãtur, cum Auſtriaco expoſtularẽt. At is reſpondit, *Auſtr cum*
quod in vulgus diſſeminatum erat, merũ eſſe & malitioſè ex *Ord. altin*
cogitatum mẽdacium: atq; ita Schetus, ærarij regij quæſtor,
ad agẽdum cum illis probè inſtructus, miſſus eſt, cũ literis ad
Baronẽ Raſsingemiũ, Regis inter Ordines cõſiliariũ; quibus
Auſtriacus ſignificabat, Namurianã arcem à ſe nõ alio cõſilio
occupatã, quàm vt periculum euitaret, qui à multis & diuer-
ſis hominibus diu multũq;, & fideliter monitus, nihil ſe com
B mouerit: tandem certis argumẽtis & indicijs, ad credendũ im
pelleretur, quòd mox capiendus eſſet, niſi ſibi maturè ꝓſpice
ret & inſidiatorũ conatus anteuerteret: Nolle tamẽ vllo mo-
do cõmittere, vt pactis nõ ſteriſſe meritò dici poſsit, ſed totis
viribus conari, & ſummopere ſtudere, (ſicuti pactũ erat) ſingu
las atq; vniuerſas pacis cõditiones ſuis numeris abſolutas tu
eri, integraſq; cõſeruare. Ordines aũt pari ſtudio hoc conari,
vrgere, & efficere debere, vt idem apud ſuos fiat, & (quod ſe fa
cturos tam ſanctè iurãrunt) vt in primis Romana illa Catho-
lica religio obſeruetur, Regiq; ſua autoritas, & debita obedi-
C entia vbiq; & ſemper maneat, & præſtetur integra. Quod ſi
tanto oneri ſe impares putarẽt, aut ea, quæ promiſerãt per ſe
præſtari nõ poſſe: ſe illis ſua autoritate ſedulò adfuturũ polli-
cetur. Neq; enim aliud moliri aut ſpectare, quàm pacẽ & tran
quillitatem, tantoperè ab ijs deſideratã, vt hac in parte regiæ
maieſtatis voluntati ſatisfaciant, & eius opinionem de ipſis
conceptã confirment. Se cognouiſſe, non poſſe eſſe Bruxellis
ſaluâ regiâ & ſuâ dignitate, neq; rediturum eſſe, ſine firmis cu
ſtodijs, & poſitis armis à Statibus, & abdicatis aliis omnibus
gubernatoribus: quod niſi ſponte fiat, omnino eſſe faciendũ,
D cũ gubernaturus nõ gubernãdus in Belgiũ à Rege miſſus ſit.

His allatis, indicta ſunt comitia ſub pœna perduellionis o- *Bellum ex-*
mnibus militibus indigenis, vt in vnum locum, ad ſtatutum *ardeſcit.*
tempus, conuenirent, vt vltimum Auſtriaci reſponſum de pa
ce audiretur, & ferrentur ſuffragia de pace illa vel amplecten-
dâ, vel reſpuẽdâ. Tandem omnia hoſtiliter acta ſunt, & vtrin-
que conſilia ad bellum conuerſa.

Conabatur Auſtriacus præſidium, quod in arce Antuerpi- *Arx Ant-*
enſi erat, in ſuas partes trahere, quòd locum magni momenti *uerpienſis*

1577. eſſe ad gerendum bellum intelligeret,& iam Terlonium præ A
Ord. tradita. ſidij propræfectum, & aliquot Germanos columellas ſibi fauentes habebat: ſed eorum conſilia diligentiâ & ſedulitate Ordinum fuêre præuenta, qui gregarios milites ita promiſſis ad ſe allexerant,vt Trelonium capientes cum arce in ipſorum poteſtatem tradiderint, & quatuor Germanicas cohortes ex vrbe expulerint. Has ductabant Foggarus & Fronsbergus,qui ad primum nuncium,de reddita ciuibus arce, maximè attoniti,ſuos arma capere iuſſerunt.Hi circa mediam noctem in eam vrbis partem, quæ noua ciuitas dicitur,ſe recepêre,quietiq; manſêre, nihil in ciues molientes,vſque in craſtinum ad meridiem, quo tempore naues Aurantianas plenis velis venientes conſpicati,pauore concepto, vrbe exceſſêre,in diuerſa abeuntes. Foggarus Bergas ſuos duxit,Fronſpergus ſuos Bredam. Champagnyus cum ſua turma vrbe exiens,in Germanos aliquot, qui in propinquis pagis erant, expectantes,vt in vrbem intromitterétur,irruit, quos ſtatim fudit & fugauit. B

Areſcot. & Hebr. deſerunt Auſtr. Cùm hæc Namurij euulgata ſunt, Areſcotanus & Habræus, qui in arce erant, ſiue quòd timerent, ne huius facinoris conſcij dicerentur, ſiue quòd Ordinibus apertè fauerent, & de proſperis eorum ſucceſsibus lætarentur, resq; florentes ipſorum,quàm Auſtriaci adflictas defendere tutiùs putarent, inde excedere ſtatuêre. Itaque ex arce in vrbem properè deſcêdentes, ſub veſperam per portam vnâ ſine comitatu exiêre,& conſcenſis ſtatim pernicibus equis, qui ſtrati & frenati iuxta mœnia à pediſſequis ſeruabantur, Bruxellas aufugêre. Eorum diſceſſu cognito,Auſtriacus ilicò miſit, qui eos retraherent,ſed quòd aliquod ſpatium itineris emenſi fuiſſent, ad deſtinatum locum,nequicquam perſequentibus conquiſitoribus,incolumes euaſêre. C D

Ordines miſſo ad Vvanſeum caſtellum,quod à Germanis ex legione Foggari tenebatur, Champagnyo,illud breui deditione receperût.Eodem victoriæ curſu vrbes,Thola & Steenberga in Ordinum poteſtatem redactæ ſunt.

Paucis pòſt diebus arx Antuerpienſis præſidio nudata eſt, & mænia eius,ciuitati contigua, à fundamentis populi concurſu euerſa.

Auſtria-

A Auſtriacus videns omnia in dies perturbatoria fieri, & Statuum exercitum Namurio appropinquare, de pace conſilia inijt, & Legatos Cæſareos Bruxellas, qui aliquam concordiam procurarent, miſit. Abbas S. Gislenij cum aliquot alijs grauibus viris ad id negotiũ ab Ordinibus delectus eſt: ſed poſt multa colloquia re infectâ Legati inde abiêre. 1577.

Varia fuêre de renouato bello hominum iudicia, quidam exiſtimabant, illud propter intolerandam Hiſpanorum militum inſolentiam & inexplebilem rapacitatem bellum excitatum, alij propter odium in Albanũ, quod adeo acerbum erat, vt in vniuerſam nationem exundaret, alij propter Inquiſitionem Hiſpanicã & atrocia edicta, à Carolo V. Cæſare iampridem contra hæreſes euulgata, quorum ſeueritatem omnes horrebant. Sed cùm non ſolum reformati quos Geuſios nominabant: ſed etiam Pontificiæ religioni addicti contra Auſtriacum, conſentientibus animis, arma ceperint: libertatis tuitionem ac immunitatum & priuilegiorum conſeruãtionem, præcipuum belli prætextum & cauſam fuiſſe, conſtat; quod planè etiam cognoſcitur ex proteſtatione, quam Ordines in publicum ediderunt, qua cauſas, quæ ipſos ad ſuſcipienda arma mouerunt, declarant. Nempe Auſtriacum ſenſim aulam ſuam impleuiſſe peregrinis & exteris hominibus, Belgarum hoſtibus, & publicæ quieti infeſtis, cùm pollicitus fuiſſet, Belgas tantùm in famulitium ſuum accepturũ, inter ſuos conſiliarios admiſiſſe homines abiectæ ſortis, & praui ingenij, qui bellum inteſtinum in Hollandia aluerunt, qui etiam in arcem Antuerpienſem ſe recipientes cum Hiſpanis conſilio & facto adiutores ijs fuêre, qui vrbem diripuerunt, & concremârunt: Germanos milites contra Ordines concitâſſe, quos etiam ad bellum gerendum Aurantio & Hollandis atque Zelandis incitare conatus eſt: literis ſcriptis Imperatorem, Electores Principes, & Reginam Angliȩ monuiſſe, pacis tranſactionem ab ipſo Aurantio violatam, & eum publicæ quietis perturbatorem diſcordiarumq; facem eſſe. Antuerpienſem arcem intercipere voluiſſe, quò Ordinibus ſuſcepto bello via omnis cogendæ pecuniæ, & apparatus bellicos faciendi præcluderetur. Namurienſem arcem, atque Carolomontanam aſtu cœpiſſe, hoſtilem animum planè erga Ordi-

Iudicia de renouato bello.

Cauſæ Ord. moti belli.

1577. nes declaráſſe: non Ordines bello cauſam nec initiũ dediſſe, A ſed ipſum Auſtriacũ. Illos ſumtis armis res nouas nequaquã moliri, ſed libertatem, priuilegia, ac immunitates, & vitam deniq; ipſam, quæ apertè petebatur defendere. Ideo obteſtari Regem ſupremum, & naturalem Principem, Imperatorem, Electores, & alios Principes Imperij, ſimul etiam Reges omnes, & Principes, ac magnates Chriſtiani nominis, conſiderare velle, quàm miſerè adfligerentur atq; indignè opprimerentur ab ijs, à quibus defendi debebant, non ſibi perſuaderent, ipſos ad id bellum deſcendiſſe, arrogantiâ aut præſumtione vllâ, aut rerum nouarum deſiderio detrectandiue obſequij, quod Regi domino iure debent, ſed neceſsitate compulſos. Itaq; eos omnes orare, vt in tam iuſta cauſa & neceſſaria defenſione ipſis adeſſe velint, & adflictam patriam ſolari & conſeruare, à qua omnes prouinciæ Chriſtiani Orbis innumeras commoditates recepêre, & eas adhuc recepturas ſperare licet. B

Hæc apologia ſiue proteſtatio in ſeptem linguis euulgata fuit, nempe Gallica, Anglica, Flandrica, Germanica, Italica, Hiſpanica & Latina, vt omnes Europeæ gentes intelligerent, quàm iuſtam ad capienda arma cauſam habuiſſent, & quàm atrox, atque implacabile Hiſpanorum odium aduerſus ipſos eſſet. C

Literæ interceptæ cum Apologia diuulgatæ. Euulgârunt etiam in illis linguis, & ad eum etiam finem, quo Apologiam, literas interceptas, quæ octo numero erant: tres Auſtriaci, & quinque Eſcouedi ipſius ſecretarij. Duæ Auſtriaci ad Regem mittebantur, aliæ ad Antonium Perrezium regium ſecretarium, quinque Eſcouedi omnes ad Regem.

Ad Perrezium. Scribebat ad Perrezium Auſtriacus, ſe grauiter dolere, quòd D bonum & vtile conſilium non reciperetur, nec commoda ex pace, qualia ab initio ſperabantur, obuenirent, ſe totum deuouiſſe ſeruitio Regis, & ad nauandam ei fidelem operam ſemper promtum, & paratum eſſe: nihilominus, quam poſtulârat, miſsionem denegari ei non debere, ſiquidem quandiu videret, Regis negotia in Belgio ſuâ præſentiâ opus habere, ibi manere velle, ad finem autem perductis rebus, quas ad regium decus & commodum conficere poſſet, non ſubeſſe cau-

ſam,

A ſam, cur ibi diutius retinendus eſſet inutilis, & præter volun- 1577.
tatem. Nam ſi priſtina gubernandi ratio reuocanda eſt in vſum (vti pleriſque videtur) quod populus nouæ adminiſtrationi aſſueſieri non poſsit, fœminæ, aut pueri lenitatem ad id magis opportunam eſſe: quoniam Belgij Ordines nunquam in animum admiſſuri ſint, ipſum, quãuis ſummâ moderatione & lenitate vtatur, ſeriò illorum ſalutẽ & commodum expetere, nec ipſorum ſaluti ex animo conſulere, ſed omnia aſtutè & ſimulanter agere, quo facilius in fraudem & in laque-
B os deducantur, & cùm ipſum adeo ſuſpectum habeant, vt firma & ſecura pax retineri non poſsit, reuocandum eſſe & aliũ ſubrogandum. Ipſos Ordines à Regina Angliæ, & Aurãtio in ea ſuſpicione retineri: ſuam ætatem, aut conditionẽ ad eiuſmodi otiam, quod in Gubernatione Belgicarum regionum aptiſsimum videtur, nullo modo congruere: Regi alijs in rebus commodiùs inſeruire poſſe, ſe ad pecuniæ inopiam redactum; ideò orare, vt ſibi hac in parte opportunè prouideatur, abſq; pecuniares magnas confici non poſſe.

Ad Regem ſcribebat, diligenter & ſedulò curandum eſſe, *Ad Regem.*
C vt ſtipendia militibus debita ſoluerentur. Nam exacerbati, quòd ſui cura, prout meriti ſunt, nõ habeatur, à miſera & diu adflicta plebe, per vim tumultu excitato, ſunt arrepturi, quod ſuis laboribus iure deberi exiſtimant. Poſtea illos ducibus obedientes non fore, & cùm res vrgebit, nouos delectus haud facile fieri poſſe, quòd milites nullius amplius promiſsis ſint fidem habituri: neceſſariò ex Hiſpania pecuniam mittendam eſſe, quòd Belgij annui reditus omnibus neceſsitatibus non ſint ſuffecturi, ſperari ex pace cõmodum, quod ſibi homines
D ab initio proponebant, nõ poſſe, quòd Aurãtius in Holandia & Zelandia muniendis intẽtus, ad bellum ſpectare videatur. Eum à Regina Angliæ ſolicitari, ad reijciẽdos quoſdã initæ pacis articulos: maiorem partem populi Belgici ipſius cõſilia ſequi, alios ex beneuolentia & amore, quo eum proſequuntur, alios, quòd perſuaſi ſint, ipſum munitiſsimum aliquem locum occupare decreuiſſe, vt extra omnem periculi aleam tutus cõquieſcere poſsit: & qui ipſi libẽter fauẽt, & ex animo bene cupiunt, ſuam voluntatẽ planè declarare, & liberè ſentẽtiã dicere auſint. Germanos milites maximè indignari, q. debita

1577. ſtipendia non receperint,conſultiſsimum videri, vt Rex ipſe A ad Columellas Germanos ſcribat,ſeq; illis ſatisfacturum promittat,& vana promiſſa non ſint: aliàs periculum eſſe,ne Regis autoritas apud eam nationem vileſcat, Epiſcopum Colonienſem,& Ducem Brunſuicenſem ægrè admodum ferre, nullam ipſorum rationem haberi,ſi negligantur, nõ poſſe ab illis auxilium poſthac ſperari. Si Hiſpanos deſeruerint: ipſos quandiu in Belgio erunt, maximo in diſcrimine ac periculo verſaturos,quoniam vndique ab hoſtibus circumuenti erũt. Mansfeldij Comitis,Lucemburgenſis Gubernatoris,rationẽ B etiam habendam eſſe,quòd in fideli erga Regem obſequio,& nauatâ in bello operâ parem non habeat.

Eſcouedi literæ ad regem. Eſcouedi literæ hæc præcipuè continebant:Nullum reſtare Regi remedium Belgas ad officium reducẽdi, quàm armorum vim; eos obedientiam Regi debitam præſtare nolle; ſed ad libertatem adſpirare:adeò nomini Hiſpanico infenſos eſſe,vt Turcarum iugum ſubire malint,quàm illorum imperiũ agnoſcere:omnia in poteſtatem Aurantij ventura,niſi maturè occurratur ipſius conatibus, quòd iam maris portus teneat,arma vndiq; paret,& Amſterodamum obſideat. Potiſsimã C rationem belli gerendi aduerſus illum & ipſius fautores,primùm Inſulas in poteſtatem redigere,ad id mediocribus tantùm copijs opus eſſe, eam victoriam maioris eſſe momenti, quàm ſi Anglia ſubiugetur: nam deuictis Inſulis,facilem aditum & in Angliam & in Belgium dari, cõſultiſsimum etiam videri,inter fœderatos diſsidia alere: præclaram occaſionem ad id dari,quòd in religione diſſentientes ſint, qui fœdus inter ſe percuſſerunt, & quòd ij, qui ab officijs & dignitatibus ſunt deiecti,acceptæ iniuriæ memoriam ex animo non depoſuerunt:dignos eſſe Belgas, qui omnia belli incommoda pa- D tiantur,quoniam omnes tum ex nobilitate, tum ex plebe ſine vlla diſciplina & lege viuere volunt, omnibus ſuis factis & conſilijs libertatem prætexentes,neminem inter eos reperiri,qui ad honeſtè viuendum, & officium faciendum mentem obfirmatam habeat.

Eæ literæ ab Ordinibus euulgatæ,quamplurimos in ipſorum partes traxêre, quòd viderent, omnia doloſè ab Hiſpanis agi,& Belgis ſeruitutem procurari: ita vt ex regijs ſubditis,

A tis,ſoli Lucemburgenſes Auſtriaci partes ſequuti ſint. 1577.

Lucemburgenſes ſoli Auſtr. fauent.

Nobilis ad Luc. admonitio.

Extat cuiuſdam nobilis ſcriptum ad conſiliarios Lucem-
burgenſes,quo Auſtriacum ab omni culpa liberat,& illos ad
omnem obedientiam ipſi præſtandam patrociniumq́; iuſtiſ-
ſimæ cauſæ ſuſcipiendum,multis rationibus hortatur.Illum
pacis tranſactionem Bruxellis initam diligenter impleuiſſe,
Hiſpanos & Italos trans Alpes remiſiſſe, Ordinibus arces,
quæ Hiſpanorum præſidijs tenebantur,reſtituiſſe, ac priuile
gia & immunitates,nullam litem de tranſactis rebus mouiſ-
ſe, à nemine pœnas exegiſſe: qn in plurimos ſeditionis reos
B munificentiam exercuiſſe, nihil omnino, quod ad alendam
& retinendam concordiam faceret,omiſiſſe, hoc ſibi in om-
nibus ſuis actionibus propoſitum fuiſſe, vt fides Catholica,
in regionibus ſuæ præfecturæ, obſeruaretur, & debitus ho-
nos Regi exhiberetur,& nihil amplius à regijs ſubditis po-
ſtulâſſe. Aurantium verò pacificationis leges peruicaciter
reieciſſe, ſectas & hæreſes, per omnia loca, quæ illi parent,
diſſeminâſſe,diuorum imagines Harlemi & Schonouæ, an-
nuente illo,dirutas fuiſſe, ipſum in profanos vſus Magdale-
næ templum, nequicquam refragantib. incolis, conuertiſſe,
C Eccleſiaſtica bona in fiſcum redegiſſe,in vendendis & elocan
dis decimis,nomine regio peſsimè abuſum fuiſſe, edicta no-
ua euulgâſſe, omnes belli captiuos, quos ex edicto pacifica-
torio,ſine precio dimittere debebat, & eos, quos Regi addi-
ctos nouerat,exilio mulctâſſe,templorum & monaſteriorum
bona diuendidiſſe,patrimonia regia ſibi vſurpâſſe, Amſtero-
damum mari obſediſſe, non diſsimulanter ſed apertè Auſtria
ci legatis declarâſſe,ſe nolle ſtare decretis, quæ ab Ordinibus
generalibus conſtituta erant, arces dirutas inſtaurare, nouas
extruere,& omnia ſua conſilia ad bellum conuertere. Hæc o-
D mnia Aurantij facta Ordines tacitè approbâſſe, manifeſteq́;
plurimis in rebus declarâſſe,ſe maiorem Aurantij reſpectum,
quàm ipſius Regis habere,ita, vt quidam Conſiliarij illorum
palàm dixerint,ſe nolle contra Aurantium pro Rege arma ſu
mere & longè præſtare, vt religio Catholica Romana fundi-
tùs periret,quàm in nouum bellum incidere.Boſſutium Co-
mitem,qui Auſtriaci iuſſu in Friſiam profectus fuerat,vt præ-
fecti officio fungeretur,à nemine receptum fuiſſe. Inita con-

1577. tra ipſum Auſtriacum conſilia, vt iniectâ in eum manu captiuus retineretur: quod cùm ipſi per literas Bruxellenſium interceptas innotuiſſet, arcem Namurienſem in ſui tutelam occupâſſe, ibi pacificè & quietè Gubernatoris munus implere, in id tantùm excubare, vt Regi ſuum ius ſuusq; honos ſeruetur, & religio Catholica Romana inuiolata maneat, omnib' alijs expulſis. Hac de cauſa Legatos Imperatoris, quo maior negotiationi ineſſet autoritas ad Ordines miſiſſe, vt pacē firmarent, & belli conſilia atque conatus interrumperent. De iis omnibus conſiliarios admonere voluiſſe, vt ipſi præſentiū B rerum ſtatum, incorrupto iudicio, perpendentes, non quod multis videretur, ſed quod iuſtum & æquum eſſet, ſequerentur, & Regi debitam obedientiam atque obſequium, ſicuti antea fecerant, integrè præſtarent.

Auſtr. hæret. Auſtriacus cùm in has anguſtias ſe redactum videt, vnde non facilè ſe expedire poterat, quòd ſoli Lucemburgēſes imperata facerent, & Belgij Ordines magnas copias, ad ipſum opprimēdum, colligerent, quorū cauſam omnes populi pbabāt: vt ſpe pacis eorum conatus, & conſilia interrumperet, & ſpatiū, ad prouidēdum rebus ſuis, haberet, Legatos ad eos miſit, ſed nihil effectū, cùm indies omnia perturbatiora fierent. C

Inter has turbas cùm neq; Proceres Namurium, neq; Auſtriacus Bruxellas accedere, tutum exiſtimarēt, neq; poſſent ſimul negotiari, cœptum eſt literis agi, maximè ab Auſtriaco ad ſingulos Statuum Ordines, Epiſcopos, ſenatus & ciuitates: nouiſsimas autem prolixas in hanc formam dedit:

Literæ Auſtriac. ad Ord. *Chari amici, nobis vndique nunciatur, falſos rumores in vulgus ſpargi à maleuolis, & in quietis hominibus, publicæ tranquillitatis perturbatoribus, quòd bellum renouare decreuerimus, & in eum finem Hiſpanos, qui in patriam dimiſſi ſunt, reuocandos cenſuerimus, & iam eos cum multis aliis, qui ſe illis adgregârunt, in itinere eſſe. Hi malè feriati homines, non contenti malis, quæ ante & poſt aduentum noſtrum perpetrârunt, ſicuti omnibus notum eſt, in nos manus violentas inijcere conati ſunt, & omnem operam, & ſtudium adhibent, ad incendium ciuilis belli & perniciosæ ſeditionis excitandum, quod ſi flammam conceperit, prioribus multo atrocius fore non eſt dubitandum: quamuis hæc præcipua nobis cura ſit, vt omnes tumultuum cauſæ præcidantur, ac procul amoueantur, omnesq; extra omne periculum poſiti, quietè viuant, idq; per legatos Imperatoris ſignificauerimus,* D

A *rimus, & nihil antiquius, quàm pacem nos habere, crudelitatem & ſæui-* 1577.
tiam nos horrere, ac bellum contra Regis clientes, & ſubditos deteſtari,
nihil aliud à Belgicis populis poſcere, quàm vt ſancta fides Catholica Ro-
mana vbique inuiolatè obſeruetur, cum fideli obſequio & obedientia, Re-
gi debitâ; tranſactionem pacis, quam ſolenni adhibito iuramento, nobi-
ſcum fecerunt, ab illis exegimus, vt eam ſyncere obſeruent, nec ab vllo vio-
lari patiantur. Sed vti video hæc vobis occultata fuerunt, & vos literas meas
non accepiſſe arbitror, quoniam illi turbulenti homines veredarios, quos ad
vos mitto, tranſire non ſinunt, & literas intercipiunt, quibus certiores reddi
B *potuiſſetis, de expromta & ſyncera mea voluntate erga vos, quæ ex multis*
officijs abundè vobis cognita eſſe poteſt. Præterea palàm adfirmare auſim, q.
ex omnibus literis, quas magiſtratibus, conſiliarijs ſupremarũ curiarum, &
decurionibus ciuitatum Belgicarum ſcripſi, vix vnum tuli reſpõſum, quoniã
ab eiuſmodi hominibus interceptæ ad manus illorum, ad quos mittebantur,
non peruenerunt. Hac de cauſa neque ſubditi de mea, Regisq; voluntate
certiores fieri poſſunt, neque nos, quid ſubditi poſtulent, aut apud ſe ſta-
tuant, ſcire poſſumus. Idcircò cogimur denuò literas ad vos mittere; incer-
ti tamen, an ad vos ſint peruenturæ, quibus ſignificamus, nos expectare re-
ſponſum ab Ordinibus, quid ſcilicet ſtatuerint ſuper iis, quæ decem abhinc
C *diebus tractanda cum eis miſimus. Volo etiam vos ſcire, bonam ipſorum vo-*
luntatem nobis probè cognitam, in iis, quæ ad duo capita ſpectant, nempe de
religione Catholicâ Romanâ inuiolatè ſeruandâ, & obedientiâ Regi debi-
tâ, quæ ſunt vera fundamenta omnium Statuum, & rerump. bene inſtituta-
rum. Nobis quidem exploratum, vnumquemq; pro viribus eniti, vt hæc duo
capita reconciliationis integrè & ſyncerè ſeruentur, cum autoritate ſummi
& generalis præfecti, quod ab illis ſemper expectaui. Attamen cùm planè no-
bis cognitum ſit, malè feriatos homines aliquot temerariè contra noſtrã per-
ſonam attentâſſe, & Aurantium, omnesq;, qui ipſi fauent, ſupra modum Or-
dinibus gratioſos, qui illorũ calumnijs aures potius præbuerũt, quàm noſtræ
D *clementiæ fidem habuerunt. Nos fatemur, quòd pro ſecuritate noſtra, muni-*
tum locũ quæſiuimus, donec à nobis omnibus incõmodis et periculis, quæ ex
hac rerũ confuſione timentur, remediũ adhibitũ ſit, quod factũ ab Ordinibus
iuſtè reprehẽdi non poteſt, ſed potius laudari, q. pericula dilig̃ẽter præcaue-
re ſcimus, et inſidias inimicorũ deuitare, quẽadmodum illis ſignificauimus, et
fuſiùs declaraturi ſumus, cùm eos cõueniendi dabitur facultas. Interea illos ad-
monitos eſſe volumus, nihil aliud expoſcere, quã vt ea, quæ promiſere, adim-
pleãtur, ſicuti in articulis pacificationis declaratũ, Regẽ à bello cõtra ſubdi-
tos abhorrere, nec exterorum copias, quas è Belgio expulimus, eò remittere

H 2

1577. *decreuiſſe. Propterea nihil nouum moliri cupimus, nec vlla priuilegia abro-* A
gare: Præcipua nobis cura eſt, religionem Catholicam Romanam ſartam tectam tueri, atque efficere, vt debita Regi obedientia præſtetur, atq; res in eum ſtatum redigere, in quo erant tempore Caroli V. Imperatoris, fœlicis memoriæ, patris noſtri, quod animi propoſitum omnibus bonis placere debet. Sed nos videmus, quoſdam refractarios & rebelles apud Ordines benignè recipi, illiſq; fidem adhiberi, quoſdam videmus erga fidem Catholicam peßimè adfectos, quoſdam quos vermis conſcientiæ pungit, ita, vt quieti & ſecuri viuere non poßint, alios ob priuatum commodum, quod ex tumultibus ſperant, nouis rebus ſtudere. Hi omnes diſsidia quærunt, atq; in nouas tur B
bas, & inteſtina bella conijcere, nihil de illorum exitu cogitantes, qui alius eſſe non poteſt, quàm deſolatio patriæ. Demiror eiuſmodi homines tantum efficere potuiſſe, qui in ſuas partes tot viros eximios, præſules & regulos, tot prudentes & ſagaces Catholicos & fideles ſubiectos Regis pertraxerũt, perſuadentes illis, vt arma contra propriam religionem, propriumq; dominum, conſanguineos, amicos, patriam, deniq; contra ſeipſos caperent. Nam ſi veſtrum quilibet apud ſe conſideret, hoc factum quale ſit: neceſſe eſt vt fateatur, contra religionem Catholicam, aut contra Regem noſtrum ſupremum dominum & Principem naturalem, aut contra noſtram perſonam ſuſceptũ, & vt vno verbo dicatur, volunt mutare fidem, aut Regẽ, aut Gubernatorẽ, C
aut hæc tria ſimul. Si contra religionem arma capiunt: vbi fides, & iuramentum, quod Ordines ſæpius iterârunt, quòd ab auita religione nulla de cauſa diſcederent. Præterea bellum aduerſus Deum ipſum gerent, ipſiuſq; mandata & doctrinam, atq; conſtitutiones noſtræ matris Eccleſiæ, in qua nati, baptizati & educati ſunt, contra proprias perſonas, & in gratiam hæreticorum, qui Catholicorum hoſtes ſunt, & ſanguinem ipſorum ſitiunt. Hoc apud vos conſiderate, ſi à ſancta fide Catholica deficere ſtatueritis: Regem conatus omnes atq; vires conuerſurum, ad religionem, quam profitetur, tuendã, quandoquidem Catholicæ fidei defenſionem non deſeret, à qua præclarũ cognomentum ipſius maiores accepêre. Si Regi veſtro & ſupremo principi ac D
domino bellum denũciare, & ad alium deficere ſtatueritis, (quod mihi perſuadere non poſſum) perpendite apud vos, an vlla lex diuina, vel humana id vobis concedit, & quàm iuſtam ad id agendum occaſionem habetis, præſertim poſt vltimam pacificationem. Inuenientur ſatis ſcio aliqui, qui magnitudinem animi in vobis admirabuntur: ſed quod indè commodum expectatis? Rex, qui potentiſsimus dominus eſt, ſibi non eſt defuturus, quin ſummo ſtudio & viribus ſuam autoritatem tuebitur, & cauſam ſuam enixiſsimè defendet. Cogitate etiam, qualem infamiæ maculam vobis inuretis. Etenim per-

duelles;

Aduelles & rebelles omnium calculis iudicabimini. Si contra nos bellum ge- 1577.
ritis,quæſo quem prætextum aut cauſam allaturi eſtis? Nónne pacificatio-
nis articulos omnes obſeruaui? Nónne,quæ promiſeram,abundè exolui?Hi-
ſpanos milites è Belgij finibus excedere iuſſi,& trans Alpes remiſi, arces &
alia munita loca, quæ ab illis tenebantur, indigenis hominibus cuſtodien-
da tradidi, priuilegia veſtra inſtauraui & confirmaui, omnia Politica ne-
gotia ſumma cum lenitate & patientia tractaui, adeò vt de dignitatis gra-
du, in quo ſum conſtitutus, decedere, & multa indigna pati, à pleriſque
viſus ſim. Si qui ſunt, qui nos accuſare, & grauis alicuius facinoris arguere
B velint, prodeant in medium,& proferant,quæ aduerſus nos habent, ſigilla-
tim ad omnia reſpondebimus. Multa beneficia in gentem Belgicam à nobis
ſunt collata,tum ante noſtrum in has terras aduentum, cùm in Hiſpania ad-
huc eſſemus,tum poſt noſtrum appulſum,cùm rerum adminiſtrationem ſuſ-
cepimus. Si hæc non ſufficiunt, ad promerendam Belgici populi gratiam,ſi
nihili à vobis fiunt,ſi perſona,ſi præſentia mea diſplicet; & alius vobis gra-
tior eſt,magiſq; idoneus,ad Belgij præfecturam iudicatur,abſit, vt renouan
do bello occaſionē demus: Placet vobiſcum ſupplices literas ad Regem mit-
tere,vt nobis facultatem in Italiam aut Hiſpaniam abeundi concedat,traditâ
ei,qui nobis ſuffectus erit,adminiſtratione,& interim ceſſetur ab armis. Ad
C populi miſerè adflicti commodum reſpicientes, cenſuimus, vt milites,quos
Ordines collegerunt, exautorentur, quibus propter anteacta fides haberi
non poteſt,neque fideles & ſtrenua opera ab illis ſperari. Hoc adeo æquum
mihi videtur, vt denegari non debeat nec poſſit, niſi ab ijs, qui bellum paci
præferentes,nullam concordiæ rationem ad animum admittunt. Quilibet ſa-
ni iudicij bene animaduertit,multo facilius eſſe tempora pacis,quàm belli pu
blica negotia adminiſtrare. Sicuti autem pluries antea teſtatus ſum,ita vobis
nunc adſeuero, me nihil de bello ſuſcipiendo ſtatuiſſe, neque de reuocandis
Hiſpanis,quod nonnulli,veſtræ tranquillitatis & quietis hoſtes, vobis per-
ſuadere volunt. Quod mihi obijcitur, me Regi literas contra vos ſcripſiſſe,
D non moleſtum mihi erit, omnes planè intelligere, quid in literis continetur,
& ſi opus fuerit,talem rationem huiuſce noſtri facti reddemus, vt nemo con
queri poſſit,ſibi non ſatisfactum fuiſſe: & quicquid homines turbulenti de-
blaterent,facile eſt vobis intelligere,ſi quid mali aduerſus Belgas moliri vo-
luiſſem: Hiſpanos milites, qui multas munitiſſimas arces tenebant,retinuiſ-
ſem: Nemo me cogebat,eos traditis arcibus remittere. Et hinc quilibet iu-
dicare poteſt,animum noſtrum non ad bellum: ſed ad pacem proclinare, ni-
hilq; magis expetere, quàm publicam & tutam huius patriæ quietem,vt gu
bernetur,quēadmodum in temporibus Caroli Imperatoris,patris mei; nēpe

1577. *vt populus in auita religione* Catholica Romana, *& in obedientia* Regi *debita retineatur. Quamobrem ſingulos oramus & monemus, vt in fide, & officio maneant, & ab hoſtibus ſe decipi non ſinant: ſed illis communibus animis reſiſtant, ne* Rex *& ego, ipſius nomine, contra voluntatem atque animi decretum cogamur aliquid acerbum in vos ſtatuere. Hoc animis veſtris conſiderate, ſi bellum, cùm alicubi graſſatur, finitimis populis permoleſtum & damnoſum eſt, quàm exitiale poteſt eſſe populis illis, apud quos geritur, & præcipuè illud, quod inter* Regem, *& ſubditos. Proponite vobis ante oculos, quos fructus ſit allaturum, latrocinia & depopulationes, templorum direptiones, vrbium excidia, mulierum conſtuprationes, virorum cædes, patriæ vaſtationem, populorum captiuitates, famem ingentem, atrocem peſtem & denique* Dei *iram. Hæc omnia bellum ſequi ſolent, & maximè ciuile, quale illud eſt, quod ſuſcipere cogitatis. Si ſopitis diſcordiis, concordibus animis, ad pacem feramur, hæc imminentia mala auertere poterimus: videtis pariter militum inſolentiam, qui nulli diſciplinæ ſe ſubijci patiuntur: videtis eorum perfidiam & rapacitatem, qui lucra & commoda omni honeſtate potiora exiſtimant, & omnia, cùm fortiores ſunt, in prædam vertunt: videtis, eos importunis vocibus debita ſtipendia efflagitare: vobis autem tantum pecuniæ non ſuppetere, quantum ſibi deberi adſeuerant: quo vſque nunc malitia progreſſa eſt, quilibet animaduertere poteſt. Plebs importuna atque inſolens magiſtratibus imperat, & improbi legem probis dicunt, ex quo facilè intelligere eſt, qualem huius negotij exitum ſperare licet: & ſi rectè perpenderitis, quàm atroces & hoſtiles animos erga vos gerant veſtri conſultores, qui ad bellum contra* Regem *vos incitant, planè videbitis, ipſorum conſilia eò ſpectare, vt vos perduellionis crimine infames reddant, in ſuum commodum hoc vertentes, quòd exiſtiment, ſuam ſecuritatem in veſtro incommodo & periculo conſiſtere, atq; in bello, quod aduerſus* Regem *vos ſuſcipere hortantur. Quocirca coram* Deo *atque hominibus teſtor ego, quòd ſi bellum, mea opera & ſtudio ſopitum, renouetur, (quod* Deus *auertat) non in* Regem, *nec in me culpam redundaturam, ſed in eos, qui ad capienda arma coegerunt. Nam patria veſtra, noſtræ fidei commiſſa, vel cum vitæ diſcrimine nobis eſt defendenda. Nec dubitetis,* Regem *omnes conatus & vires, quas* Deus *illi cōceſſit, adhibiturū, pro defenſione religionis, protectione bonorū, & caſtigatione malorū, & recipiendâ à ſubditis debitâ obedientiâ. Hoc autem bellum, vt dirum, & maximè ferale ſubditis fore præſagio: ita permoleſtum, & graue nobis: ideò, quantum in nobis erit, maximè vitabimus. Rogamus itaque omnes, qui* Regi *fidem ſeruare volunt, ſecuri, & depoſito omni metu ad nos veniant, aut procuratores*

tores

A *tores mittant, vt plenius noſtram voluntatem, atque animi propoſitum intelligere poßint, declarantes, eorum aduentum nobis quàm gratißimum fore, & nos illos omnes pro ipſorum meritis honorificentißimè accepturos, corúmque operâ in noſtris negotijs, cùm occaſio offeretur, vſuros. Exoptamus etiam, vt hæ literæ ad omnium notitiam perueniant, in teſtimonium noſtræ propenſæ in Belgas voluntatis, vt ſinguli intelligant, nos perſiſtere velle in noſtro primo propoſito, & ſolitâ erga vos beneuolentiâ ſemper vti, magis ac magis fidelium Regis ſubditorum vtilitatem procurantes: & grauiter dolemus, quòd per malitiam quorundam turbulentorum ho-* 1577.
B *minum, tam ampla & fertilis prouincia tendat in ruinam, quod Deus diuina ſua clementia auertere dignetur. Nunc dilectißimi, vt de his vos præmonitos eſſe volui: ſic reipſâ cognoſcetis mala, quæ ex bello proueniunt, & eorum voluntatem probabitis, qui pacem amplectendam & colendam ſuadēt, quam Deus vobis largiatur, & adimpleat veſtra bona deſideria.*

Hæc quamuis ab Auſtriaco prudenter excogitata, & opportunè propoſita fuerint: nihil tamen ad bellum auertendum profuêre, quoniam populus Belgicus, eiectis Hiſpanis, & receptis commodioribus arcibus, iam rem ad exoptatum exitum perueniſſe putabat. Acriores etiam ſtimulos, ad reti-
C nenda arma, ijs addidêre, Regis literæ, ad Mediolanenſem præfectum ſcriptæ, quibus mandabat, vt Hiſpani milites, qui in agro Cremonenſi erant, cum maiori parte equitatus Inſubriæ, in Belgium profectionem pararent. Scripſêre etiam Status ad Regem literas, quibus de ſumtis armis ſe excuſabant, & noui tumultus cauſam in Auſtriacum reijciebant, petebantque eum à gubernatione remoueri, & alium magis gratum populo in ipſius locum ſubſtitui. Erant autem literæ in hanc formam conſcriptæ: *Dolemus vltrà quàm dici poßit, Serenißime Rex, D. Ioannem Auſtriacum eam ſibi perſuaſionem induiſſe, at-* *Literæ Statuum ad Regem.*
D *que imaginationem aſſumſiſſe, quaſi machinatio quædam contra ipſius perſonam ſuſcepta, atque inſtituta fuerit, de qua non dubitamus tuam maieſtatem iam eſſe factam certiorem. Et quamuis idem ipſe D. Ioannes nobis hoc ipſum ſignificauerit: credere tamen haud potuimus, à tuæ maieſtatis Statibus, aut vaſallis hoc ipſum cogitatum vnquam, propoſitum, vel attentatū fuiſſe, propterea quòd ſi quis ex omnibus tuæ maieſtatis ſubditis facinus tam enorme & infandum, in his regionibus, aggredi fuiſſet auſus: is proculdubio certo ſibi perſuadere potuiſſet, ſe hoc ab omnibus generaliter totius Belgij hominibus impunè non fuiſſe laturum, quin exemplari quadam*

1577. *puuitionis vindicta & merito, in hunc animaduerſum fuiſſet. Id tameſi D.* A *Ioanni nos in hac parte excuſando declarauimus: is tamen in huiuſmodi ſua concepta imaginatione & apprehenſione tam fixus manet, atq; firmiter per ſuaſus, vt huius occaſione, timore quaſi perculſus, pro ſaluanda perſona ſua, ſeſe in arcem Namurienſem receperit, eo quidem modo, qui toti mundo ſcandalum præbuerit, atque hoc tanto magis, quòd priuſquam arcem occuparet, & Mechliniæ adhuc ageret, nobis, qui conſilium tuæ Maieſtatis ſuſtinemus, inſciis, cum Germanis militibus ibidem ita tractauit, vt eos in ſeruitium aſſumens, pro ſe de nouo exercitum conſcriberet, tantum abeſt, vt quemadmodum inter nos cum eo conuenerat, ſecundum pacificationis tractatum ſatis-* B *faciendo illos dimitteret: vtpote quibus vigeſimus quartus Iulij, iam præteritus dies, per ipſum D. Ioannem aßignatus fuerat antea. Res tam inopinata & ſcandaloſa nobis occaſio fuit, aliud non immeritò quidpiam ſuſpicandi, præter id, quod is ſe nobiſcum tractare ſimulabat. Inde factum eſt, vt data nobis occaſione intercipiendi, aperiendi, & viſitandi literas, hinc inde ſcriptas, adeò poſtea ſit aucta, & confirmata ſuſpicio, & opinio noſtra omnium, vt deceptos nos tandem, & in eos difficultatum terminos, in quibus etiamnũ ſumus, coniectos eſſe, animaduertimus. Quare D. Ioannes ſeipſum, qui in poſterum huius patriæ gubernacula teneret, haud idoneum agnoſcens & iudicans, nobis, quos dereliquit, propoſuit, ſe à tua maieſtate licentiam pe* C *titurum, hinc abſcedendi, in quem finem ſe nobis etiam declarare idipſum aiebat, vt & nos ſimul pro alio Gubernatore eiuſdem ſanguinis tuæ maieſtati ſupplicaremus. Cùm igitur res ſic ſe habeat (licet nobis hoc diſpliceat vel propter prudentiam, & varias virtutes, quibus eum D. Ioannem præditum eſſe videbamus, & ob quas, ſingulari quadam deuotione, magna de ipſo ſperabamus, animaduertentes tamen, non tam affectionem illius à nobis, quam populi ſuſpicionibus iam dictis imbuti, ab illo abalienatam:) noluimus committere quin quàm humilimè tuæ maieſtati ſupplicaremus, vt ſecũdum quod neceßitas noſtra requirere videtur, nobis hac in parte, cùm id ipſum & D. Ioannes expetat, de alio Gubernatore ſanguinis tuæ maieſtatis, & de tali pro* D *hac vice nobis prouidere dignetur, qui ſe extra ſuſpicionem, quam diximus, & Statibus gratus atq; acceptus, in hac patria gerat, vt populus hoc pacto in officio tanto melius contineri, nec rationis limites trãſgredi poßit, id quod vel propter inſtantes has nouas alterationes, non ſine cauſa, timendum eſt. In hoc nihilominus confidimus, nos interea ſub ſpe alicuius noui Gubernatoris, & eius, de quo ſupra, tali vſuros diſcretione, vt nullũ incõueniẽs oboriatur: ſed vt duo etiam illa, quæ tua maieſtas à nobis requirit, religio nimirum Catholica Romana, & obedientia tuæ maieſtati debita, inuiolabiliter obſeruen-*

A *uentur, de quibus ſupplicamus maieſtati tuæ, nequaquam velle dubitare, modò ipſa maieſtas tua nobis in hoc adeſſe dignetur, vt vel ſtatim de nouo quodam, ac tali, vt diximus, Gubernatore nobis prouideat, vel quamprimum per literas ſuas de voluntate & intentione ſua nos certiores faciat, atque interim autoritate ſuâ Regiâ Status quoddam conſilium ſtabiliat, quod patriæ huius maſſam teneat, populumq́; in obedientia retineat, quod vel eo magis neceſſarium eſt, quod D. Ioannes à nobis diſcedere perrexerit. Obteſtamur tuam maieſtatem, quantâ poſſumus humilitate, ne noua hæc alteratio rerumq́; mutatio nobis imputetur, vt qui nihil aliud deſideramus, quàm &* 1577.
B *in antiqua catholica religione, & in tuæ Maieſtatis obedientia tali permanere, qualem quondam Imperatori tuæ Maieſtatis parenti exhibuimus, ſed vt infortunio potiùs alicui tribuatur, quod inſperato & contra noſtram voluntatem accidit. Tuæ maieſtati nos interea quàm humillimè commendantes, Deum creatorem precamur, vt pro diuina ſua clementia, Maieſtatem tuam cuſtodire dignetur, eidemq́; clementer id inſpirare, quod pro deſolatorum pauperrimorumq́; ſubditorũ huius patriæ ſalute ac tranquillitate expediat.*

Rex tandem decreuit; *Omnes & ſingulas pacis conditiones obſeruare, & ijs exactè atque integrè ſatisfacere, modò Status duabus, in quas iuraſſent, conditionibus ſatisfacerent, videlicet Romanam illam & catho-* *Regis reſpõſum.*
C *licam religionem obſeruando, & debitum ſuæ Maieſtati obſequium præſtando; quod quidem obſequium violatum eſſe conquerebatur, ideoq́; optabat, & mandabat, vt quod in hac parte peccatum erat, corrigeretur, planè & expreſſè Statibus edicens, vt ea ſuæ maieſtati exhiberent, quæ ipſi omni iure diuino & humano debebantur, & omni tempore habuit & vſurpauit, quæ etiam ex ſcriptis factæ pacis conditionibus, Regiam maieſtatem habere conuenit, quæ in ſumma ſic proponebantur: Vt arma, quæ ſuo iniuſſu ſumpſiſſent Status, deponerent, & in poſterum de imperio in milites, aut alios habendo, non cogitarent, ſed id ſuæ maieſtati relinquerent, cuius ſolius eſſet, imperare clientibus, ſubditis, beneficiarijs, tributis, centurionibus, & alijs*
D *in Belgio exiſtentibus militibus. Vt non paterentur, Aurantium eiusq́; complices, fautores & adminiſtros, vllum locum habere inter ſe, vt quos ſcirent, capitales catholicæ religionis & obſequij, Regiæ maieſtati præſtandi, hoſtes eſſe, & quietis publicæ perturbatores, & eò magis habendos pro inimicis, quod Aurantius pacis factæ decretis neq; voluiſſet, neq; regiæ maieſtatis cõfirmationem ratam habuiſſet, neq; vnquam ad hoc induci potuiſſet, vt illam publico præconio pateretur promulgari, in pluribus capitibus etiam vim faciens fœderi Gandauenſi, quod ante omnia inſtaurari, & ſartum tectum obſeruari oportebat, oſtendendo non ſolùm verbis ſed reipſa, quàm bene &*

1577. *ſincerè (quod dicerent Status) erga pacem affecti eſſent, ad hunc finem omnia dirigerent. Vt eos omnes, qui poſt edictum pacis, prouinciarum, vrbium, caſtrorum, & magiſtratuum præfecturas vſurparunt, aut conſcribendi aut ducendi exercitus autoritatem ſibi vendicarunt, ſuo gradu & officijs vſurpatis Status moueant, vt per eos adminiſtrentur, qui regiæ ſuæ maieſtatis autoritate ad eas dignitates adſciſcendi ſunt. Vt arma ſumta populus ad ſua conſueta opera & in priſtina tranquillitate poſitus artes ſuas exerceat. Vt omnes captiuos, & cum primis Terlonium, & Carolum Fuggerum, & alios dimittant. Vt è veſtigio curent ceſſare omnes vexationes, inuaſiones & cætera hoſtilia, quæ Aurantius contra Amſterodamenſes exercet. Vt decreto pacis Germanis ſtipendium exſoluant, quo illi quamprimum in patriam redeant, vt & Belgæ quoque ad ſuas quique domos ſtatim reuertantur, ibiq; prouinciale Statuum vniuerſorum concilium expectent, quod Regia maieſtas intra paucos dies iuſtè & legitimè omnibus ordinibus ex omni numero conuocatis, indictura eſt. Et tandem, vt omnia ſint parata & tranquilla, atq; in iuris & iuſtitiæ præſidio bene conſtituta, ſub ſuæ maieſtatis autoritate atque obedientia, per magiſtratus, ab illa deligendos, omnibus ad obtemperandum paratiſſimis.*

Quid petant Status ab Auſtr. Atque hæc ferè ſunt, quæ Rex ex Hiſpania ſcripſerat: proponebatur etiam à Statibus Auſtriaco, tanquam via vnica ad pacem, vt Namurium, Carolomontium, Marieburgum, Sampſonum, Thyrium, & quædam alia loca relaxarentur, atque Auſtriacus Lucemburgum interim ſe reciperet, vtque concilium Statuum primo quoque tempore inſtitueretur.

Aurantij apparatus. Aurantius interea nouũ ex equitibus & peditibus coegit exercitum, & ei rei conficiendæ Comitem ab Hollach præfecit, cui de nouo, veteres tribuni, & præfecti ducendorum militum nomina dabant.

Ordinum progreſſus. Ordines copias, quas paratas habebant, ad arces a. oppida, quæ regijs præſidijs tenebantur, duxerunt, primum caſtellum Vvanum, vbi cohortes aliquot legiones Fuggeri in præſidio erant, adgreſsi ſunt. Præerat Ordinum copijs Champagnyus, cui quarto obſidionis die deditionẽ fecerunt. Non minori felicitate Tholam & Steenbergam vrbes in poteſtatem redegit. Inde ad Berghas mouit, vbi Fuggerus erat, qui cum extrema pati potius, quàm vrbem deſerere, ſtatuiſſet: à militibus ſuis prehenſus Champagnyo traditus eſt. Illi vitâ & rebus ſaluis, liberè, quo vellent, abire permiſsi ſunt. Erant

Bosle-

A Boſleduci in præſidio vexilla aliquot Germanorum, ex O- 1577
berſtenij legione: eam vrbem obſidendam ſuſcepit Hohenlous Comes, quam, Germanis ſub tolerabilibus conditionibus exeuntibus, in poteſtatem Ordinum redegit. Germani, qui Bredam tenebant, de obſidione toleranda deſperantes, tradito Fronſpergo duce ſuo, qui vrbem defendendam iudicabat, liberè abeundi facultatem impetrârunt.

Vt ſingulæ autem prouinciæ, quæ Ordinum autoritatem reſpiciebant, commodiſsimè gubernarentur: electi ſunt à populo præfecti, qui ſummo cum imperio Ordinum nomine *Præfecti Prouinciarum conſtituti.*
B illis præeſſent. Aurantio Brabantia obuenit, cum ſummo totius populi gaudio, quod Bruxellenſes, feſtis ignibus excitatis, declarârunt: Areſcotanus Flandriç præfectus deſignatus, ad Gandauum primariam vrbem profectus, à ciuibus honorificentiſsimè exceptus eſt, viginti tribus peditum vexillis, & trecentis equitibus ei obuiam prodeuntibus. Poſt triduum, excitato in vrbe tumultu, ab ipſis ciuibus captiuus *Tumultus.* factus eſt: ſed poſt aliquot dies libertati reſtitutus, priùs præſtito ciuibus iuramento de obliteranda omnis iniuriæ acceptæ memoria. Eodem tempore capti ſunt ſimiliter ab illis
C Epiſcopi, Brugenſis & Yprenſis, Baro Raſsingemeus, Champagnyus, Mocronius, cum filio, Sueuegemeus & Eykeus.

Non diſsimili euentu Grunningæ tumultuatum: Siquidem præſules, & nobiles aliquot circumiectæ regionis à ciuibus capti ſunt, & cuſtodiæ traditi, propter antiquam controuerſiam, quæ eſt inter ipſos ciues, & colonos. Miſſus eo Santaldegondus cum Sylla ab Aurantio & Ordinibus, qui diſsidia componeret, ſed ab effreni plebe nihil moderatum impetrari potuit. *Tumultus Groningæ*

Ijs fermè temporibus luridus Cometes in inferiori Germa-
D nia apparuit, qui præmonſtrare viſus eſt horrendas clades, quæ poſtea in eis partibus euenêre, & Auſtriaci mortem, quæ intra annum ſequuta eſt.

Quamuis autem Ordines multa munita loca, quæ à regijs *Ordinũ cõſultatio de duce eligẽdo.* tenebantur, in poteſtatem redegiſſent, & quàm plurimos homines variarum nationum, apologiâ publicatâ, in cauſæ ſuæ defenſionẽ traxiſſent, ita vt de belli euentu optimè ſperare poſſent: tamen Auſtriaci acerrimi bellatoris vim, & po-

1577. tentiſsimi Regis conatus admodum formidabant. Idcirco A
Principem maioris autoritatis, quam Aurantius erat, ſummę
rerum præficiendum iudicârunt: & cùm de hac re multum
deliberaſſent, non viſus eſt illis aptior vllus, quàm Matthias
Archidux, Imperatoris frater. Nam quod ex domo Auſtriaca
eſſet, exiſtimârunt Regem non tam ęgrè laturum, quàm ſi exterum, & nulla conſanguinitate coniunctum, delegiſſent.

Matthias archidux in Belgium vocatus.

Miſsis itaque ad eum literis per Malſtedum nobilem rogârunt, vt quàm primùm in Belgium veniret, ad ſuſcipiendam
ſummam rerum adminiſtrationem, quę ipſi ab vniuerſo po- B
pulo, grauiter Hiſpanorũ iugo ac tyrãnide oppreſſo, ſummo
conſenſu, deferebatur. Matthias, acceptis ab Ordinibus Belgij literis, noctu quàm occultiſsimè fieri potuit, ne Imperator frater impediret, quem id factum nequaquam probaturũ
ſciebat, aſſumto ſecum vno tantùm itineris comite, Viennâ
exijt, & citatis equis in Belgium conuolat.

Imper. ſe excuſat de facto Matthiæ fratris.

Miſit Imperator literas ad Auſtriacum, quibus eum certũ
fecit ſe inſcio & inuito fratrem, portarum clauſtris de nocte
laxatis, clanculum è Vienna Auſtrię abiuiſſe. Eadem Caſtellæ
Ammiras (qui ſub id tempus Regis Hiſpaniarum nomine in C
aulam Cæſaris venerat) ad Auſtriacum ſcripſit, quomodo
Imperator diſceſſum fratris cum ingenti animi dolore tuliſſet, & multos ad eum inueſtigandum miſiſſet, literaſque ad
omnes Electores dediſſet, vt eum in itinere interceptum detinerent, & ad ſe reducendum curarent.

Aduentus Matth. arch. in Brabantiã.

Vbi ad Liram Brabantiæ oppidum Matthias archidux veniſſet, monitus eſt, tantiſper ibi morari, dum conditiones,
quibus Belgij adminiſtrationem ſuſcipere debeat, communi
conſilio per delectos Proceres ſtabilirentur, quæ ipſi non
multò pòſt hunc in modum fuère oblatæ: *Cùm hæ partes infe-* D
*rioris Germaniæ, annis ſuperioribus, adeò exercitæ & vexatæ fuerint:
propterea quòd iuribus, conſuetudinibus & patriæ priuilegijs conſeruandis, ab illuſtribus regiæ maieſtatis maioribus, bona ex parte, ob virtutem &
merita olim conceſsis, & ab ipſo Rege, eorundem conſeruationem iurante,
confirmatis, multum derogaretur, quæ quidem iura, & conſuetudines ac
priuilegia, quia cum magna autoritatis imminutione, detrimento, damno &
vaſtatione patriæ, Hiſpani Gubernatores, vi & viâ armorum incedentes,
violârunt, atque infregerunt. Hinc omnis illa tumultibus præteritis occaſio
data.*

A *data eſt: & profectò iam omninò firma quædam ſpes erat concepta, quòd in* 1577.
his regionibus per fœdus Gandauenſe, & aduentum D. Ioannis Auſtriaci,
iura, conſuetudines, & patriæ priuilegia, redintegrarentur, & in priſtinum
gratiæ ac vigoris locum reponerentur, prout ſe facturum promiſerat, & in
ipſo ſuæ gubernationis initio, ſe velle facere, oſtēdebat: ſed quia hac ſpe ſe vi-
derunt fruſtratos eſſe, poſtquam D. Ioannes ſe in caſtellum Namurienſe rece-
piſſet: imò cùm gubernatione relictâ palàm fieret, & manifeſtū eſſet, quòd
vbi conſeruare, & dicta priuilegia & immunitates in integrum reſtituere
debuiſſet, machinatur ipſa inuadere atque opprimere, omnibus modis cona-
B *tus, vt eos priuilegiis priuaret: coacti ſunt, pro iis ſeruandis, arma capere: Et*
cùm hæc tam ardua negotia agi commodè non poſſent: quemadmodum e-
tiam hæ regiones bene gubernari non queant ſine capite, aut principe ali-
cuius ſummæ autoritatis, & maximi nominis, eiuſdem cum Rege ſanguinis,
& is ſit, qualis pro priuilegiis, olim & dudum à Regia maieſtate conceßis,
requiritur: viſum compellare celſitudinem Matthiæ archiducis Auſtriæ, fra-
tris germani Imperatoris, eiusq; cum Rege progeniei, & ſanguinis, vt quē-
admodum aliâs ſuam eis operam detulerat, ei placeat accedere, ac ſua auto-
ritate & conſilio iuuare, atq; Regis nomine harum Prouinciarum guberna-
tionem capeſſere, priuſquam vicinus aliquis Princeps, hac præſentium tur-
C *barum occaſione arreptâ, huc pedem inferret; id, quod mutandæ religionis*
Catholicæ Romanæ anſam præbere, atq; obedientiæ, Regi debitæ, multum
derogare poſſet. Vt verò populus in poſterum ſit tutus & ſecurus, & om-
nem abijciat ex animis diffidentiam; quam adhuc formidoloſus, ex ſupradi-
ctis calamitatibus & miſeriis iuſtè conceptam, fouet: decreuerunt dicti Or-
dines, hæc ſequentia quarundam conditionum capita, D. Matthiæ archiducis
Auſtriæ celſitudini proponere, qui, priuſquam ad harum Prouinciarum gu
bernationem admittendus ſit, in illas iuret, & ſanctè promittat, ſe eas incor-
ruptè atq; integrè ſeruaturum & præſtituturum: contra quas neq; ipſe de-
linquat, neque alios impunè delinquere patiatur.. Principio ipſe pa-
D *triam gubernabit cum concilio Status, ab vniuerſis Statuum Ordinibus con*
ſtituendo & deligendo ex eorum numero, qui ſint in his Prouinciis oriundi,
addicti & fideles patriæ, ab omnibus auaritiæ & ambitionis ſuſpicione, ſed
maximè à priuatis & ſingularibus rerum præteritarum affectibus, alieni,
ſapientes, & in reip. adminiſtrandæ, & belli gerendi negotiis apprimè ver-
ſati. In ſumma, qui ſint tam boni nominis & famæ integræ, ipſi boni à bonis
prognati, quàm fieri poſſe credibile ſit. Omnia negotia in ipſo cum alio agi-
tanda & tractanda, pluribus dicti Concilij ſuffragijs cōficiantur, & tranſi-
gantur: neq; dictus Gubernator pro ijs mutandis, ad aliqua conſilia priuata

1577. *aut ſecreta receptũ habeto. Et ſi deprehẽdatur, q aliqui Conſiliariorum, vel* A
alij, qui cum officio, aut dignitate ſunt, aliter ſe in ſuis munijs habuerint, aut
geſſerint, ac decebat, ad petitionẽ Statuũ generalium, de alijs ipſe prouideto.
In rebus alicuius ponderis aut momẽti, ad patriam vniuerſam ſpectãtibus, i-
pſe inſcijs atq; inconſultis vniuerſorũ Statuũ Ordinibus, nihil attentato. Imo
& ipſi Statuum Ordines res graues & arduas, ad cõmunitatẽ ſpectãtes, tra-
ctaturi, vt ſunt conſtituẽdæ exactiones, æs alienum, aut mutuũ petendũ, bel-
lum, pax, pacta, & fœdera, cũ principibus aut populis externis inita, & a-
lia his ſimilia, priuſquam res definiatur, aut aliquid certi de ijs conſtituatur,
tam ad conſpicuos magnæ autoritatis viros, quam ad plebeios homines refe- B
runto: quum æquum ſit, illud ab omnibus probari, quod ad omnes pertinet:
id quod priuilegia & antiqui patriæ vſus requirunt. Præter communem, &
vſitatam rerum conſuetudinem, inſcijs & inconſultis vniuerſorum Statuum
Ordinibus, legitimè propterea conuocandis, ipſe edicta aut nouas conſtitutio
nes per ſe ne facito. In ſumma, Gubernator in iis omnibus rebus Statuũ gene
ralium ſuffragia cõſulito, in quibus Princeps naturalis, tanquã Dux Brabã-
tiæ, tenetur Statuũ Brabãtiæ ſentẽtias rogatas colligere, ſic tamẽ vt legati diſ-
ceptatores prius Ordine et debitè ea cõmunicent cũ ſuis, à quibus miſſi ſunt,
ſuperiorib. Omnium literarum, quas accepturus eſt, quocunq; modo de pa-
triæ rebus tractantium, dictum concilium particeps eſto, vt collectis conſi- C
liariorũ ſuffragiis, quid illis faciũdum ſit, definiri poſſit. Indicto Cõcilio ſiue
collegio, nulla negotia tractãtor, quæ ſint alicuius momenti, aut quæ ad reip.
ſtatum pertineant, niſi maior pars Conſiliariorum præſto ſit. Omnia in dicto
Concilio acta, tranſacta atque expedita, ſupremâ manu additâ, ſcribuntor, et
notantor. Dictus Gubernator reſtituito & confirmato omnia, quæcunq; &
qualiacunque antiqua priuilegia, vſus, conſuetudines, quæ ipſi læſa, violata
aut violẽter ſublata atq; erepta eſſe, poſſint oſtendere. Diſceptatores & Le-
gati Statuũ congregati ſimul manento, quandiu ipſis commodum videbitur:
prout negotia poſtulabunt; & generales Statuum Ordines, quoties viſum
erit, congregantor. Ad preces & petitiones alicuius Prouinciæ: in qua ali- D
quid inſperatum accidet, propter quod debeant Prouinciales conuenire: ne-
ceſſariò ſtatim congregantor, non expectato mandato aut poteſtate, eis à Gu
bernatore faciẽdâ. Alicuius ſingularis Prouinciæ Status toties cõgregantor,
quoties libebit, aut iudicabũt expedire. Fœdera pacis Gandauẽſis in omnibus
& ſingulis articulis obſeruantor, neq; vſquã, ſub aliquo cuiuſcunq; rei præ-
textu, violantor. Et ne quiſquã cauillatione, vel inſigni aliqua captione deci
piatur, aut ratione interpretationis dicti decreti Gandauenſis, incommodum
aliquod patiatur: articulus ille, qui eſt de ſcãdalis, per Status declarator, quẽ-

admo-

A admodum & cæteri omnes, qui in dicto decreto continentur. Quoties aũt 1577.
diſſidium orietur, aut quãdo erit controuerſia de vera & genuina alicuius articuli ſentẽtia: ea ad Status generales legitimè cõgregatos refertor, per eos cõponenda. Gubernator neq; petito aliud præſidiũ aut ſatellitiũ ſuo corpori tuẽdo: ipſi adhibebitur, quod Ordines pro tẽporis ratione cõuenire iudicabũt. Electiones creandorũ tribunorũ exercitus, ſiue ille terra ſiue mari ducẽdus ſit, vt ſunt nauarchæ, præfecti equitũ, duces atq; legati, & alia honoratæ militiæ nomina, cõſentiẽtibus Statib. penes Gubernatorẽ et eius Cõſiliarios ſunto. Ipſe ſuâ fretus autoritate, milites pedites aut equites ne cõſcribito, neq;
B præſidiũ aliquod in vllis ciuitatib. collocato: niſi id prius à Statib. probetur, & ciuitates, quæ ſunt præſidiũ recepturæ, audiãtur. Prouinciarũ præſides et præfectos nõ creato, niſi mentẽ & voluntatẽ dictæ Prouinciæ Statuũ, quibus hoc placeat, exploratã habeat, imò ſi poſſet fieri, præfectus in Prouincia, cui præeſt, habitet, aut bona et reditus in ea habeat, aut ſaltẽ Prouincialibus gratus ſit. Tempore belli omnia, quæ alicuius momenti ſint, per rei militaris Conſiliarios, à Statibus illi adhibẽdos, adminiſtrato. Ipſi, qui de belli conſilio appellantur, nihil certi de bello definiũto, priuſquã ea, quæ conſtituerint, ad Status referantur. Gubernator & omnes, qui poſt eum Gubernatores futuri ſunt, pro priuilegiis, quæ ſunt aut aliquando eſſe poterunt, item tribuni &
C præfecti militũ, & alij honoratioris nominis milites: Regi ſuo principi naturali & Statibus patriæ defenſionẽ iurãto. Qui ſacramẽti religione obligati, ſanctè promittũto, ſe oẽs articulos et capita cõmemorata, et præcipuè omnia & quæcũq; priuilegia, iura, vſus, et patriæ cõſuetudines erigẽdas aut ſtabiliendas, diligẽter curaturos et obſeruaturos. Milites cõmunis patriæ, Statibus, quàm Regi ſuo principi naturali, ſacramentũ danto. Stipendiũ & æs militare diſpertiũtor, quẽadmodum illi iudicabũt eſſe cõmodum, penes quos eorũ diſtributionem eſſe volunt: ſiquidem & vniuerſæ patriæ bona multis & magnis oneribus ſunt obnoxia. Status ea, quæ à regnis & vicinis Principibus deferentur, ſi neceſſitas poſtulet, accipiunto: & maximè ſi ipſis bellum in
D feratur: & Gubernator omne id mutuum, quod hactenus ſumſerunt, & in poſterum ſument, ratum habeto. Extremo iure ſine vllo clementiæ aut miſericordiæ exemplo, quo ſupplicia impediri aut differri poſſint, actiones inſtituuntor, & contra eos ſupplicia decernuntor, qui arma contra Status & patriam ſumſerunt, aut qui partes D. Ioannis Auſtriaci fouent aut ſequũtur: vt deinceps nõ ſit, qui Reip. ſtatum & tranquillitatẽ perturbet. Si ipſe Gubernator promiſſis nõ ſtet, aut hos articulos omnes, aut ex iis aliquot violet, infringat, ſacramento conceptis verbis, ſanctè promitito, ſe eos iureiurãdo ſolutos habiturũ, vt qui poſſent cõtra eũ arma capere, ſe et patriæ priuilegia

1577. *defenſuri, ſi fortè eos ad obediendum velit cogere, priuſquam priorem culpam, contra articulos admiſſam, expiâſſet. Caſtella, quæ nondum deſtructa ſunt, ſed quæ tantùm deſtrui cœperunt, citra omnem controuerſiam deſtruuntor, & quod ad alias arces, à quibus metuendū ſit patriæ detrimentū aliquod aut periculum, per Status generales ſuo tempore ſtatuetur, quemadmodum æquitas, & ratio poſtulant. In ea, quæ ſub vltimos tumultus peccata aut admiſſa ſunt, nulla quæſtio habetor: ſiquidem ſub illa perpetua obliuione, in edicto Gandauenſi promiſſa, comprehenduntur, exceptis iis, de quibus ſecundus ab hoc agit articulus, & quæ per Status generales, poſt diſceſſum D. Ioannis Auſtriaci in caſtellū Namurienſe, geſta ſunt: ex omnia, tanquam bene facta, grata & rata habeto, ne in minimo quidem dictis articulis aduerſaturus.* A B

Hæc fuerunt conditionum capita, Archiduci Matthiæ ab Ordinibus Statuum propoſita. His verò Auſtriacus per legatos obnunciat, fore contra iuramentum ipſorum, communem pacem & Regiam maieſtatem, ſi declararent ſine Regis diplomate Matthiam Archiducem Belgicarum Prouinciarū Gubernatorem. At verò Ordines nuncios parui facientes, bonâ ſpe freti interim in Hiſpaniam legatos miſêre, quibus multis rationibus nitebantur à Rege impetrare cōfirmationem, cùm & ipſe Matthias literas ad Regem, vnà cum Statibus, exarauiſſet. Cùm has autem ſibi propoſitas conditiones recepiſſet, ſumma rerum illi concredita eſt, & ab Ordinibus iuramentū præſtitū, Aurantiusq; ipſius Legatus deſignatus. C

Auſtr. obnūtiat Ordinibus.

Legati Ord. ad Reg.

Paucis interiectis diebus, Auſtriacus hoſtis patriæ cum omnibus, qui ipſius partes ſequebantur, declaratus eſt, publicato ſcripto in hanc formam. *Præſules, nobiles, ac vrbium ac prouinciarum delegati, totius Belgij Ordines repræſentantes, in vrbe Bruxellis congregati, cum exploratum habeant, nonnullos eſſe, qui dubitant, an Auſtriacus patriæ hoſtis habendus ſit: quamuis ipſius conſilia, & facta talē eum eſſe demonſtrauerint, poſtquam Namurium appulit: quod etiam Ordines in ſua apologia, & proteſtatione declarant, per quem plurima incommoda nobis euenêre. Vt huic negotio prouideatur, ipſi generales Belgij Ordines voluêre ſingulis declarare, & per hoc edictum publicare, quòd ipſum Auſtriacum non recepêre, nec etiam nunc recipiunt, tanquam Protegem, Gubernatorem, aut ſupremum Ducem Belgij, quin imò pacis violatorem eum habendum eſſe, decernunt, qui pacificationem, quam ipſemet concepit, & ſolenni iuramento confirmauit, infregit: atque patriæ hoſtem, ex quo* D

Aur. Matth. Legatus.

Auſtr. hoſtis declaratus.

Namurium

A *Namurium ſe recepit, & omnes indigenas, qui eum ſequuntur, illiq; operam* 1577.
nauant, rebelles aduerſus patriam, & pro rebellibus tractandos, tum in cor
poribus tum in bonis.

Statim poſt eam belli denunciationem, Ordines in ipſa
vrbe Bruxellenſi arctiſsimum fœdus inter ſe percuſſerunt,
quod ſanctã vnionem Statuum vocârunt, & proprijs mani-
bus omnes ſubſignârunt, cuiuſq; autographum inter manus
Conſilij Brabantiæ poſuerunt. Fuit autem id fœdus in hunc
ſenſum conceptum: *Nos ſubſignati præſules, nobiles, Reguli, magiſtra*
B *tus vrbium & oppidorum, delegati, & aliæ perſonæ repræſentantes Ordi-*
nes inferioris Germaniæ, in vrbe Bruxellis congregati, qui viuimus ſub obe-
dientia illuſtriſsimi ac potentiſsimi principis noſtri, Philippi ſecundi, Hiſpa-
niarum Regis, præſentes & futuros certiores facimus, q, cum videremus, cõ-
munem noſtram patriam miſerè adflictam, per oppreſsionẽ Hiſpanorum, ſu-
pra modum barbaram & tyrannicam, coacti ſumus, nos conſociare, & ſimul
fœdere coniungere, atq; armis, conſilio ac pecunia nos mutuo iuuare contra
ipſos Hiſpanos, eorumq; fautores, qui rebelles erga Regem, & noſtri hoſtes
declarati ſunt. Omnes etiã ſcire volumus, quod hæc noſtra conſociatio cõfir
mata fuit, per vltimũ pacificatorium edictũ, & per concilium Status, quod à
C *Regia maieſtate ordinatũ fuit, ad generàlem rerũ adminiſtrationẽ huius pa-*
triæ approbata. Sicuti verò exoptatus huius cõſociationis ſcopus expoſcit,
omnẽ fidelitatẽ & cõſtantiam auxiliũq; mutuum nunquã deſiturũ, & quod
nolumus materiã aut occaſionẽ dare, de nobis cõquerendi aut màlè ſuſpican-
di, quod parũ ſyncerâ fide & voluntate in hoc negotio proceſſerimus, quin
volumus ea, quæ ad ipſam cõſociationẽ pertinẽt, diligẽter procuraturi, et fi-
deliter executioni mandari, ita, vt nullus ſubiectorũ & incolarũ Belgij re-
gionũ, iuſtam de nobis cõquerẽdi aut dubitãdi occaſionẽ habeat. Propter has
cauſas inſuper, vt nihil fiat perfidè aut doloſè, in detrimentum patriæ cõmu-
nis & iuſtæ defenſionis, aut negligenter diſsimulantèrue omittatur, quod ad
D *eam tuẽdam neceſſariũ videbitur, in autoritate mandati, & cõmiſsionis no-*
ſtræ, pro nobis atq; ſucceſſorib. noſtris promiſimus, et nũc etiã promittimus,
in fide Chriſtianorũ hominũ et patriæ amãtium, nos cõſtanter et firmiter illã
ſociationẽ et fœdus cõſeruare velle ac tueri, ita, vt nullus ab eo ſeparari aut
diſcedere poſsit per diſsimulationẽ, ſecretũ fœdus, aut alio quouis modo, &
id pro cõſeruanda fide noſtra Catholica Romana, implẽdis pacificationis ar
ticulis, expellẽdis Hiſpanis, & eorũ fautorib. debita Regi obediẽtia præſtan
da, cõmodo & quiete noſtræ patriæ, & conſeruatione priuilegiorũ noſtro-
rum, immunitatũ, iurium, ſtatutorum, conſuetudinũ, & morũ. Ad id aũt ad-

1577. *punitionis vindicta & merito, in hunc animaduerſum fuiſſet. Id tameſi D.* A
Ioanni nos in hac parte excuſando declarauimus: is tamen in huiuſmodi ſua
concepta imaginatione & apprehenſione tam fixus manet, atq; firmiter per
ſuaſus, vt huius occaſione, timore quaſi perculſus, pro ſaluanda perſona ſua,
ſeſe in arcem Namurienſem receperit, eo quidem modo, qui toti mundo ſcan-
dalum præbuerit, atque hoc tanto magis, quòd priuſquam arcem occuparet,
& Mechliniæ adhuc ageret, nobis, qui conſilium tuæ Maieſtatis ſuſtinemus,
inſciis, cum Germanis militibus ibidem ita tractauit, vt eos in ſeruitium aſſu
mens, pro ſe de nouo exercitum conſcriberet, tantum abeſt, vt quemadmo-
dum inter nos cum eo conuenerat, ſecundum pacificationis tractatum ſatis- B
faciendo illos dimitteret: vtpote quibus vigeſimus quartus Iulij, iam præ-
teritus dies, per ipſum D. Ioannem aßignatus fuerat antea. Res tam ino-
pinata & ſcandaloſa nobis occaſio fuit, aliud non immeritò quidpiam ſu-
ſpicandi, præter id, quod is ſe nobiſcum tractare ſimulabat. Inde factum eſt,
vt data nobis occaſione intercipiendi, aperiendi, & viſitandi literas, hinc
inde ſcriptas, adeò poſtea ſit aucta, & confirmata ſuſpicio, & opinio noſtra
omnium, vt deceptos nos tandem, & in eos difficultatum terminos, in quibus
etiamnũ ſumus, coniectos eſſe, animaduertimus. Quare D. Ioannes ſeipſum,
qui in poſterum huius patriæ gubernacula teneret, haud idoneum agnoſcens
& iudicans, nobis, quos dereliquit, propoſuit, ſe à tua maieſtate licentiam pe C
titurum, hinc abſcedendi, in quem finem ſe nobis etiam declarare idipſum aie
bat, vt & nos ſimul pro alio Gubernatore eiuſdem ſanguinis tuæ maieſtati
ſupplicaremus. Cùm igitur res ſic ſe habeat (licet nobis hoc diſpliceat vel
propter prudentiam, & varias virtutes, quibus eum D. Ioannem præditum
eſſe videbamus, & ob quas, ſingulari quadam deuotione, magna de ipſo ſpe-
rabamus, animaduertentes tamen, non tam affectionem illius à nobis, quam
populi ſuſpicionibus iam dictis imbuti, ab illo abalienatam:) noluimus com-
mittere quin quàm humilimè tuæ maieſtati ſupplicaremus, vt ſecũdum quod
neceßitas noſtra requirere videtur, nobis hac in parte, cùm id ipſum & D. Io
annes expetat, de alio Gubernatore ſanguinis tuæ maieſtatis, & de tali pro D
hac vice nobis prouidere dignetur, qui ſe extra ſuſpicionem, quam diximus,
& Statibus gratus atq; acceptus, in hac patria gerat, vt populus hoc pacto
in officio tanto melius contineri, nec rationis limites trãſgredi poßit, id quod
vel propter inſtantes has nouas alterationes, non ſine cauſa, timendum eſt. In
hoc nihilominus confidimus, nos interea ſub ſpe alicuius noui Gubernato-
ris, & eius, de quo ſupra, tali vſuros diſcretione, vt nullũ incõueniẽs oboria-
tur: ſed vt duo etiam illa, quæ tua maieſtas à nobis requirit, religio nimirum
Catholica Romana, & obedientia tuæ maieſtati debita, inuiolabiliter obſer-
uen-

A *uentur, de quibus ſupplicamus maieſtati tuæ, nequaquam velle dubitare,* 1577.
modò ipſa maieſtas tua nobis in hoc adeſſe dignetur; vt vel ſtatim de nouo quodam, ac tali, vt diximus, Gubernatore nobis prouideat, vel quamprimum per literas ſuas de voluntate & intentione ſua nos certiores faciat, atque interim autoritate ſuâ Regiâ Status quoddam conſilium ſtabiliat, quod patriæ huius maſſam teneat, populumq́; in obedientia retineat, quod vel eo magis neceſſarium eſt, quod D. Ioannes à nobis diſcedere perrexerit. Obteſtamur tuam maieſtatem, quantâ poſſumus humilitate, ne noua hæc alteratio rerumq́; mutatio nobis imputetur, vt qui nihil aliud deſideramus, quàm &
B *in antiqua catholica religione, & in tuæ Maieſtatis obedientia tali permanere, qualem quondam Imperatori tuæ Maieſtatis parenti exhibuimus, ſed vt infortunio potiùs alicui tribuatur, quod inſperato & contra noſtram voluntatem accidit. Tuæ maieſtati nos intereà quàm humillimè commendantes, Deum creatorem precamur, vt pro diuina ſua clementia, Maieſtatem tuam cuſtodire dignetur, eidemq́; clementer id inſpirare, quod pro deſolatorum pauperrimorumq́; ſubditorũ huius patriæ ſalute ac tranquillitate expediat.*

Rex tandem decreuit; *Omnes & ſingulas pacis conditiones ob-* *Regis reſpõ*
ſeruare, & ijs exactè atque integrè ſatisfacere, modò Status duabus, in quas *ſum.*
iuraſſent, conditionibus ſatisfacerent, videlicet Romanam illam *& catho-*
C *licam religionem obſeruando, & debitum ſuæ Maieſtati obſequium præſtando; quod quidem obſequium violatum eſſe conquerebatur, ideóq; optabat, & mandabat, vt quod in hac parte peccatum erat, corrigeretur, planè & expreſſè Statibus edicens, vt ea ſuæ maieſtati exhiberent, quæ ipſi omni iure diuino & humano debebantur, & omni tempore habuit & vſurpauit, quæ etiam ex ſcriptis factæ pacis conditionibus, Regiam maieſtatem habere conuenit, quæ in ſumma ſic proponebantur: Vt arma, quæ ſuo iniuſſu ſumſiſſent Status, deponerent, & in poſterum de imperio in milites, aut alios habendo, non cogitarent, ſed id ſuæ maieſtati relinquerent, cuius ſolius eſſet, imperare clientibus, ſubditis, beneficiarijs, tribunis, centurionibus, & alijs*
D *in Belgio exiſtentibus militibus. Vt non paterentur, Aurantium eiusq́; complices, fautores & adminiſtros, vllum locum habere inter ſe, vt quos ſcirent, capitales catholicæ religionis & obſequij, Regiæ maieſtati præſtandi, hoſtes eſſe, & quietis publicæ perturbatores, & eò magis habendos pro inimicis, quod Aurantius pacis factæ decretis neq; voluiſſet, neq; regiæ maieſtatis cõfirmationem ratam habuiſſet, neq; vnquam ad hoc induci potuiſſet, vt illam publico præconio pateretur promulgari, in pluribus capitibus etiam vim faciens fœderi Gandauenſi; quod ante omnia inſtaurari, & ſartum tectum obſeruari oportebat, oſtendendo non ſolùm verbis ſed reipſa, quàm bene &*

A Boſleduci in præſidio vexilla aliquot Germanorum, ex O- 1577
berſtenij legione: eam vrbem obſidendam ſuſcepit Hohen-
lous Comes, quam, Germanis ſub tolerabilibus conditioni-
bus exeuntibus, in poteſtatem Ordinum redegit. Germani,
qui Bredam tenebant, de obſidione toleranda deſperantes,
tradito Fronſpergo duce ſuo, qui vrbem defendendam iudi-
cabat, liberè abeundi facultatem impetrârunt.

Vt ſingulæ autem prouinciæ, quæ Ordinum autoritatem *Præfecti*
reſpiciebant, commodiſsimè gubernarentur: electi ſunt à po *Prouincia-*
pulo præfecti, qui ſummo cum imperio Ordinum nomine *rum conſti-*
B illis præeſſent Aurantio Brabantia obuenit, cum ſummo to- *tuti.*
tius populi gaudio, quod Bruxellenſes, feſtis ignibus exci-
tatis, declarârunt: Areſcotanus Flandriæ præfectus deſigna-
tus, ad Gandauum primariam vrbem profectus, à ciuibus ho
norificentiſsimè exceptus eſt, viginti tribus peditum vexil-
lis, & trecentis equitibus ei obuiam prodeuntibus. Poſt tri-
duum, excitato in vrbe tumultu, ab ipſis ciuibus captiuus *Tumultus.*
factus eſt: ſed poſt aliquot dies libertati reſtitutus, priùs præ-
ſtito ciuibus iuramento de obliteranda omnis iniuriæ acce-
ptæ memoria. Eodem tempore capti ſunt ſimiliter ab illis
C Epiſcopi, Brugenſis & Yprenſis, Baro Raſsingemeus, Cham-
pagnyus, Mocronius, cum filio; Sueuegemeus & Eykeus.

Non diſsimili euentu Grunningæ tumultuatum: Siqui- *Tumultus*
dem præſules, & nobiles aliquot circumiectæ regionis à ci- *Groningæ*
uibus capti ſunt, & cuſtodiæ traditi, propter antiquam con-
trouerſiam, quæ eſt inter ipſos ciues, & colonos. Miſſus eo
Sancaldegondus cum Sylla ab Aurantio & Ordinibus, qui
diſsidia componeret, ſed ab effreni plebe nihil moderatum
impetrari potuit.

Ijs fermè temporibus luridus Cometes in inferiori Germa
D nia apparuit, qui præmonſtrare viſus eſt horrendas clades,
quæ poſtea in eis partibus euenêre, & Auſtriaci mortem, quæ
intra annum ſequuta eſt.

Quamuis autem Ordines multa munita loca, quæ à regijs *Ordinũ cõ-*
tenebantur, in poteſtatem redegiſſent, & quàm plurimos *ſultatio de*
homines variarum nationum, apologiâ publicatâ, in cauſæ *duce eligẽ-*
ſuæ defenſionẽ traxiſſent, ita vt de belli euentu optimè ſpe- *do.*
rare poſſent: tamen Auſtriaci acerrimi bellatoris vim, & po-

I 2

1577. tentiſsimi Regis conatus admodum formidabant. Idcirco A Principem maioris autoritatis, quam Aurantius erat, ſummę rerum præficiendum iudicârunt; & cùm de hac re multum deliberaſſent, non viſus eſt illis aptior vllus, quàm Matthias Archidux, Imperatoris frater. Nam quod ex domo Auſtriaca eſſet, exiſtimârunt Regem non tam ęgrè laturum, quàm ſi exterum, & nulla conſanguinitate coniunctum, delegiſſent.

Matthias archidux in Belgium vocatus. Miſsis itaque ad eum literis per Malſtedum nobilem rogârunt, vt quàm primùm in Belgium veniret, ad ſuſcipiendam ſummam rerum adminiſtrationem, quę ipſi ab vniuerſo populo, grauiter Hiſpanorũ iugo ac tyrãnide oppreſſo, ſummo conſenſu, deferebatur. B Matthias, acceptis ab Ordinibus Belgij literis, noctu quàm occultiſsimè fieri potuit, ne Imperator frater impediret, quem id factum nequaquam probaturũ ſciebat, aſſumto ſecum vno tantùm itineris comite, Viennâ exijt, & citatis equis in Belgium conuolat.

Imper. ſe excuſat de facto Matthiæ fratris. Miſit Imperator literas ad Auſtriacum, quibus eum certũ fecit ſe inſcio & inuito fratrem, portarum clauſtris de nocte laxatis, clanculum è Vienna Auſtrię abiuiſſe. Eadem Caſtellæ Ammiras (qui ſub id tempus Regis Hiſpaniarum nomine in C aulam Cæſaris venerat) ad Auſtriacum ſcripſit, quomodo Imperator diſceſſum fratris cum ingenti animi dolore tuliſſet, & multos ad eum inueſtigandum miſiſſet, literaſque ad omnes Electores dediſſet, vt eum in itinere interceptum detinerent, & ad ſe reducendum curarent.

Aduentus Matth. arch. in Brabantiã. Vbi ad Liram Brabantiæ oppidum Matthias archidux veniſſet, monitus eſt, tantiſper ibi morari, dum conditiones, quibus Belgij adminiſtrationem ſuſcipere debeat, communi conſilio per delectos Proceres ſtabilirentur, quæ ipſi non multò pòſt hunc in modum fuêre oblatæ: *Cùm hæ partes inferioris Germaniæ, annis ſuperioribus, adeò exercitæ & vexatæ fuerint:* D *propterea quòd iuribus, conſuetudinibus & patriæ priuilegijs conſeruandis, ab illuſtribus regiæ maieſtatis maioribus, bona ex parte, ob virtutem & merita olim conceſsis, & ab ipſo Rege, eorundem conſeruationem iurante, confirmatis, multum derogaretur, quæ quidem iura, & conſuetudines ac priuilegia, quia cum magna autoritatis imminutione, detrimento, damno & vaſtatione patriæ, Hiſpani Gubernatores, vi & viâ armorum incedentes, violârunt, atque infregerunt. Hinc omnis illa tumultibus præteritis occaſio data.*

A data eſt: & profectò iam omninò firma quædam ſpes erat concepta, quòd in 1577.
his regionibus per fœdus Gandauenſe, & aduentum D. Ioannis Auſtriaci, iura, conſuetudines, & patriæ priuilegia, redintegrarentur, & in priſtinum gratiæ ac vigoris locum reponerentur, prout ſe facturum promiſerat, & in ipſo ſuæ gubernationis initio, ſe velle facere, oſtēdebat: ſed quia hac ſpe ſe viderunt fruſtratos eſſe, poſtquam D: Ioannes ſe in caſtellum Namurienſe receſſiſſet: imò cùm gubernatione relictâ palàm fieret, & manifeſtū eſſet, quòd vbi conſeruare, & dicta priuilegia & immunitates in integrum reſtituere debuiſſet, machinatur ipſa inuadere atque opprimere, omnibus modis cona-
B tus, vt eos priuilegiis priuaret: coacti ſunt, pro iis ſeruandis, arma capere: Et cùm hæc tam ardua negotia agi commodè non poſſent: quemadmodum etiam hæ regiones bene gubernari non queant ſine capite, aut principe alicuius ſummæ autoritatis, & maximi nominis, eiuſdem cum Rege ſanguinis, & is ſit, qualis pro priuilegiis, olim & dudum à Regia maieſtate conceſſis, requiritur: viſum compellare celſitudinem Matthiæ archiducis Auſtriæ, fratris germani Imperatoris, eiuſq; cum Rege progeniei, & ſanguinis, vt quemadmodum aliâs ſuam eis operam detulerat, ei placeat accedere, ac ſua autoritate & conſilio iuuare, atq; Regis nomine harum Prouinciarum gubernationem capeſſere, priuſquam vicinus aliquis Princeps, hac præſentium tur-
C barum occaſione arreptâ, huc pedem inferret; id, quod mutandæ religionis Catholicæ Romanæ anſam præbere, atq; obedientiæ, Regi debitæ, multum derogare poſſet. Vt verò populus in poſterum ſit tutus & ſecurus, & omnem abijciat ex animis diffidentiam; quam adhuc formidoloſus, ex ſupradictis calamitatibus & miſeriis iuſtè conceptam, fouet: decreuerunt dicti Ordines, hæc ſequentia quarundam conditionum capita, D. Matthiæ archiducis Auſtriæ celſitudini proponere, qui, priuſquam ad harum Prouinciarum gubernationem admittendus ſit, in illas iuret, & ſanctè promittat, ſe eas incorruptè atq; integrè ſeruaturum & præſtiturum: contra quas neq; ipſe delinquat, neque alios impunè delinquere patiatur.. Principio ipſe pa-
D triam gubernabit cum concilio Status, ab vniuerſis Statuum Ordinibus conſtituendo & deligendo ex eorum numero, qui ſint in his Prouinciis oriundi, addicti & fideles patriæ, ab omnibus auaritiæ & ambitionis ſuſpicione, ſed maximè à priuatis & ſingularibus rerum præteritarum affectibus, alieni, ſapientes, & in reip. adminiſtrandæ, & belli gerendi negotiis apprimè verſati. In ſumma, qui ſint tam boni nominis & famæ integræ, ipſi boni à bonis prognati, quàm fieri poſſe credibile ſit. Omnia negotia in ipſo cum alio agitanda & tractanda, pluribus dicti Concilij ſuffragijs cōficiantur, & tranſigantur: neq; dictus Gubernator pro ijs mutandis, ad aliqua conſilia priuata

1577. *aut ſecreta receptũ habeto. Et ſi deprehẽdatur, q aliqui Conſiliariorum, vel* A
alij, qui cum officio, aut dignitate ſunt, aliter ſe in ſuis munijs habuerint, aut
geſſerint, ac decebat, ad petitionẽ Statuũ generalium, de aliis ipſe prouideto.
In rebus alicuius ponderis aut momẽti, ad patriam vniuerſam ſpectãtibus, i-
pſe inſcijs atq; inconſultis vniuerſorũ Statuũ Ordinibus, nihil attentato. Imo
& ipſi Statuum Ordines res graues & arduas, ad cõmunitatẽ ſpectãtes, tra-
ctaturi, vt ſunt conſtituẽdæ exactiones, æs alienum, aut mutuũ petendũ, bel-
lum, pax, pacta, & fœdera, cũ principibus aut populis externis inita, & a-
lia his ſimilia, priuſquam res definiatur, aut aliquid certi de ijs conſtituatur,
tam ad conſpicuos magnæ autoritatis viros, quam ad plebeios homines refe- B
runto: quum æquum ſit, illud ab omnibus probari, quod ad omnes pertinet:
id quod priuilegia & antiqui patriæ vſus requirunt. Præter communem, &
vſitatam rerum conſuetudinem, inſcijs & inconſultis vniuerſorum Statuum
Ordinibus, legitimè propterea conuocandis, ipſe edicta aut nouas conſtitutio
nes per ſe ne facito. In ſumma, Gubernator in iis omnibus rebus Statuũ gene
ralium ſuffragia cõſulito, in quibus Princeps naturalis, tanquã Dux Brabã-
tiæ, tenetur Statuũ Brabãtiæ ſentẽtias rogatas colligere, ſic tamẽ vt legati diſ-
ceptatores prius Ordine et debitè ea cõmunicent cũ ſuis, à quibus miſsi ſunt,
ſuperiorib. Omnium literarum, quas accepturus eſt, quocunq; modo de pa-
triæ rebus tractantium, dictum concilium particeps eſto, vt collectis conſi- C
liariorũ ſuffragiis, quid illis faciũdum ſit, definiri poſsit. Indicto Cõcilio ſiue
collegio, nulla negotia tractãtor, quæ ſint alicuius momenti, aut quæ ad reip.
ſtatum pertineant, niſi maior pars Conſiliariorum præſto ſit. Omnia in dicto
Concilio acta, tranſacta atque expedita, ſupremâ manu additâ, ſcribuntor, et
notantor. Dictus Gubernator reſtituito & confirmato omnia, quæcunq; &
qualiacunque antiqua priuilegia, vſus, conſuetudines, quæ ipſi læſa, violata
aut violẽter ſublata atq; erepta eſſe, poſsint oſtendere. Diſceptatores & Le-
gati Statuũ congregati ſimul manento, quandiu ipſis commodum videbitur:
prout negotia poſtulabunt; & generales Statuum Ordines, quoties viſum
erit, congregantor. Ad preces & petitiones alicuius Prouinciæ: in qua ali- D
quid inſperatum accidet, propter quod debeant Prouinciales conuenire: ne-
ceſſariò ſtatim congregantor, non expectato mandato aut poteſtate, eis à Gu
bernatore faciẽdâ. Alicuius ſingularis Prouinciæ Status toties cõgregantor,
quoties libebit, aut iudicabũt expedire. Fœdera pacis Gandauẽſis in omnibus
& ſingulis articulis obſeruantor, neq; vſquã, ſub aliquo cuiuſcunq; rei præ-
textu, violantor. Et ne quiſquã cauillatione, vel inſigni aliqua captione deci
piatur, aut ratione interpretationis dicti decreti Gandauenſis, incommodum
aliquod patiatur: articulus ille, qui eſt de ſcãdalis, per Status declarator, quẽ-

admo-

A admodum & cæteri omnes, qui in dicto decreto continentur. Quoties aũt 1577.
diſſidium orietur, aut quãdo erit controuerſia de vera & genuina alicuius articuli ſentẽtia: ea ad Status generales legitimè cõgregatos refertor, per eos cõponenda. Gubernator neq; petito aliud præſidiũ aut ſatellitiũ ſuo corpori tuẽdo: ipſi adhibebitur, quod Ordines pro tẽporis ratione cõuenire iudicabũt. Electiones creandorũ tribunorũ exercitus, ſiue ille terra ſiue mari ducẽdus ſit, vt ſunt nauarchæ, præfecti equitũ, duces atq; legati, & alia honoratæ militiæ nomina, cõſentiẽtibus Statib. penes Gubernatorẽ et eius Cõſiliarios ſunto. Ipſe ſuã fretus autoritate, milites pedites aut equites ne cõſcribito, neq;
B præſidiũ aliquod in vllis ciuitatib. collocato: niſi id prius à Statib. probetur, & ciuitates, quæ ſunt præſidiũ recepturæ, audiãtur. Prouinciarũ præſides et præfectos nõ creato, niſi mentẽ & voluntatẽ dictæ Prouinciæ Statuũ, quibus hoc placeat, exploratã habeat, imò ſi poſſet fieri, præfectus in Prouincia, cui præeſt, habitet, aut bona et reditus in ea habeat, aut ſaltẽ Prouincialibus gratus ſit. Tempore belli omnia, quæ alicuius momenti ſint, per rei militaris Conſiliarios, à Statibus illi adhibẽdos, adminiſtrato. Ipſi, qui de belli conſilio appellantur, nihil certi de bello definiũto, priuſquã ea, quæ conſtituerint, ad Status referantur. Gubernator & omnes, qui poſt eum Gubernatores futuri ſunt, pro priuilegiis, quæ ſunt aut aliquando eſſe poterunt, item tribuni &
C præfecti militũ, & alij honoratioris nominis milites: Regi ſuo principi naturali & Statibus patriæ defenſionẽ iurãto. Qui ſacramẽti religione obligati, ſanctè promittũto, ſe oẽs articulos et capita cõmemorata, et præcipuè omnia & quæcũq; priuilegia, iura, vſus, et patriæ cõſuetudines erigẽdas aut ſtabiliendas, diligẽter curaturos et obſeruaturos. Milites cõmunis patriæ, Statibus, quàm Regi ſuo principi naturali, ſacramentũ danto. Stipendiũ & æs militare diſpertiũtor, quẽadmodum illi iudicabũt eſſe cõmodum, penes quos eorũ diſtributionem eſſe volunt: ſiquidem & vniuerſæ patriæ bona multis & magnis oneribus ſunt obnoxia. Status ea, quæ à regnis & vicinis Principibus deferentur, ſi neceſſitas poſtulet, accipiunto: & maximè ſi ipſis bellum in-
D feratur: & Gubernator omne id mutuum, quod hactenus ſumſerunt, & in poſterum ſument, ratum habeto. Extremo iure ſine vllo clementiæ aut miſericordiæ exemplo, quo ſupplicia impediri aut differri poſſint, actiones inſtituuntor, & contra eos ſupplicia decernuntor, qui arma contra Status & patriam ſumſerunt, aut qui partes D. Ioannis Auſtriaci fouent aut ſequũtur: vt deinceps nõ ſit, qui Reip. ſtatum & tranquillitatẽ perturbet. Si ipſe Gubernator promiſsis nõ ſtet, aut hos articulos omnes, aut ex iis aliquot violet, infringat, ſacramento conceptis verbis, ſanctè promitito, ſe eos iureiurãdo ſolutos habiturũ, vt qui poſſent cõtra eũ arma capere, ſe et patriæ priuilegia

1577. *defenſuri, ſi fortè eos ad obediendum velit cogere, priuſquam priorem culpam, contra articulos admiſſam, expiâſſet. Caſtella, quæ nondum deſtructa ſunt, ſed quæ tantùm deſtrui cœperunt, citra omnem controuerſiam deſtruuntor, & quod ad alias arces, à quibus metuendũ ſit patriæ detrimentũ aliquod aut periculum, per Status generales ſuo tempore ſtatuetur, quemadmodum æquitas, & ratio poſtulant. In ea, quæ ſub vltimos tumultus peccata aut admiſſa ſunt, nulla quæſtio habetor: ſiquidem ſub illa perpetua obliuione, in edicto Gandauenſi promiſſa, comprehenduntur, exceptis ijs, de quibus ſecundus ab hoc agit articulus, & quæ per Status generales, poſt diſceſſum D. Ioannis Auſtriaci in caſtellũ Namurienſe, geſta ſunt: ea omnia,* B *tanquam bene facta, grata & rata habeto, ne in minimo quidem dictis articulis aduerſaturus.*

Hæc fuerunt conditionum capita, Archiduci Matthiæ ab Ordinibus Statuum propoſita. His verò Auſtriacus per legatos obnunciat, fore contra iuramentum ipſorum, communem pacem & Regiam maieſtatem, ſi declararent ſine Regis diplomate Matthiam Archiducem Belgicarum Prouinciarũ Gubernatorem. At verò Ordines nuncios parui facientes, bonâ ſpe freti interim in Hiſpaniam legatos miſêre, quibus multis rationibus nitebantur à Rege impetrare cõfirmationem, cùm & ipſe Matthias literas ad Regem, vnà cum Statibus, exarauiſſet. Cùm has autem ſibi propoſitas conditiones recepiſſet, ſumma rerum illi concredita eſt, & ab Ordinibus iuramentũ præſtitũ, Aurantiusq; ipſius Legatus deſignatus. C

Auſtr. obnũtiat Ordinibus.

Legati Ord. ad Reg.

Paucis interiectis diebus, Auſtriacus hoſtis patriæ cum omnibus, qui ipſius partes ſequebantur, declaratus eſt, publicato ſcripto in hanc formam. *Præſules, nobiles, ac vrbium ac prouinciarum delegati, totius Belgij Ordines repræſentantes, in vrbe Bruxellis congregati, cum exploratum habeant, nonnullos eſſe, qui dubitant, an Auſtriacus patriæ hoſtis habendus ſit: quamuis ipſius conſilia, & facta talẽ* D *eum eſſe demonſtrauerint, poſtquam Namurium appulit: quod etiam Ordines in ſua apologia, & proteſtatione declarant, per quem plurima incommoda nobis euenêre. Vt huic negotio prouideatur, ipſi generales Belgij Ordines voluêre ſingulis declarare, & per hoc edictum publicare, quòd ipſum Auſtriacum non recepêre, nec etiam nunc recipiunt, tanquam Proregem, Gubernatorem, aut ſupremum Ducem Belgij, quin imò pacis violatorem eum habendum eſſe, decernunt, qui pacificationem, quam ipſemet concepit, & ſolenni iuramento confirmauit, infregit: atque patriæ hoſtem, ex quo*

Aur. Matth. Legatus.

Auſtr. hoſtis declaratus.

Namurium

A *Namurium ſe recepit, & omnes indigenas, qui eum ſequuntur, illiq́; operam* 1577.
nauant, rebelles aduerſus patriam, & pro rebellibus tractandos, tum in cor
poribus tum in bonis.

Statim poſt eam belli denunciationem, Ordines in ipſa
vrbe Bruxellenſi arctiſsimum fœdus inter ſe percuſſerunt,
quod ſanctã vnionem Statuum vocârunt, & proprijs mani-
bus omnes ſubſignârunt, cuiuſq; autographum inter manus
Conſilij Brabantiæ poſuerunt. Fuit autem id fœdus in hunc
ſenſum conceptum: *Nos ſubſignati præſules, nobiles, Reguli, magiſtra*
B *tus vrbium & oppidorum, delegati, & aliæ perſonæ repræſentantes* Ordi-
nes inferioris Germaniæ, in vrbe Bruxellis *congregati, qui viuimus ſub obe-*
dientia illuſtrißimi ac potentißimi principis noſtri, Philippi ſecundi, Hiſpa-
niarum Regis, *præſentes & futuros certiores facimus, quod cum videremus, cõ-*
munem noſtram patriam miſerè adflictam, per oppreßionẽ Hiſpanorum, *ſu-*
pra modum barbaram & tyrannicam, coacti ſumus, nos conſociare, & ſimul
fœdere coniungere, atq; armis, conſilio ac pecunia nos mutuo iuuare contra
ipſos Hiſpanos, eorumq́; fautores, qui rebelles erga Regem, & noſtri hoſtes
declarati ſunt. Omnes *etiã ſcire volumus, quod hæc noſtra conſociatio cõfir*
mata fuit, per vltimũ pacificatorium edictũ, & per concilium Status, quod à
C Regia *maieſtate ordinatũ fuit, ad generalem rerũ adminiſtrationẽ huius pa-*
triæ approbata. Sicuti verò exoptatus huius cõſociationis ſcopus expoſcit,
omnẽ fidelitatẽ & cõſtantiam auxiliũq́; mutuum nunquã deſiturũ, & quod
nolumus materiã aut occaſionẽ dare, de nobis cõquerendi aut malè ſuſpican-
di, quod parũ ſyncerâ fide & voluntate in hoc negotio proceſſerimus, quin
volumus ea, quæ ad ipſam cõſociationẽ pertinẽt, diligẽter procuraturi, et fi-
deliter executioni mandari, ita, vt nullus ſubiectorũ & incolarũ Belgij *re-*
gionũ, iuſtam de nobis cõquerẽdi aut dubitãdi occaſionẽ habeat. Propter *has*
cauſas inſuper, vt nihil fiat perfidè aut doloſè, in detrimentum patriæ cõmu-
nis & iuſtæ defenſionis, aut negligenter dißimulantèrue omittatur, quod ad
D *eam tuẽdam neceſſariũ videbitur, in autoritate mandati, & cõmißionis no-*
ſtræ, pro nobis atq; ſucceſſorib. noſtris promiſimus, et nũc etiã promittimus,
in fide Chriſtianorũ hominũ et patriæ amãtium, nos cõſtanter et firmiter illã
ſociationẽ et fœdus cõſeruare velle ac tueri, ita, vt nullus ab eo ſeparari aut
diſcedere poßit per dißimulationẽ, ſecretũ fœdus, aut alio quouis modo, &
id pro cõſeruanda fide noſtra Catholica Romana, *implẽdis pacificationis ar*
ticulis, expellẽdis Hiſpanis, & eorũ fautorib. debita Regi *obediẽtia præſtan*
da, cõmodo & quiete noſtræ patriæ, & conſeruatione priuilegiorũ noſtro-
rum, immunitatũ, iurium, ſtatutorum, conſuetudinũ, & morũ. Ad id aũt ad-

1577. *implendum promittimus, quicquid in poteſtate habemus, pecunias, homines, conſilium, facultates, vitam denique ipſam, ſi opus fuerit, in ſumere velle. Præterea interdictum, ne quis noſtrûm ſeorſum cum aliquo familiarem conuerſationem habeat, qui huius fœderis & conſociationis non ſit, & ne vllo pacto reuelet, quod inter nos decidetur. Quod ſi aliqua prouincia, ſtatus, regio, vrbs, caſtellum, aut domus obſideatur, inuadatur aut opprimatur, quocunque modo: item ſi aliqui noſtrûm, qui pro patria iuuanda aliquid conati fuiſſent, aduerſus ipſos Hiſpanos, aut alia negotia his affinia, priuatim aut in communi tractauerint, inquirerentur, in vincula conijcerentur, bonis mulctarentur, damnum aliquod acciperent, aut vexarentur, in corpore, facultatibus, honore, ſtatu aut aliter: Promittimus illis opem ferre omnibus prædictis modis: quinetiam captiuorum liberationem procurare, ſiue per vim ſiue alia ratione. Qui aliter in hoc negotio ſe geſſerit, titulo nobilitatis, atque gentilitijs inſignibus priuabitur, atque omni honoris gradu: perfidus etiam & hoſtis patriæ reputabitur, coram Deo & hominibus: & notam perpetuam infamiæ atque ignauiæ ſibi inuret. Vt hæc autem ſocietas noſtra firma & valida reddatur, præſentem fœderis formam noſtris manibus ſubſignauimus, & proprijs ſigillis confirmauimus.* A B

His tranſactis, ſubſignati à concilio Status, per Regem inſtituto ad generalem Belgij adminiſtrationem, poſtulârunt, vt ſuis calculis atque autoritate confirmatis, confirmaret omnia, quæ fœderis formula continebat: quorũ poſtulatis Concilium annuit. Ita communi Ordinum, & regiorum conſiliariorum decreto ſuſceptum aduerſus Hiſpanos, eorumque fautores bellum, & ij tanquam hoſtes, vbicunque inueniri potuêre, tractati ſunt. C

Amſterodamum, quòd Aurantium gubernatorem agnoſcere nollet, contra Gandauenſe pacificatorium edictum, quo disertè Holandiæ & Zelandiæ præfectus deſignabatur, à Helingo tribuno aſtu interceptum fuit: ſed ei dolus non profuit: ſiquidem ciues, cùm milites in vrbem per fraudem intromiſſos viderunt, ſumptis repentè armis eos inuaſerunt, eo euentu, vt Helingo occiſo, ex vrbe eiecti ſint. D

Reg. literæ ad Ord.

Eo tempore Selleus nobilis, à Rege ex Hiſpania in Belgium miſſus, literas ad Ordines attulit, quibus Rex ad eorum poſtulata reſpondebat: miſerant enim quinque menſibus antè ad Regem literas, petentes, vt reuocato Auſtriaco, alius præ-

us præ-

A us præfectus regij ſtemmatis in ipſius locum ſubſtitueretur: 1577.
Auſtriacum ſcilicet in præfectura adſignata manſurum, & iure ab eo cœptum bellum. Hæc cùm intellecta ſunt, omnis ſpes de pace ex animis Belgarum decidit, omneſque tum fœderati, tum regij, conſilia atque animos ad bellum conuerterunt.

Auſtriacus cognito magno Ordinum apparatu: qui præter domeſticas copias nouas cohortes è Germania aduocabant, nempe tria millium equitum, & quinque peditum legiones, ſub auſpicijs Caſimiri Palatini: habebant etiam Anglorum & Scotorum quinque millia, quibus copijs ſtatûtum erat, Namurium, quod ab Auſtriaco occupatum fuerat, in poteſtatem redigere, & Moſam fluuium occupare, qua ratione acceſſus Hiſpanis occluderetur: moratur Luxemburgi, inſtatque vt copiæ, quas Rex promiſerat, quàm citiſsimè venirent, & per Hiergem regulum ſubſidia mittit Ruremondæ, longa obſidione à Statibus adflictæ. Habebat in Lucemburgi finibus non contemnendas copias, quæ diutius ibi eſſe non poterant, ob commeatuum inopiam: eſt enim ea regio non admodum fertilis. *O. d. apparatus bellicus.*

Interim Archidux Mechliniam ingreditur, ibique Aurantium per tres dies expectat, qui cùm veniſſet, cum ipſo Archiduce conſilia confert.

Pontifex his recentibus motibus bellorum, qui præter omnium ferè expectationem acciderant, excitatus, vt regias partes iuuaret, exigit à clero decimas in vſus bellicos, quòd ſciret Regem Catholicam religionem defendere. Miſit etiam Auſtriaco breue quoddam diploma, quo illi, & omnibus fidelibus Chriſtianis ipſius exercitus concedebat, vt eo die, quem quis eorum eligeret, ſemel peccata ſacerdoti confeſſus, & ſumto Euchariſtiæ ſacramento, plenariam omnium peccatorum, ac criminum indulgentiam, & remiſſionem conſequeretur: atque eandem indulgentiam in articulo mortis obtineret. *Papæ liberalitas in hoc bello.*

Aurantius ſtatuit, vt Sparendamum, Thuyſterhartum, Crimpenum, Seuenberga, Clundertum, Neengaſtellum, munitiones, quæ ſunt in finibus Tungrorum, abſoluerentur. Illud autem ſe facturum profitebatur, vt opportunè

1577. ad regiam voluntatem promtus haberet paratiſsimas mu- A nitiones.

Status copias educunt, cum declaratione. Status cum varias ex multis nationibus copias collegiſſent, in patentes campos prodiêre: declarârant prius per legationes amicis & fœderatis Principibus, ſe iniurijs, auaritia & crudelitate Hiſpanorum irritatos arma capere, ſub quorum immani imperio neque priuilegia ſeruarentur, neque facultates reliquæ, cùm nihil prorſus ab eorum nequitia ac proteruia tutum eſſe poſſet. Idem periculum ipſis Principibus imminere, deuicto Belgio, quòd ob diuturnitatem B bellorum haberet arma debilia, niſi virorum bonorum, & amicorum Principum auxilijs ſuſtententur: orabant, ne Hiſpanorum crudelitati & auaritiæ obiectos eſſe paterentur.

Atque ipſe Auſtriacus, cùm certior factus eſt, magnas copias è varijs locis, in caſtra Belgarum Procerum eſſe venturas, quæ ſi in vnum conuenirent, Moſæ fluminis tranſitum impedire, alia bellica negotia interpellare poſſent, decreuit, fluuium quamprimum traijcere, quo commodius, pro tempore hoſtiumq; conſilijs, de ſumma rerum ſtatuere poſſet. Et ne bellum appetere, & pacem prorſus aſpernari di- C *Edictũ ab Auſtr. promulgatũ.* ceretur, curauit primum edictum denuò regio nomine promulgari, per quod venia & obliuio præteritorum omnium proponebatur, cum omnibus antiquis priuilegijs, modo Catholicam fidem & regiam obedientiam omnes amplecterentur. Atque ipſe cum Parmenſi principe Alexandro Farneſio, qui nuper ex Italia Heluetico habitu indutus, & admodum paucis comitatus, aduenerat, Namurium properat, relictis *Copiæ Auſtriac.* à tergo peditibus, & Hiſpanico equitatu. Erant in ipſius caſtris ſedecim millia peditum Italorum, Sequanorum, Germanorum, Gallorum, & duo millia equitum, partim Italici, D partim Hiſpanici nominis. Mens illi erat quocunque modo hoſtem ad pugnam allicere, bonâ ſpe de victoria concep- *Cur confligere cupiat Auſtr.* tâ: quòd veteranis côpijs aduerſus collectitium exercitum vteretur.

Rem aũt ad prælium ea potiſsimũ de cauſa addùcere properabat, vt dijudicatâ belli fortunâ, collapſam autoritatẽ inſtauraret, & inſolentes Belgarũ animos, ob felices ſucceſſus, frangeret. Hoc animi decreto ad Bouinas oppidum ad ripam Moſæ:

A Moſæ fluminis ſitum, copias duxit: vt ſi hoſtes ad ferendum 1577.
ſuppetias obſeſsis venirent, cum ijs manus confereret, antequam maiores vires reciperent, quæ in dies expectabantur: vel ſi ſuos negligerent, oppido potiretur, quod magnam, ad conuehendos commeatus, per Moſam fluuium, opportunitatem habebat, & poſſeſsionem regionis inter Sumblam & Moſam dabat.

Caſtra fœderatorum ad pagum diui Martini, ſeptem milliaribus à Namurio poſita erant: ad latus erat pagus, qui Bur-
B gum dicitur, apud Iſelam fluuium ſitus. Intercedebat regio *Caſtra Stãtuum.*
inter Burgum, & Auſtriaci caſtra, vallibus & collibus munita & frequētibus ſyluis interſepta: ob id equitatui difficilis. Caſtra Belgarum frontem habebant eminentiorem, atq; ſyluam à ſiniſtro latere, à dextro pagus erat. In ijs caſtris quin- *Copiæ Stat.*
quaginta & ſex vexilla peditum viſebantur, quatuor cataphractorum equitum turmæ, & duæ ſcloppettariorum alæ: quæ copiæ à Gugnio caſtrorum magiſtro ducebantur, cum quo erant Villeus & Habræus, reguli, atq; Lalænius Comes.

Auſtriacus cum Parmenſi ad exploranda hoſtium caſtra
C exijt, plurimis ſcloppettarijs in inſidijs collocatis. At quoniã per captiuos & exploratores nunciabatur, conſilium illorũ eſſe, nocte proximâ caſtra mouere, atq; in tutum ſe recipere: *Auſtr. conatus.*
mouit ille cum peditibus Hiſpanis, Sequanis, & Vvalonibus ac mille equitibus, vt nouiſsimum agmen carperet, & ſi daretur facultas collatis ſignis dimicaret. Partem autem Sequani peditatus ad quaſdam locorum anguſtias præmiſit, quò faciliùs equitatus tranſire poſſet. In ſuis ſignis militaribus, crucem cum hac teſſera depingi iuſsit: IN HOC SIGNO VI- *Teſſera*
D CI TVRCES: IN HOC SIGNO VINCAM HAERETICOS: *Auſtr.*
quo & victoriæ fiduciam, & cauſæ, quam defendebat, æquitatem intelligi ab omnibus volebat. Iuſſus eſt Hernandus Acoſtenſis ante diem eſſe in inſidijs, vltra Burgum, cum nongentis militibus Sequanis, Hiſpanis, Germanis, vbi erant alę Hernandi Toletani, & ſcloppettarij Oliueræ ac Mutij Pagani: Illuceſcente die Belgæ ſuccenſis mapalibus ad profectionem ſe parant: peditatus, in duas acies diſtinctus, præcedebat, equitatus pone ſequebatur, vt ſi hoſtes vrgerent, eorum impetum ſuſtineret, quò præcedentes pedites faciliùs

1577. elabi poſſent. Reglius regulus ab Auſtriaco præmiſſus, qui A
hoſtium, ſe recipientium, motus obſeruaret, impedimento
fuit, ne Gallorum quædam cohortes commodum locum
occuparent, vnde Hiſpanis procedentibus non parum nocere
potuiſſent. Octauianus Gonzaga primus in hoſtem

Belgæ fuſi & cæſi. impetum fecit, quem Parmenſis ſequutus eſt. Fœderatorum
equites acierum Auſtriaci impetum diu ſuſtinere non potuêre: ſed mox in fugam verſi tanto cum pauore ac conſternatione fuêre, vt in ſuum peditatum, qui in poſtremâ acie
erat, delati, eum perruperint ac diſsipârint. Tunc nulla B
amplius pugna, ſed fœda cædes facta. Nam cùm omnes Belgarum copiæ in effuſam fugam verterentur, pecudum in
ſtar ab Hiſpanis mactabantur. Fama erat, Comitem Helemenſem, qui partes Auſtriaci clàm ſequebatur, initium fugæ dediſſe, atque Monſdenam verſus contendiſſe eo con-

Cæſorum numerus. ſilio, vt locum illum Auſtriaci nomine occuparet. Cæſa ſunt
ex fœderatorum copijs circiter octo millia, capti ſunt fermè ſexcenti, in queis Gugnyus fuit: triginta vexilla peditum & tria equitum relata: captiui omnes in vrbem adducti, reſtibus ſunt ſuſpenſi, quod aliquot Auſtriaci militibus, C
qui capti à Belgis fuerant, manus, aures, nares ac digiti præciſi fuiſſent.

Vrbes deditæ. Giblum. Illa victoria potitus Auſtriacus ad oppidum Giblum caſtra mouet, quod ab hoſtibus tenebatur, diſtat à Namurio circiter milliaria decem, qua itur Bruxellas. Vbi ad abbatiam Argentoniam caſtrameratus eſſet, quatuor muralia tormenta ad diuerberandum oppidum promoueri iuſſit, oppidani victoris exercitus vim experiri noluêre, ſed antequam mœnia quaterentur, deditionem fecerunt Auſtriaci arbitrio, qui præſidiarijs militibus conceſsit, vt relictis D
armis, liberi quocunque vellent abirent, iuramento ab exteris præſtito, ne in annum aduerſus Philippum Regem militarent; ab indigenis, vt ipſi Regi perpetuo fideles forent,
quidam è primarijs, tanquam obſides aliorum fidei, retenti ſunt, quibus non multò pòſt libertas conceſſa eſt. Inuenta ibi annona in ſex menſes, quæ relicta eſt, cum quatuor
peditum millibus; reliquæ copiæ ad populanda loca finitima ſunt ab Auſtriaco eductæ. Cæſa ſunt per hanc victoriam

ad

A ad decem millia peditum à duobus equitum millibus, & vix decem milites ex victoribus ſunt deſiderati. 1577.

Miſſus eſt Gonzaga cum equitatu ad exploranda hoſtium conſilia, & vrbem Louanium tentandam. Vbi primùm Hiſpanorum vexilla à Louanienſibus conſpecta ſunt: de conditionibus dedendæ vrbis loqui cœptum, resq; eò deducta, vt duæ Scotorum cohortes, quæ erant in præſidio, incolumes, quo vellent, abirent, ciues autoritatem atq; imperium Auſtriaci reſpicerent. *Louanium.*

B Eodem victoriæ curſu Tielmontum, & Areſcotum in poteſtatem ipſius Auſtriaci venerunt. *Tielmontum.* *Areſcotū.*

Item & Sichemum: ſed cum magna oppugnantium cæde certatum eſt ibi per aliquot dies, frequentibus & acribus minutis pręlijs: cùm defenſores autem, poſt acerrimam diuerberationem, ſe fortiter defendiſſent, primumq; Hiſpanorum conatum magna virtute repuliſſent: tamen cū numero pauci eſſent, & locus non munitus, nullumque à ſuis auxilium expectarent: per certas cōditiones vrbem dedidêre. Sed Hiſpani, nullâ habitâ cōditionum ratione, oppidum ingreſsi bar- *Sichemum.* *Perfidia Hiſp.*

C barâ feritate milites ad vnum omnes, quos inuenire potuêre, trucidârunt, ducibus ipſis ſuſpendio necatis, qui parum fidentes Hiſpanicis promiſsis, ſe in priuatis domibus, cum quibuſdam agricolis diffugientibus ab illis militibus, muniuerant. Ad id fœdum facinus Hiſpanos incitatos fuiſſe ferunt, quòd ſupra quingentos è ſuis commilitonibus, antè in oppugnatione amiſiſſent.

Dieſtum eodem die per deditionem captum eſt, in quo ducenti tantum milites erant, quos ex oppido egreſſos Hiſpanicus equitatus inſequutus, contra pactam liberta- *Dieſtum.*

D tem, iurare coegit, ſe fideliter eo in bello Auſtriaco militaturos.

Spiæ oppidi magiſtratus ob coniurationem, cum Hiſpanis initam, in carcerem coniectus eſt, populo, cui ea conſilia detecta ſunt, clàm auxilia à Gandauo accerſente. Etenim magna celeritate ſexcenti pedites miſsi ſunt, qui per noctis tenebras, admotis ſcalis, mœnia conſcenderunt, adiuuantibus qui in præſidio erant. In vrbem intromiſsi magiſtratus cuſtodiæ tradunt. *Spia.*

1577. *Niuella.* Hiſpani à ſpe potiundi oppidi depulſi, de capienda Niuella conſultant, Carolo Mansfeldio duce. Is magna celeritate vſus prius ad mœnia adceſsit, quàm venturus eſſe crederetur: ſed cùm multi Hiſpani varij generis tormentis fuiſſent interfecti, oppidani erumpentes Mansfeldianos magno impetu inuaſerunt, duoq; Hiſpanorum vexilla in vrbem reportârunt, quæ in teſtimonium egregiè nauatæ operæ, Bruxellas miſerunt. A

Sangiſlænum. Sangislænum, procurante epiſcopo Atrebatenſi, fermè in Hiſpanorum manus venit: ſed Hermiſartus aſtu in vrbem ingreſſus, ſuâ autoritate multisq; rationibus in medium adductis, rem penè ad exitum perductam impediuit: & cùm vrbem omnibus rebus neceſſarijs muniuiſſet, in manus Lalænij, Annoniæ præfecti, tradidit. B

Mechlinia. Tunc temporis Mechliniæ maxima diſſenſio inter ciues excitata fuit, cùm alij nollent, alij maximè percuperent, militare præſidium à Statibus recipere, ſine quo vrbs non iudicabatur, aduerſus inuadentium hoſtium impetum, poſſe defendi. Miſſus opportunè ab Aurantio & Ordinibus Boſſutius regulus, qui tantâ dexteritate & prudentiâ negotium tranſegit, vt copiæ, quas adduxerat, ſenſim ſine vllo tumultu, palatium forumq; occupârint, atq; è primarijs ciuibus nonnulli, quòd viderentur Ordinum gubernationem minus probare, in cuſtodiam traditi ſunt. Miſsi ſunt præterea ex Antuerpia mille ciues, egregiè armati, decem è ſingulis cohortibus delectis, & quadraginta ex iuuenum turma, quibus etiam additæ ſunt duæ Scotorum cohortes. C

Lira. Tercenti item milites præſidio Liræ ſunt impoſiti, qui locus Antuerpiæ pro antemurali & propugnaculo eſt, quod in propinquo ſit, & arte atq; naturâ munitiſsimus. D

Hiſp. conatus apud Mech. irritus. Hiſpani Mechlinienſium diſſenſione cognitâ, miſerunt ſtatim, qui vrbem interciperent: id factu non difficile exiſtimantes, quòd ciues opinionibus diſtracti, atq; in partes diducti eſſent. Vix duæ horæ elapſæ erant, ex quo Antuerpienſium auxilia aduenerant, cùm ſexcenti equites, qui ſinguli ſingulos pedites in equorum clunibus ferebant, in conſpectum ſe dederunt: Sed vbi mœnibus appropinquârunt, tormentis imperiti, retrò, vnde venerant, abire coacti ſunt.

Ad

A Ad proſperum Auſtriaci ſucceſſum Belgicæ ciuitates con- 1577.
ſternatę, diligẽter & ſolicitè muniebantur, atq; inprimis Bru- *Bruxellæ*
xellæ. Eò Aurantius cum Archiduce venerat, vt ſi hoſtes ad *munitæ.*
vrbem obſidendam venirent, eam communi cum ciuibus pe
riculo defenderet. Profeſſus enim eſt apud ciues, ſe vnà cum
illis eandem belli fortunam ſubire velle. Egêre illi gratias,
quòd tam propenſo, ac promto animo ad eos iuuandos eſſet;
commodius tamen ſibi videri dixêre, ſi ſe includi intra mœ-
nia non pateretur, ſed liber à periculis, rebus omnibus in cõ-
B mune conſuleret. Verùm ne ſine perito duce vrbs relinque-
retur, ſi fortè hoſtis, recenti victoriâ ferox, illam inuaderet:
Boſſutius tuendæ vrbi præpoſitus eſt cum viginti quinq; pe-
ditum cohortibus.

Lalænius caſtra habebat in pago Genuola, qui non con- *Lalænij co-*
temnendas copias in vnum contraxerat, quibus regionem *piæ, &*
illam ab hoſtium incurſione tuebatur. Nec hoſtes, licet victo *Statuum.*
res, maximè formidare videbatur, quòd ipſius exercitus in
dies augeſceret. Decretum enim communi Aurantij, Viluar-
dij, & Bruxellenſium conſilio, vt veterani copiarum duces
C ſtudiosè copias colligerent, conuocarentq; in vnum Holan-
diæ & Zelandiæ præſidia. Collectæ etiam ſunt in Friſia tres
legiones: acceſsit & Senchus regulus cum quingentis equi-
tibus. Svartzemburgenſis iuſſus colligere tria equitum mil-
lia. Cùm autem duodecim vexilla peditum ex Holandia in
caſtra acceſsiſſent, aucti ſunt Belgis animi, qui ad felices Hi-
ſpanorum ſucceſſus ſupra modum erant conſternati, & di-
uulgatus rumor qui nutantes maximè confirmauit, fore bre-
ui, vt Belgici ordines vnis in caſtris ſupra triginta peditum
ac decem equitum millia haberent, præter ordinaria variorũ
D locorum præſidia ſatis valida, vnde poſſent in omnẽ oppor-
tunitatem multa hominum millia in caſtra commodè acciri.
Erant enim non exiguę copiæ in varias ciuitates diſtributæ,
dum illæ munirentur: cùm Antuerpiæ eſſent mille equites
ac decem millia peditum: è quibus ſedecim cohortes mœnia
de nocte tuebantur, aliæ in plateis & regionibus vrbis varias
ſtationes habebant. Duo millia operarum occupata erant,
in muniendis Bruxellis, vbi erant octoginta cohortes pedi-
tum, quæ ſingulę centum & quinquaginta milites contine-

1577. bant: cohors præterea erat ducentorum lectiſsimorum iuuenum. Erant in præſidio Gandaui tria millia peditum, & ſex cohortes, in oppido Guldera: quæ omnes copiæ magnâ diligentiâ à ſuis præfectis ſub militari diſciplina continebantur. Etenim ſingulæ decades ſuum habebant præfectum, & additus erat tribunis magiſtratus, qui curabat, vt omnes officio ſuo ſatisfacerent. Ita autem erant copiæ illę diſpoſitę, vt intra duodecim horarum ſpatium, quatuordecim armatorum hominum millia in vnum commodè colligi poſſent. A

Decreta Antuerp. Ne quid verò detrimenti ex incuria aut negligentia præpoſteráue fiducia reciperetur, ſunt Antuerpiæ multa ſalubriter decreta: primũ viæ omnes cathenis ferreis, quæ tranſuerſim aliquo excitato tumultu tenderentur, munitę ſunt. Deinde mercatores Itali & Hiſpani excedere ex vrbe iuſsi ſunt, quòd populo eſſent ſuſpecti: Ii Coloniam ſe receperunt. Promulgatum inſuper edictum, vt omnes exteri ad præfectum iuuenum arma ſua deferrent, quibus enſes & pugiones tantùm relicti ſunt. Iuſsi etiam ſunt omnes errones, intra viginti quatuor horarum ſpatium, ex vrbe atque agro Bruxellenſi excedere, grauiſsimâ pœnâ indictâ ijs, qui facere renuerent. Mercatorum inſuper ſarcinæ ad portas vrbis explorabantur, ne in ijs pecunia occulta per fraudem efferretur, aut aliquid bellici inſtrumenti. Imperatum etiam eſt, ne viri tractandis armis apti è ciuitatibus quocunq; prętextu exirent. B C

Quid Sellius propoſuat. Sellius Baro Ordinibus per literas ſignificauit, ſibi commodiſsimum videri, vt Parmenſis ex Regiorum partibus Antuerpiam velut obſes mitteretur, & Aurátius viciſsim in manus Auſtriaci vel alterius cuiuſdã, qui Regi fideliſsimus eſſet, traderetur, donec negotium componeretur. Reſpôdêre Ordines, illud, quod dabat conſilium, nequaquam paci congruum ſibi videri, eâ potiſsimum ratione, quòd Parmenſis animus ad bellum omnino procliuis eſſet, & ad alendũ gerendumq; bellũ ex Italia in Belgium aduenisſet, nihilq; magis quàm Belgarum oppreſsionem exoptare videretur. Petebant itaque à Sellio, efficeret, ſi poſſet, vt Auſtriacus ſtatim Belgio excederet, aliàs Principum amicorum ac vicinorum ope ſe rationes inuenturos, quibus ſe ab huiuſmodi oppreſſione liberarent. D

A Ita Belgarum omnium ſtudia ad bellum contra Hiſpanos conuerſa ſunt: nec Belgica gens ſolùm, ſed exteræ quoq; nationes, quæ Hiſpanorum Regis autoritatem nequaquam reſpiciebant, arma in illorũ excidium parabant. Londini enim in Anglia magnâ diligẽtiâ copiæ colligebantur, quæ in Belgium ad iuuandos Ordines mitterentur. Enimuero victoria Hiſpanorum, quæ Belgicis populis magnam trepidationem & pauorem attulerat, non ipſis victoribus admodum vtilis fuit. Siquidem nihil amplius fecit, quàm vt maioris apparatus armorum fierent, & bellum aduerſus eos maioribus viribus gereretur. Id tantùm commodi ex incruenta apud Giblon victoria Hiſpanis obuenit, quòd capto Louanio, & quibuſdam caſtellis, ſine vllo impedimento, vſq; ad Bruxellarum portas, exprobratâ hoſtibus ignauiâ, excurrerent. 1577. *Quid profuerit victoria Auſtr.* B

Cùm verò in Oceano Britannico naues quædam, multo auro pretioſiſque mercibus alijs onuſtæ, ex Indijs expectarentur, quę regijs rebus adflictis ſtipendiorum defectu opem ferrent: multæ naues Britannicæ egregiè epibatis inſtructæ, & ad pugnã paratiſsimæ obuiam illis proceſſère. Indicæ naues, cùm non apparuiſſent, Britannorum expeditio inutilis fuit, ſed cùm multæ aliæ Philippi Regis naues, ad Numidicam expeditionem, vt fama erat, inſtruerentur, Aurantiana claſsis, quæ ad fines vſque Luſitaniæ & columnarum Herculis anguſtias procurrerat, quædam nauigia bellicis apparatibus onuſta cœpit, atque in Belgium adduxit. *Quid mari geratur.* C

Amſterodamenſes, qui hucuſque Aurantio parere detrectârant, factâ tranſactione, eius imperium agnouère, & cum alijs Belgis ad communem patriæ defenſionem ſe coniunxerunt, Vltraiectenſibus ad hoc maximè inſtigantibus, vt vnioni cum cæteris Holandiæ Statibus ſubſcriberent. Cùm verò ciues, qui Pontificiæ religionis erant, tranſactionis articulos omnes nõ obſeruarẽt: qui reformatorũ doctrinã ſequebantur, veteres magiſtratus & Franciſcanos ex vrbe eiecerũt. *Amſterod. ſe dedunt.* D

Auſtriacus, adauctis iam viribus, ad oppidum Niuellam exercitum duxit: Ordines, quòd viderent oppidũ non poſſe diu tot hoſtium impetum ſuſtinere, neque tamen cenſerent, pro defenſione oppidi, prælij aleam experiri, antequam omnes copiæ in vnum conueniſſent, literas ad præſidiarios *Niuella obſeſſa.*

1577. miſerunt, (erant quinque cohortes peditum & aliquot Germani equites) quibus ſignificabant, locum eſſe deſerendum, quod ipſis auxilium commodè ſummitti nō poſſet: ſed cinctâ vndique vrbe literæ, ad quos mittebantur, reddi non potuêre. Præſidiarij quòd nullum effugij locum viderent, nec auxilium expectarent, conuocandos ciues cenſuerunt, vt de communi ſalute ſimul deliberarent, & quod conducibilius videretur, ſiue dedenda ſiue defendenda vrbs eſſet, conſentientibus animis ſequerentur. Dictis ſententijs, ciues ſimul & milites ſe iuramento adſtrinxêre, quandiu vita ſuppeteret, totis viribus vrbem defenſuros. Auſtriacus directis tormentis oppidum magnâ vi concutere cœpit. Patefacto aditu, Germani, qui in caſtris erant, in vrbem penetrare conati ſunt, quos aliæ copiæ ſequutæ ſunt. Oppugnatio acerrima fuit, in qua cùm propugnatores ſupra octingentos è Germanis occidiſſent: reliqui per ruinas præcipites reiecti ſunt: ex oppidanis ad ſexaginta partim trucidati, partim vulnerati ſunt. Repetita ſæpius oppugnatio, cum maxima oppugnantium clade, ſed tandem oppidanorum virtus pertinacia & magno numero hoſtium ſuperata eſt. Hiſpani oppido potiti, vt ſuis commilitonibus, qui in pugnis ceciderant, parentarent, nec ſexui nec ætati pepercêre.

Oppugnata. *Capta.*

Montium. Montium etiam tunc temporis ab Hiſpanis oppugnatū, qui cum magna potiundi oppidi ſpe eò venerant, quod nonnulli ciuium, ſe vrbē ipſis prodituros, promiſiſſent: ſed perfidiæ detectis cōſilijs autores in vincula coniecti ſunt, & Hiſpanorū conatus in irritū abiêrunt: quòd vrbem populoſam, naturâ & arte munitiſsimam, conſpirantibus in eius defenſionem omnibus incolis, per vim adoriri, non auſi ſint.

Edictum Ord. Promanauit ab Ordinibus edictum, poſt reditum Aurantij Antuerpiam, vt quicunq; Belgium inhabitabant, cuiuſcunque conditionis ij fuiſſent, fidelitatem Ordinibus patriæque iurarent, & Auſtriacum pro hoſte haberent, pacemque Gandaui factam integrè & inuiolatè ſeruarent. Rogati Ieſuitæ id iuramentum præſtare, recuſârunt. Præſules qui Ordinū partes ſequebantur, & in primis Abbates, illis ſuadebant, vt ad aliorum exemplum ſe componerent: ſed illi ſe excuſârunt, ac disertè proteſtati ſunt, ſe Romano Pontifici iuramentum præ-

Ieſuitæ cū Franciſcanis Ant. excedunt.

A præſtitiſſe, qui pro hoſte habebat non Auſtriacum,(vt quem 1577.
pecunia ac milite iuuaret) ſed Aurantium. Itaque magiſtra-
tus iuſſu Ieſuitæ omnes vrbe Antuerpia exceſſêre,à ſigno pe-
ditum,ne à populo obruerentur, deducti ad nauim, quæ eos
inde exportauit. Eodem modo cũ Franciſcanis actum,quod
idem cum Ieſuitis reſponſum dediſſent. Illi nauigio Mech-
liniam ſub fide publica vecti,Louanium conceſſêre.

Iis fermè diebus Philippivilla, proditione Florinei præfe- *Philippi*
cti,in Auſtriaci poteſtatem venit. Is de induſtria annonam in *villa.*
B vrbem non introduxerat.Ordines per Roſſelium Sequanum
tentârunt obſeſsis commeatum inferre:præceſsit ipſe,vt ſuis
animum adderet, eiſque viam oſtenderet, eum equites Bel-
gæ ſequebâtur,& Franci, qui cõmeatum ducebant.Cùm iam
ſeptem milliaria confeciſſent, & duobus tantùm ab vrbe ab-
eſſent,ſubito metu conſternati pedem retulêre; Roſſelio fru
ſtra illos expectante.

Dum hæc in Belgio gererentur, Vvormaciæ ad Rhenum *Legati*
Germanorum comitia habita ſunt, ad quæ Belgicorum Or- *Ord.ad Co-*
dinum & Matthiæ Archiducis præfecti nomine Santaode- *mitia Mo-*
C gondanus miſſus eſt, cum ijs mandatis, vt neceſſariam cau- *guntiaca.*
ſam ſumtorum ab Ordinibus armorum declararet, & auxi-
lium à Germanis contra communes hoſtes poſtularet, & de
aucto monetæ aureæ & argenteæ precio Belgij populos ex-
cuſaret,qui coacti fuerant, vicinorum Gallorum exemplum
ſequi, quod alioqui pecuniam omnem ad ſe traduxiſſent.

Miſerunt etiam Ordines Habreum regulum ad reginam *Legatio*
Angliæ,qui auxilia aduerſus Hiſpanos peteret. Illa pollicita *Ord.in An*
eſt,ſe nõ ſolùm milite, ſed etiam pecunia Belgas adiuturam, *gliam.*
ipſorumque patrocinium contra oppreſſores ſuſcepturam.

D Rex Philippus de his omnibus per literas Auſtriaci cer- *Reg. leg.ad*
tior factus, Legatum in Angliam miſit, qui Reginam roga- *Angliæ.*
ret,vt rebelles ſubditos, qui contra ſuum Regem inſolenter
arma ſumſerant,fouere & tueri deſiſteret. Legatus à Regina
benignìſsimè atque amicè exceptus fuit,ab illaq; reſponſum
tulit,ſe in neutrã partem proclinare, neq; magis Ordinibus,
quàm Auſtriaco adhærere.

Scripſit præterea Philippus literas ad Reges vicinos,& Bel
gij Ordines,quibus ſignificabat,ſe magnoperè cupere,vt res,

1577. ſi quo pacto fieri poſſet,componeretur. Eodem ferme tem- A
pore,Leodienſis Epiſcopus ad proceres,atq; Ordines Belgicos nũcium miſit,per quem ſignificabat, eſſe Regi in animo, vt pax & quies Belgio vniuerſo concederetur: ideo ſe velle cum ipſis de pace agere,ſi luberet.-

Legatio Ord.ad Alenconium.

Ordines his regijs promiſsis nõ ſatis fidentes, cõſilia belli intermittere noluêre,ſed vndiq; auxilia accerſiuêre, & ad Alenconium ducem,Regis Gallorum fratrẽ,legationem miſêre,quę eum hortaretur ac rogaret,Prouinciarum Belgicarum patrocinium & defenſionem ſuſcipere, quæ ipſius celſitudi- B
nem mirâ obſeruantiâ ſemper coluiſſent: (etenim in comitiis Bleſſenſibus Ordines miſſâ legatione à Rege poſtulârant, vt Alenconium fratrem ad defendendum Belgium contra Hiſpanorum crudelitatem mitteret,quod impetrare non potuerant) & quæ in tantum periculum deueniſſent,vt libertatem atque incolumitatem ſine externis auxilijs tueri non poſſent: plurimi intereſſe Gallis, amicos potius Belgarum principes habere,quàm Hiſpanos nimis potentes: idcirco alacriorem & promtiorem, ad ferendam illis opem,eſſe debere.Promiſſa ſunt ſtipẽdia omnibus copijs,quas adduceret, C
ſolutum iri,& centũ millia nummûm quotannis ipſi Duci,atque in harũ promiſsionum obſeruationẽ, datæ ſunt pignori & tanquã obſides Belgarum fidei tres Atrebatũ munitiſsimę vrbes,Landreſiũ,Baueſum & Chenoum. Illæ etiam conditiones propoſitæ ſunt, vt duo millia equitũ, & decem peditum in Belgium adduceret,quibus in trimeſtre ſpatium ſtipendia ab Ordinibus ſoluerẽtur:vt quod vltra Moſam acquireret,ſuum eſſet,quod citra,autoritatẽ Ordinum reſpiceret. Vt elapſo Auguſto mẽſe,Ordines nullas pacis cõditiones admitterent, abſq; cõſenſu reginæ Angliæ & Alenconij.Vt ſi opus eſſet do D
minũ mutare,ipſe Alenconius omnib.Principib.pręferretur.

Conditiones Alenconio propoſitæ.

Mater diſſuadet.

Regina ipſius mater expeditionẽ in Belgium diſſuadebat, q nec honeſtã nec vtilem regno Galliæ æſtimaret: non debere ſubditos ac rebelles populos aduerſus propriũ Principẽ defendi.Ille neq; matris precibus,neq; amicorũ monitis dimoueri à ſuo propoſito potuit, ſcriptũq; edidit, quo factũ ſuum tuebatur,ſe à Principibus, & Ordinibus Belgarũ inuitatũ, & rogatum fuiſſe, ne Belgicas prouincias in tantis calamitatibus

Alenconij proteſtatio.

A bus deſereret, Hiſpanorum libidini atq; crudelitati diuexandas. Profitetur, ſe in Belgium proficiſci velle, vt boni principis officio fungeretur, quod erat, vt pacem concordiamq; Ordinum conſeruaret: cùm optaret, omnia per iniurias infelicium temporum euerſa, in priſtinum ſplēdorem reducere, cum abuſuū reformatione, & obſeruātia iuſtitiæ, vt populi ſubleuētur tot extraordinarijs oneribus, atq; vt inuiolatè antiqua priuilegia ſeruētur. His ſubiungebat, quòd bellum Belgicum ſine cōtrouerſia Fráciæ regno inſignes cōmoditates & decus B eximium eſſet allaturum, quod hac ratione malum in regni viſceribus hęrens in alias regiones diuerteretur. Quibus adcedebat, quòd Belgium antiquitùs Gallico regno annexum erat, & Francico ſceptro ſubiectum, quod maiorē priuilegiorū, & immunitatū partem à Gallorū Regibus obtinuit: quorū cauſa eius regionis Ordines in contentionē cum Hiſpanorū Rege venerant. Nemini dubiū eſſe, ſatis iuſtam belli cauſam, notoriam vim repellere, & maiorum decus tueri: non ſolùm naturales obligationes, quibus ſe adſtrinxerat: ſed Fràcici regni vtilitatē eum impellere, vt pro viribus impediret, ne quid C iniuſtum fieret aduerſus Belgas, ſed immanem tyrannidem, qua opprimebantur, prorſus euelleret. Et cùm princeps eſſet è regio ſtemmate Francicæ gentis: omnibus rationibus ac viribus ſibi à Deo cōceſsis opē ferre oppreſsis debere, ac ipſos Ordines defendere aduerſus omnes, qui ipſorum priuilegia abolere vellent. Pręterea proteſtabatur, Deum in teſtem ſynceri animi appellans, quòd nihil horum faceret, auaritiâ, aut ambitione impulſus: cùm omnes, qui ſuppetias ferrēt ad tam præclarum facinus exequendum, eiuſdem honoris, & glorię, quam ſe relaturum ſperabat, participes futuri eſſent, & præ- D mia ſuis laboribus digna ab ipſo accepturi. 1577.

Iis fermè diebus Gandauenſes & Brugenſes mendicantium Ordines proſcripſerunt, quoſdam etiam interfecerunt: Antuerpiēſes vetuerunt, ne qua illis iniuria inferretur, & duos milites, cum eis inſolentiùs agentes, ad cæteros deterrendos, capite truncari iuſſere.

Mendic. Ord proſcripti.

Iis etiam tēporib. Conſiliarij ſupremæ curiæ Friſiæ regionis Levvardæ captiui facti ſunt, & in eorum locum noui ſubſtituti: Epiſcopus etiā Levvardenſis cuſtodiæ in arce traditus

1577. eſt,& nonnulli ciues in proprias ædes relegati. A

Regina Angliæ cùm Habræo Aurantij atq; Ordinum Legato auxilia promiſiſſet, ne bellum ciuile potius, quàm pacem & quietem inter Regem & ſubditos procurare,& diſsidia alere,diceretur: Legatos ad Auſtriacum, qui eum à diuexandis Belgis dehortarentur,miſit: quem cùm in propoſito perſiſtere vidit,iuſsit illi renunciari,ſe vicinorum & amicorum iniurias negligere non poſſe: ſed ipſis, ſi diutiùs opprimerentur, opitulari decreuiſſe. Auſtriacus Anglici Legati libertate dicendi grauiter commotus,reſpondit:ageret Regina,prout lu B beret,verùm aliquádo euenire poſſe,vt ipſam pœniteret,ſubditos rebelles contra proprium Regem iuuiſſe.

Venit tunc temporis Billius ex Hiſpania, qui retulit, Regem promittere Auſtriaco trecẽta millia coronatorum in ſingulos mẽnſes,quò bellum ſummis viribus gereretur.Id vt regiorum animos maximè cõfirmauit: ita Ordines in magnam ſolicitudinem coniecit.

Caſimiri proteſtatio. Edidit Caſimirus, coactis copijs,prolixam facti ſui rationem publico ſcripto, typis excuſo, Germanicâ linguâ: cur ſcilicet ſeſe Belgicis rebus immiſceret, & inferioribus Ger- C manis opem ferre cogitaret,contra Auſtriacum & Hiſpanos: ſe veniſſe tantùm ad conculcandam regiorum miniſtrorum tyrannidem,qui auaro crudelique animo Belgas, vel cõtra regiam voluntatẽ,opprimere conarentur, cùm Regis cõſilium verè integerrimum eſſet, neque ab vlla æquitate, humanitate,rectiſsimaq; gubernatione diſſentiret:ipſum ſi auara atque inhumana ſuorum miniſtrorum conſilia poſſet cognoſcere, non quidem in eos,qui iniurias propulſabant, ſed in eos,qui inferebãt,vniuerſam indignationis molem conuerſurũ.Difficilimũ quidem Principibus,omnium deliria atq; errata mi- D niſtrorũ cognoſcere,qui ſemper exploratores aduenientium habent apud principem,& defenſores, vel cubicularios vel à ſecretis,largitionibus corruptos,qui abſentiũ cauſam tueantur.Multa præconia ipſius Regis in eo ſcripto cõtinebantur: vt declararet,nullo ipſius odio, cauſam oppreſſorũ ſubditorũ ſuſcepiſſe. Illud aũt ſcriptum edidit,quòd multorũ ſermonib. carperetur,ad opprimẽdos Belgij populos, vel ad delẽda regia iura,copias collegiſſe, per ſimulationẽ ferendi auxilij,ma

iora

A iora quædam conſilia in animo verſare, qui non eſſet putan- 1577.
dus tam facilè ad populorum defenſionem accurriſſe, qui ar-
ma ſumſerant, non modò contra auitam religionem, ſed eti-
am contra naturalem Principem. Publicato ſcripto & indictâ
profectione omnes copiæ, tùm pedeſtres tũ equeſtres, in vnũ
cõuenerunt, & verſus Belgium iter ſuſceperunt. Primùm ipſe
Coloniam venit, inde Murſam, dein Zutphemũ, vbi luſtrauit *Copiæ Caſimiri.*
exercitum. Erant vniuerſæ eius copiæ ſeptem millia equitũ,
& viginti peditum: in queis erant mille & ducenti Galli, Bon
B curtio duce: his vtebatur tanquam ſatellitio & cuſtodia cor-
poris: alij Germanici nominis erant.

Dum hæc agebantur, ſeptem Vvalonum cohortes, quę Ma *Vvalonum perfidia.*
ſtrichi in pręſidio erant, ob ſtipendia non ſoluta, excitato tu-
multu, Hezam Baronem, ipſarum columellam & vrbis præfe
ctum, omnes ſimul duces, legatos, anteſignanos Hezanæ le-
gionis, captiuos fecerunt, conſiliumq; de prodenda vrbe Hi-
ſpanis inierunt, & iam pars copiarũ Auſtriaci in itinere erat,
quæ vrbis poſſeſsionẽ caperet: cùm Salniærus Melroyẽſis re-
gulus, ab Ordinibus miſſus, opportuniſsimè ſuperuenit, pe-
C cuniam adferẽs, quâ debita militib. ſtipẽdia perſoluit, & tu-
multum ſedauit. Pòſt captiuis ducibus è vinculis ſolutis, ſe- *Punita.*
ditionis autores prehendi iuſsit, quos partim Moſæ gurgiti-
bus demergendos, partim reſtibus ſuſpendendos curauit, &
nouum præſidium intromiſit. Ita ſpe fruſtrati Hiſpani re infe
cta in caſtra redire coacti ſunt.

Eandem fermè ſortem in Atrebatibus tulerunt, niſi quòd *Aſtus in*
Bapalmam aſtu interceptã, duodecim horas cùm tenuiſſent, *Bapalma*
inde cum cæde eiecti ſunt. Fuit aũt áſtus huiuſmodi: Milites *capta.*
quidam, qui ruſticorũ habitu ad arcis pontem venerant, cum
D militibus familiariter colloquentes, eos nihil tale metuẽtes,
arreptis gladijs cõfoderunt: tum ſublato ductili ponte in arcẽ
ingreſsi, quos inuenêre ibi milites, ſimiliter trucidârũt. Occu
pata arce, tria maiora tormenta diſplodunt, vt trecentis equi-
tibus, qui non longè áberant, ſignum darent, vt properè ad
captam arcem aduolarent: Ad tormentorum boatum terri-
ti ciues, arma ceperunt, & vt captam hoſtili aſtu arcem vi-
dêre, ſummâ vi eam adgreſsi, antè quàm Regijs auxilium
aduenirent, receperunt.

1577\. Antuerpiæ incolis maximum tributum impoſitum eſt: & A trecenta aureorum nummûm millia Caſimiro in ſtipendia equitum tranſmiſſa. *Edictum.* Edictum etiam nouum publicatū de Gandauenſi tranſactione obſeruanda, de exigendo iuramento ab omnibus incolis, tum ciuibus tùm inquilinis, cuiuſcunq; gradus aut cōditionis eſſent, ſe tranſactionem illam integrè obſeruaturos: nam qui id facere recuſarent, in hoſtium numero haberentur. Omnes alacriter iuramentum, vti ab illis poſcebatur, præſtiterunt.

Auſtriacus audito Caſimiri aduentu, veritus ne ſi tot co- B piæ, quæ ex varijs locis acceſſebantur, in vnum conuenirent, amplius in patentibus campis exercitum habere poſſet: iuſſit Hiſsium regulum cū ſuis copijs, aſſumtis ſecum quibuſdam alijs turmis, obuiam illi ire, vt iter præcluderet: ſed vbi cognitum eſt, octo millia equitum, & Heluetiorum Gallorumque quatuor millia, Moſam traieciſſe, & ad Zafferum pagum conueniſſe, Hiſsius cū ſuis in caſtra ſe recepit. Auſtriacus ne otio torpeſceret exercitus, & ex ipſius deſidia hoſtiū animi augerētur: ſtatuit Hochſtrattum, & Viluordium oppida, inter Bruxellas & Mechliniā, adoriri, quo tempore eius exercitus mul C tis copijs auctus eſt.

Statuum copiæ. Primores Belgarum copias ingentes ad Bosleducum colligebant, quo conuenire iuſſa ſunt ſex equitum, quatuor peditum millia Caſimiri, & Comes Svvartzenburgenſis, Iulius Brunſuicenſis, & Schenchenius regulus, qui ſinguli mille, & quingentos equites colligere iuſsi erant. Conuenêre & alij multi tribuni peditum cum ſuis cohortibus, ita, vt vniuerſus exercitus ad viginti peditum millia, & duodecim equitum contineret.

Caſimirus capto Deuantero, ad oppugnandam Ruremon D dam copias duxit. Eò cùm appuliſſet, Matthias Archidux venit in caſtra, vt ipſum ſalutaret, eiuſque copias videret, quæ expediti roboris eſſe dicebantur. Dum altera autem pars exercitus ad Ruremondam caſtrametatur, cum altera Dauentriam obſidet, quod eſt opulentum & amplum ditionis Tranſiſelenæ oppidum.

Auſtriacus cū ſuis copijs ex abbatia Opplintere ſigna conuellit ad profectionem, quod intelligeret, hoſtem non procul

A cul abeſſe, vt obuius factus collatis ſignis dimicaret. Sed vbi 1577. ad quindecim millia paſſuum proceſsiſſet, illum inuenit aggeribus & foſsis militaribus circundatum, in loco naturâ munito, cui non ſemel obtulit vt prælio res decerneretur. Cùm pugnam detrectaret, Auſtriaci milites ingenti auſu aggeres tranſgreſsi, caſtra Caſimiriana adoriuntur. Atrox pugna inter eos & Germanos exorta, ex his plures trecentis interiêre, ex illis circiter viginti quinquaginta vulnerati ſunt.

Auſtr. pugnam offert.

Auſtriacus cùm vbique magnos apparatus contra ſe ab Or B dinibus fieri intellexiſſet, petierat à Pontifice ſeptem millia peditum, qui ipſius ſtipendijs alerentur: quoniam de religione non minus, quàm de regio iure contendebatur. Dux Florentiæ tria millia proprijs ſtipendijs ſe miſſurum promiſit: ſed quoniam mentio de pace ab Hiſpano Rege, qui omnia ſe rè deplorata in Belgio videbat, iniecta fuerat: Pontifex admodum pacis cupidus Cardinalem Moronum, cuius prudentiæ maximè fidebat, in Belgium miſit, qui res componi diligenter curaret. Philippus Rex cùm ex altera parte haberet Proceres, qui Principum Belgarum animos ad pacem hor- C tarentur: ex altera cenſeret metu ingentium apparatuum ad eam amplexandam impellendos eſſe: ſimulat ſe totum ad bellum ferri, vt partim ſpe tranquillitatis, partim grauiorum malorum metu, belli conſilia deponere, & ad pacem animos proclinare cogerentur. Cæterùm Status neque hac ratione bellicos apparatus intermittunt: ſed omnes conatus atque conſilia ad bellum conferunt, & per Comitem Rennebergēſem Campenam vrbem obſidentes, tandem in ſuam poteſtatem redegêre. De Regis apparatibus, qui in Italia fiebant, multus vbique ſermo erat. Sparſus eſt rumor, Petrum Medi- D cem, ducis Florentiæ fratrem, decem millium peditum præfectum in Belgium iter accingere iuſſum: Comitem Somaræ, Mediolanenſem; Vincentium Carafam, Neapolitanum; Stephanum Mutium, Romanum; Medicem breui ſequuturos, ſingulos cum tribus peditum millibus: & vt magis fides rumori haberetur, caſtrenſia munia diſtributa ſunt: Paulus Sfortia ſummus Italici peditatus præfectus diuulgatus eſt: Proſper Columna caſtrorum magiſter.

Cauponatio de pace.

Rumor de apparatu regis in Italia.

Imperator, Rex Galliæ, & Angliæ regina interim pacem *Paciſcitio.*

1577. conciliare inter Regem & ſubditos nituntur:huius rei gratiâ A
miſſus in Belgium à Cæſare Legatus Schvvartzemburgius:
Rex Galliæ Bellieureum miſit:Angliæ Regina Tolbanum &
Vvalſingamum. Petijt Auſtriacus vt Ordines arma deponerent, Aurantius in Holandiam rediret, priuſquā de pace negotiatio inciperet. Reſponderūt Ordines, pacem conciliari nullo pacto poſſe, niſi prius Auſtriacus cum ijs, quas habebat, copijs Belgio excederet, & Archidux Belgij Gubernator maneret. Addidit Auſtriacus, nolle ſe promittere, Aurantij filium redditum iri, qui in Hiſpania erat, nequaquam etiam nouam B
religionem permiſſurum: exhortatus eſt multis rationibus Bellieureus Ordines ad pacem. Ita illi articulos conciliandæ pacis per legatos illos Auſtriaco propoſuerunt: ſed ita duræ conditiones viſæ ſunt. Vt plerique dicerent, illos pacem omnino auerſari, aut de induſtria iniqua petere, vt faciliùs æqua ferre poſſent. Declarârunt præterea, ſi pax conciliari nō poſſet; ſe nouum dominum potius quæſituros, vel Belgium inter plures partituros, vel more Heluetiorum, formam popularis adminiſtrationis arrepturos, & Monarchiam in multas democratias mutaturos, quàm durum Hiſpanorum iu- C
gum pati velle. Conditiones autem, quæ ab Ordinibus tunc proponebantur, ſunt hæ:

Cōditiones ab Ord. propoſitæ. *Vt Archidux Belgicarum regionum ſummus Præfectus eſſet; neque quicquam in ipſius gubernatione fieri poſſet ſine Statuum conſenſu. Vt Auſtriacus rata haberet omnia, quæ à Statibus facta erant, ex quo Namurium ſe recepiſſet. Vt ipſe reſtitueret omnes munitiones, caſtella, pagos; cum omnibus bellicis tormentis, & apparatibus, & infra menſem diſcederet, cum omnibus ſuis copiis, indigenis exceptis. Item quòd ipſi Ordines vellent Proteſtantium religionem obſeruari, in omnibus Belgij Prouincijs: ita tamen, vt non haberentur conciones. Vt Status præſidia, & omnes ſubditi Belgicarum Prouin-* D
ciarū Regi Hiſpaniæ parerēt: ſic tamē, vt nihil de ſuis priuilegiis decederet. Vt omnia, quæ trāſacta erant in eo Belgico bello, vtrinq; ſempiterna obliuione delerētur, & captiui ſine vllo pretio dimitterētur. Vt in ea pace Galliarū Rex, Regina Angliæ, Alenconius & Ceſimirus, Duces, comprehenderentur.

Reiectæ. Hæ conditiones, vt iniquæ & indignæ, quæ Regi proponerentur, reiectæ ſunt, & de pace negotiatio prorſus omiſſa, omnium animis ad bellum conuerſis.

Auſtriacus cùm in caſtris ad decem equitum millia, & triginta

Aginta peditũ haberet, inutiles moras non amplius trahere vo- 1577.
luit, ſed ad Limburgũ copias duxit. Qui inibi præfectus erat, *Auſtr. Lim*
commeatus, pilas, & pulueré tormentarium ſibi mitti poſtu- *burgum*
lauit, cùm rumor increbuit, Auſtriacum cum exercitu ad vr- *adoritur.*
bem obſidendam aduentare, promittens Ordinibus, ſi iſta
reciperet, ſe omnem hoſtilem impetum repreſſurum. Miſſa *Capit cum*
omnia quæ ipſe poſtulauit, ſed quæ iactârat, non perfecit: ſi- *Dale.*
quidem ad primum hoſtis appulſum in colloquium deue-
nit, eiq; vrbem nulla parata defenſione tradidit. Capto Lim-
B burgo Auſtriacus ad Dalem mouit, quæ abſque vlla mora ei
portas aperuit.

Mornus tribunus, qui Aurantio militabat, non procul à Bosleduco cum Hiſpanis aliquot cohortibus conflixit, & occiſis ex illis pluribus ducentis cæteros in fugam cõuertit.

Exercitus verò Auſtriaci, quamuis ex validiſsimis copijs *Morbus in* conflatus, & nullum detrimentum ab hoſtibus paſſus eſſet: *Auſtr. caſtris.* tamen quòd ventris profluuio multi infeſtarentur, & in dies nonnulli extinguerentur, in queis non mediocris autoritatis proceres fuêre, infirmior reddebatur, & minus promtus
C ad militares labores ſubeundos: idcirco victoriæ curſum interrumpere coactus eſt, & magis de vi propulſandâ, quàm inferendâ cogitare.

Caſimirus adiunctis ſibi Anglis & Scotis, ad oppidum *Caſ. Dieſtũ* Dieſtum, ab Auſtriaco prius occupatum, contendit, & caſtris *aggreditur.* foſsis & aggeribus diligenter munitis, tormenta promouit, mœniaq; diuerberauit. Qui in præſidio erant, viribus ſuis diffiſi, maturè antè quàm murus aperiretur, paciſci cum hoſte voluêre, & non expectatâ oppugnatione, vrbem in eius po-
D teſtatem tradidêre.

Qui Proteſtantium religionem Antuerpiæ profitebantur, *De religionis exercitio.* ob Caſimiri propinquitatem elatiores facti, Archiduci, Aurantio & Senatui binos libellos ſupplices obtulerunt, quibus libertatem in religione petebant, eiusque publicum exercitium. Reſponſum eſt, deliberationem de eo negotio ad Ordinum ſenatum pertinere: Res diu in illo Senatu agitata & diſceptata, tandẽ ad generalium Ordinum conuentũ, qui breui Deuremondæ celebraretur, reiecta eſt. Tamen quod illi petierãt, iam in plerisq; Flandriæ & Brabantię vrbibus, ſi-

1577. ne magiſtratus autoritate, ſumſerāt, fiebatq́; ad ipſorum publicos congreſſus magnus populi concurſus: & quia pleriq; iudicārunt ſatius eſſe, hæc ita fieri, quàm non fieri: multi etiā omnino debere fieri: magiſtratus autoritate tandem illi confirmati ſunt: ideo Archidux datis literis prouinciarum Ordinibus, quibus & ſupplices Reformatorum libellos articulorumque, pro pacificando religionis negotio ſuſceptorum, ex ſcriptum tranſmiſit: de hac re iudicium, & ſententiam ipſorum quàm primum tranſſcribi poſtulans. Ordines cùm vererentur liberam religionis publicè exercendæ facultatem cōcedere, miniſtris populum eò concitantibus, è re ſua duxerunt fore, ſi populo ſimilem in religione libertatem darent, quam Germani, inde ab anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quinto, ex Auguſtanis comitijs obtinent; quæ ab illis vulgo dicitur Religionsfriđ / dum modò pro ea quingenta florenorum millia numerarentur. Annones, cùm reformatæ religionis conciones ſenſim in populum inueherentur, rogati, vt eas approbarent, reſponderunt: ſe nullam aliam religionem, quàm catholicam Romanam culturos: eam verò vſque ad extremum ſpiritum defenſuros. Artheſienſes idem etiam ſe facturos, palàm declarārunt. Inſulenſes eos, qui nouam religionis formam introducere conabantur, vrbe eiecerunt. Gandauenſes è diuerſo quatuor mendicantium ordines ex vrbe, & imagines è templis profligārunt. Brugenſes publicè concionabantur: Autuerpienſes in quatuor templis: Bruxellenſes domi.

Sedulitas vtriuſque partis. Auſtriacus cùm in dies copias hoſtium adaugeri videret, ſuos in varia diſperſos in vnum contrahere nititur, multaq; loca non ſatis munita, & quę non magni momenti putabantur, præſidijs nudat, & milites in caſtra accerſit.

Ordinū exercitus decem milliaribus à Louanio caſtra tūc locauit: quorum propinquitatem non admodum ſibi tutam reputans Auſtriacus, Namuriū ſe recepit, relictis Louani triginta peditū cohortibus, & duodecim equitum alis, vrbemq́; iuſsit quàm diligentiſsimè cōmuniri, atq; omnem commeatum è locis, à ſuis deſertis, eò cōportari. Ordines in prouidendo cōmeatu pro ſuis caſtris maximè ſoliciti atq; intenti erāt, qui cū mari Britannico atq; Balthico libero potirētur, multa nauigia

A nauigia frumentatum miſêre, quæ non modò frumentũ,ſed 1577.
varij generis bellicum apparatum ad littoreas vrbes attule-
runt:vnde qui in caſtris erant, maximè fuêre recreati.

Alenconius, qui pollicitus fuerat,ſe breui in Belgium vẽ- *Alenconius*
turum,citatis equis,cum duodecim tantum comitibus,Mõ- *venit in*
tium Annoniæ venit, vbi eius aduentus Ordinibus ac proce *Belgium.*
ribus Belgarum nunciatus eſt. Erecti tunc magnoperè ad re-
rum magnarum expectationem omnium animi, atque miſ-
ſus eſt Arſcotanus,qui Principum & Ordinum nomine,ipſi
B de felici aduentu gratularetur.

Annibal Amaſienſis Comes cùm audijſſet ad decem,& ſe-
ptem Gallorum cohortes pro Alenconio in Belgium aduen-
tare,cum tribus ferè millibus peditum & ſeptingentis equiti
bus obuiam illis proceſsit.Commiſſa ſtatim ad primum con
ſpectum tumultuaria pugna, poſtea totis viribus certatum.
Victoria penes Amaſienſem fuit,qui fuſis fugatisq; hoſtibus,
decem vexilla cepit, quæ in ſignũ rei bene geſtæ ad Auſtria-
cum miſit. Galli coniunctis viribus (erant ad tria equitum, *Galli fuſi.*
quatuor peditum millia) in Neruios,& Atrebates progreſsi,
C amiſſum decus ſtatim recuperârunt. Nam arcem Hauechen-
ſem arctiſsimè obſidentes, & acriter diuerberantes ad dedi-
tionem compulerunt, Hiſpanosq;,auxilio obſeſsis venien-
tes, cum magna cæde repulerunt: tum præſidia in Soigni-
um,Mabugam,Reuxam,oppida ab Hiſpanis deſerta, impo-
ſuerunt.Bruſsium poſtea ab Alenconio obſeſſum fuit, & de- *Bruſsium*
cem muralibus tormentis, & ſex colubrinis diuerberatum. *Alenc.de-*
Qui erant in præſidio, ſe oppugnationem ſuſtinere poſſe *ditum.*
diffidentes, & nullum à ſuis auxilium ſperantes, Alenconij
arbitrio ſe dediderunt,quibus libertatem conceſsit. Illis ex
D vrbe egreſsis, aliquot cohortes è ſuis in cuſtodia vrbis re-
liquit.

Dum Belgarum procerum exercitus ad Rimenantum in
Brabantia eſſet: Auſtriacus aſſumtis ſelectioribus copijs, *Auſtr.conatus.*
quæ è ſuis caſtris, & proximis præſidijs euocârat, illum ex
inopinato adoriri ſtatuit, ſperans hoſtes repentino & in-
expectato ipſius aduentu perturbatum iri, & inſignem cla-
dem accepturos, aut ad vniuerſi certaminis aleam cogi
poſſe: de qua, ſuorum virtuti, in multis periculis probata,

1577. confiſus, bonam ſpem conceperat: ſed neutrum horum ac- A
cidit. Nam Ordinum copiæ, de ipſius conſilio certiores fa-
ctæ, diſpoſitis peritiſsimè ac commodiſsimè tormentis, &
inſtructis aciebus, eius aduentum expectantes, cùm propè
acceſsiſſet, tanta repentè omnis generis tormentorum pro-
cella in ipſius copias effuſa eſt, vt ad ſeptingentos eo primo
Hiſpani malè accepti. congreſſu amiſerit. Hiſpani, tanto ab hoſtilibus tormentis
accepto detrimento, ſe non deſerunt; ſed magno auſu in val-
lata caſtra penetrantes, cum Anglis, & Scotis, quibus aliquot
Angli fortiter dimicant. Germanorum equitum alæ ſe adiunxêre, atrociſsimum cer- B
tamen contraxerunt. At Angli cum ſocijs adeò ſtrenuè & cō-
ſtanter depugnârunt, vt occiſis ex Hiſpanis circiter mille, cę-
teros in fugam coniecerint: cùm è ſuis ſupra quadringentos
amiſiſſent. Ingentem lætitiam Ordines ex ea victoria rece-
pêre: quamuis non magna hoſtium cædes facta ſit, videbant
enim è re bene geſta ſuorū militum animos maximè adau-
ctos, & populum à diutino pauore recreatum. Magnam for-
titudinis gloriam Angli & Scoti tulêre, quòd veteranos atq;
in armis induratos milites, & ſemper vincere ſolitos, illatâ
clade, repulerint, & terga, quæ antea hoſtis non viderat, ver- C
tere coegerint.

Ne otioſæ, ac deſides Ordinum copiæ, quæ ampliſsimæ
erant, in tanta rerum opportunitate in caſtris morarentur,
miſsi ſunt mille equites, cum totidem conſeſſoribus pediti-
Areſcottũ ab Ord. captum. bus ſcloppettarijs, ad Areſcotum oppidum: vbi duæ Germa-
norum peditum cohortes, & turma equitũ in præſidio erant.
Locum repentè adorti Belgæ, celeriter expugnârunt, & to-
tum præſidium trucidârunt.

Tumultus Valecenis. Iis fermè diebus Archieſſus nobilis ab Archiduce Valen-
cenas miſſus eſt, vt quædam, quę ad publicum vrbis commo- D
dum ſpectabant, tractaret: ſed cùm quædam contentio inter
eos exorta eſſet, magnus in vrbe excitatus eſt tumultus, di-
ductâ in partes plebe, quibuſdam Archieſsi conſilium pro-
bantibus, alijs magiſtratus ſententiam tuentibus, adeò exa-
cerbatis vtrinq; animis, vt per duos continuos dies totidéq;
noctes, diuerſas ſtationes in armis habuerint, & acies inſtru-
xerint, quaſi mox conflicturi. Miſſus eo eſt ab Archiduce Ri-
chardotus, vir doctrinâ & prudentiâ conſpicuus, à quo res
conci-

A cōciliata eſt,& ſopitus tumultus, qui in grauem ſeditionem 1577. exarſiſſet,niſi opportunè obuiam itum fuiſſet.

Boſſutius caſtris ad quatuor milliaria à Louanio poſitis *Boſſutij progreſſus.* cum duobus equitum millibus, & totidem ſcloppettariorũ peditum in conſpectum vrbis venit, vt præſidium ad pugnã alliceret, quo exeunte Vicecomes Gandauenſis, & Noæus Gallus certamē ſtatim inièrunt, eo quidem euentu, vt egreſſos hoſtes ad mœnia vſq; vrbis pepulerint, nonnullis ex illis & Gallis pariter cadentibus.Boſſutius de obſidenda vrbe co-B gitauit,ſed quòd foſſoribus, qui ductis foſsis & excitatis aggeribus caſtra circumuallarent,careret, & ingentia tormēta, ad aperiendum murum, non haberet:retrò abire omiſſo obſidionis cōſilio coactus eſt. Exercitus ſtatim ductus ad Mottam arcem, quæ vi expugnata eſt.Caſtellum Sartium, Genapum,& Niuella vrdes ad primam araldi denunciationem deditionem fecerunt.

Cęſareus legatus Schvvartzenburgius Louanij, Ordinum *Tractatio de pace.* nomine,Auſtriaco dixit,vt exercitũ dimitteret,& ſe in Italiã vel Hiſpaniam reciperet, alioqui Ordines Regem non am-C plius habituros pro Principe ac domino. Reſpondit ſe hoc Regi ſcripturum, & inducias in tres mēſes petijt. Atq; vbi reſciuiſſet,Alenconium patriæ defenſorem declaratum, legatos de pace,quos dimiſerat,ex itinere reuocari iuſsit, quibus dixit,ſe valde commoueri ad pacem,propter prouincię calamitates, etiamſi duræ conditiones proponerentur: Regem eam exoptare,propterea in Cæſarem totum illud negotium reieciſſe.Miſſæ etiam ex Hiſpania Regiæ literæ, quibus præ- 1578. teritorum datâ veniâ, populi Belgici ad cōcordiam ineundã, D depoſitis armis, ſolicitabantur.Erant aũt in hanc formã ſcriptæ: *Philippus* Dei gratia *Hiſpaniarum* Rex: *Cùm à fidelibus miniſtris quibuſdam noſtris intelligamus, aliquas eſſe ciuitates comitatuum noſtrorum, Flandriæ & Artheſiæ, præuidentes confuſionem vſq; in inferiori noſtræ Germania proceſsiſſe, vt ſine aliquo reſpectu iuris, tam diuini quàm humani, à quibuſdam, ob principis Aurantij fœderationem, nihil adeò timendum ſit, quàm ſanctæ fidei ac religionis catholicæ Romanæ interitus, quorum inſolentia eò ſpectare, ac tendere videatur, vt nos iuriſdictione atque dominio exuere & ſpoliare præſumant, ſub tyrannidis ſcilicet Hiſpanorum prætextu. Nolentes itaque ciuitates prædictæ huiuſmodi maleficijs* *Literæ Reg. pacificatoriæ.*

1578. *conſentire, vel cum iiſdem participare: verum potius ſatisfacere officio, Deo nobiſq; debitè præſtando, partes principis Aurantij, ac Statuum deſerere ac relinquere cupiunt, ad hoc, vt antiquam fidem catholicam Romanam, nobiſq; debitam obedientiam, laudatiſſimo quondam Imperatori, domino ac parenti noſtro præſtari ſolitam, inuiolabiliter conſeruent. Nos itaque ſatis intelligẽtes ſalutem prouinciæ in bonorum ſubditorum fidelitate plus quàm vllis alijs in rebus conſiſtere, atque vti volentes clementia noſtra conſueta, deceptumque, atque à recto itineris tramite abductum oberrantemq; populum noſtrum nobis obedire, fidemq; quam debet ſeruare, deſiderantem, obuijs vlnis brachijsq; expanſis his literis amplectimur, iuſtificantes omnes actiones, & intentiones noſtras, quibus pro debito noſtro licet abundè hucuſq; ſatisfeciſſe videamur, quoad eorundem reductionem maximè ſubditorum: Volumus attamen vel hac etiam vice declarationẽ intentionis, & bonæ voluntatis noſtræ edere, talẽ videlicet: Quod omnes ciuitates, caſtella, aliaq; loca, quæ exercitium noſtræ ſanctæ fidei, ac religionis catholicæ Romanæ iterum aſſumere, vel vt rectius dicamus, continuare, atque inuiolabiliter obſeruare voluerunt, liberè, & ſine vllo impedimento fruantur omnibus quibuſcunque ſuis priuilegijs, quibus tempore Imperatoris domini quondam atque parentis noſtri vtebantur fruebanturq;, quodq; in dictis ciuitatibus, & caſtellis nulla prorſus imponentur Hiſpanorum aliorumq; quorumcunq; exterorum hominum præſidia, id quod antea fieri neceſſitas cogebat, cũ ad reſiſtendum principi Aurantio, Statibus & eorum aſſeclis, tum pro illorum ciuitatum, vel etiam caſtellorum meliori ſecuritate, præter voluntatem quidem noſtram eiuſmodi exterorum præſidia imponere. Promittimus itaque verbo regio, non alia nos impoſituros illis præſidia, quã ex ijs militibus collecta, qui in patria nati, ſubiecti noſtri & vaſalli fuerint idemq; catholici. Atq; vt hac de re ſint tanto certiores, milites cõſcribentur in iiſdem locis, in quibus neceſſe erit præſidia collocare, quorum tribuni quoq; aſſumentur ex locis iiſdem atq; perſonis, quibus merito fore contentos incolas arbitramur. Huius intentionis, voluntatis ac declarationis noſtræ, (ne cauſam quis prætendat ignorantiæ) ſtatuimus fieri publicationem & exſcripta authentica per ſecretarios noſtros confici, quibus perinde vt originali fides adhibeatur. Madritij Septembris vndecimo 1578.*

Edictum de Religione. Qui reformatæ religionis doctrinam profitebantur, quoniam vbiuis in Belgio per ſupplices libellos conciones, & alia ſuæ religionis exercitia Archiduci & Statibus offerebant: conceptum & publicatum in religionis negotio edictum in triginta ſex articulos cõprehenſum, quorũ hæc erat ſumma:

Omnes

A *Omnes offenſiones & iniurias, quæ religionis cauſa à pacificatione Gan-* 1578.
dauenſi patratæ ſunt, perpetua obliuione ſepeliendas iuberi, ita vt nemini propter illas lis moueri poßit, aut vlla moleſtia exhiberi. Cuilibet licere alter utram religionē, pontificiam aut reformatam liberè ſine vllo periculi metu profiteri, prout vellet Deo rationem reddere, & id vſq; ad determinationem generalis, aut nationalis concilij, in quo vtraq; pars audietur. Religionem catholicam Romanam debere inſtaurari, tum in vrbibus, oppidis, & pagis Holandiæ, & Zelandiæ, tum aliarum prouinciarum locis, in quibus ob quamcunq; occaſionem intermiſſa fuit, vt ibi in omni ſecuritate, & li-
B *bertate poßit eius exercitium haberi ab ijs, qui flagitabunt, modò non pauciores numero ſint, quàm centum familiæ in ſingulis pagis & oppidis, in quibus illius inſtaurationem fieri poſtulabitur, & ibi ſaltem per anni ſpatium habitauerint. Idem reformatæ, quæ vocatur, religionis hominibus concedi: ea tamen conditione, vt vtriuſque religionis homines magiſtratus adeant, ab illisq; petant, intermiſſum ſuæ religionis exercitium ſibi concedi, qui illis loca ad id idonea ſtatim deſignabunt: ſcilicet in Holandia & Zelandia Pontificijs templa & ſacella, quæ inuenientur huic rei commoda: ſi inueniri non poßint, loca quædam illis adſignabunt, in quibus ipſi Pontificij olim fuerint, & in quibus reædificare ſacella & templa poterunt: ex-*
C *tra Holandiam & Zelandiam ea loca Reformatis adſignanda erunt à magiſtratibus, quæ videbuntur idonea, & quæ non erunt, ſi fieri poteſt, Pontificiorum templis propinqua, ne ob vicinitatem dißidia inter homines parum concordes moueantur. In ijs verò locis licebit Reformatis de more, & ex ſuo inſtituto celebrare, quæ ad cultum diuinum pertinent, conciones preceſque habere, laudes Deo canere, baptiſmum, & cœnam domini adminiſtrare, item defunctos ſepelire, matrimonia confirmare, pueros inſtituere, & alia, quæ ad ſuæ religionis exercitium pertinent, conſtituere. Vbi illud exercitium publicè & palàm non fiet, nemo pro ijs, quæ domi fient, periculum vllum ſubibit. Prohiberi vtriuſque religionis*
D *hominibus, cuiuſcunque ſtatus conditioniſue fuerint, inter ſe contendere, ſe inuicem dicto factóue lædere, prouocare, offendere, aut aliquo pacto impedire in exercitio ſuæ religionis, & in ijs, quæ inde dependent: ſed quemlibet iuberi ab eo loco abſtinere, in quo alius, quàm ſuæ religionis cultus habetur, niſi velit conſuetum morem templorum, quæ adibit, obſeruare, & omnem ſcandali occaſionem fugere. Omnibus Monachis & religioſis atque alijs eccleſiaſticis viris, concedi, vt liberè & ſine vllo impedimento ac moleſtia ſuis bonis fruantur, decimis & alijs cenſibus: tamen ſine detrimento prouinciarum Holandiæ & Zelandiæ. In ijs enim*

1578. *regionibus eccleſiaſtici homines rem ſuam adminiſtrabunt, ex præſcripto vigeſimi primi articuli Gandauenſis tranſactionis, donec aliter ab Ordinibus generalibus conſtitutum in eo negotio fuerit. Vt omnes prouocationes, contentiones, & rixæ vitentur: prohiberi omnibus concionatoribus, lectoribus, & alijs, qui publicè verba ad populum faciunt, cuiuſcunque religionis fuerint, verbis & rationibus vti, quæ ad tumultum aut ſeditionem excitandam auditores mouere poſsint, præcipiq́;, vt honeſtè & modeſtè ſe gerant, nihil in ſuggeſtu dicentes, quod ad ædificationem turbæ audientis non faciat. Item prohiberi, ne probroſæ cantilenæ aut famoſi libelli cantentur, edantur publicè, circumferantur, imprimantur, aut venundentur. Inſuper interdici omnibus militibus, vtriuſque religionis, inſignia aut ſymbola ferre, quæ aduerſarios ad rixas & contentiones mouere poſsint. Præcipi reformatæ religionis viris, in* Holandia, Zelandia, *aut alibi degentibus, catholicæ Romanæ eccleſiæ leges in contrahendis matrimonijs obſeruare, quantum ad gradus conſanguinitatis, & adfinitatis attinet. In matrimonijs autem iam contractis in tertio, aut quarto gradu reformatos in ius trahi non debere, nec vllum illis negotium exhiberi, nec liberos, qui ex ijs matrimonijs procreabuntur, ſucceſsione paternorum bonorum priuari, nec in reformatorum matrimonijs adfinitatis ſpiritualis rationem habendam cenſeri.* Nullum *diſcrimen faciendum in recipiendis ſcholaſticis, ægrotis, pauperibus in academijs, collegijs, ſcholis, valetudinarijs, xenodochijs; & diſtribuendis publicis eleemoſynis:* R*eformatos teneri extra* Holandiam, *&* Zelandiam *ad obſeruandos dies feſtos, qui ab eccleſia catholica* Romana *ſunt ordinati, nempe dies dominicos, diem natiuitatis Chriſti, feſta* Apoſtolorum, Annunciationis, Aſſumtionis *& purificationis* Mariæ *virginis, & feſtum corporis Chriſti, ita, vt ijs diebus nec operari, nec vendere, nec tabernas aperire illis licitum ſit. Item in diebus, quibus ab eccleſia Romana carnium eſus interdicitur, macella non debere aperiri, neq; carnes venum iri, ſed quemlibet cogi ad ſeruanda inſtituta loci, in quo habitabit.* Omnes *vtriuſq; religionis homines, qui idonei videbuntur ad exercendā munita publica, ad ea debere admitti, ita vt qui reformatam religionem ſequuntur, non poſsint cogi ad aliud iuramentum præſtandum, quàm ſe fideliter officium ſuum adminiſtraturos, vt vltionibus, & calumnijs anſa præcindatur, omnibus iudicibus, & alijs magiſtratibus vllum hominem apprehendere niſi in ipſo facto, aut ex mandato iudicis, aut vbi quis ſe accuſatorem conſtituit: homines ijs modis apprehenſos inter manus iudicum tradi debere, vt cauſā diligenter excuſſā ſententia ſecundum leges feratur: permiſſum tamen cuilibet, licet nihil priuatim ſua interſit, alium accuſare apud iudicem, qui intra octiduum.*

1578.

A *duum accuſatum ad ſe accerſet, & re diligenter inſpectâ, illum ex iure & merito cauſæ condemnabit, aut abſoluet, calumniæ tamen conuictum accuſatorem, quod iniquè, & malitioſe famã alterius ſuggillauerit, pœnas daturũ. Ad exequutionem cauſarum, tum ciuilium, tum criminalium, ne quis conquerendi cauſam habeat, ſtatutum, vt magiſtratus oppidorum, caſtellorũ, & pagorum eligantur ex hominibus notæ probitatis, & exactæ prudẽtiæ; atq; patriæ amantibus, quibus tantũ politiæ cura ſit, & ciuilis adminiſtrationis, eorum locorum, vbi præſidebunt. Interdictũ ne quis illis impedimento, aut obſtaculo, quocunq; prætextu, aut ratione nitatur. Præcipi omnibus cuiuſcunq;* B *ſtatus, conditioniſue fuerint, vt in poſterum ſtatuta, & conſtitutiones, quæ ab Archiduce, aut generalibus Ordinibus fient, diligẽter obſeruare iiſq; ſine tergiuerſatione obedire, tum in cogendis militibus, aut exautorandis, tum in colligendis, & diſtribuẽdis pecuniis, pro adminiſtrando hoc bello: Quod ſi cauſæ aliquot ſufficientes fortè ſubeſſent, quæ impedirent, quominus ſtatim conſtitutionibus, mandatis, & edictis pareretur: illorum exequutionem differendam, donec aliter ſtatutum ſuper reſcriptione fuerit. Hæc omnia autem vires habitura ſine vlla priuilegiorum, immunitatum & receptarum conſuetudinum, cuiuſq; prouinciæ diminutione, Archiduce & generalibus Ordinibus ſibi interpretationem, declarationem, modificationem, aut mutationem hu-* C *ius conſtitutionis & ſingulorum articulorum reſeruantibus.*

Poſt huius edicti publicationem in multis vrbibus Belgij religionis reformatæ exercitiũ palàm haberi cœpit: & in primis Levvardæ Friſiæ in templo Dominicanorũ habitæ ſunt conciones, Monachis ipſis conſentientibus. Miſſus eſt Aldegondanus cum alijs quibuſdam Aurantij & Ordinum nomine, poſtea etiam à Bruxellenſibus, Antuerpienſibus, & alijs Belgij ciuitatibus, deputati ad Gandauenſes, qui poſtularẽt, vt templa ſaltem tria, aut quatuor Catholicis reſtituerent, vt cum cæteris Ordinibus ad bellicos vſus pecunias conferrẽt, D & Ordinum decretis parerent, & nulla inter cõfœderatos fieret diſtractio. Reſponderunt inter cętera Gandauenſes, quod ad reſtitutionem Catholicę religionis attinet, vt ſi Annones, & Artheſienſes reformatæ quoq; religionis exercitium ſuis permitterẽt, ſe tria templa Catholicis relicturos: quod ad captiuos, ſe liberaturos illos, nec interim in illorum vitam quicquam attentaturos eſſe.

Religionis exercitiũ.

Actio cum Gandauenſib.

Chenaum & Lãdreſium, oppida, Alenconio pro ipſius ſecuritate promiſſa, præſidium Gallorum recipere recuſârunt:

1578. Marollenſis abbas eò miſſus ad perſuadendum incolis Gallicum præſidium recipere, ſed id impetrare non potuit: idcirco Alenconius alia loca ſibi tradi poſtulauit. A

De pace Legati. Quoniam verò Belgarum animi à pace non abhorrere apparebat, à ſummis Principibus, quibus Belgici tumultus diſplicebant, legationes ad res componendas miſſæ ſunt, eſtq; ad id negotium pertractandum Colonia Agrippina deſignata: Miſsi etiam ad Auſtriacum è Gallia & Anglia legati, qui eũ ad pacem amplectendum hortarentur; eos autem non admiſit, quòd diceret, ſibi tantùm facultatem conceſſam, cum Oratore Cæſareo Schvvartzemburgio hac ipſa de re agendi. Hac de cauſa Anglicus Legatus, ne ſalutato quidem Auſtriaco, Mechliniam diſceſsit: neq; cùm reuocatus eſt, redire voluit. Decreti ſunt & ab alijs Principibus viri prudentiâ, probitate, atque multarum rerum peritiâ clari, qui Coloniam ad pacem tractandam proficiſcerentur. B

Non omittuntur tamen omnino belli conſilia: etenim Auſtriacus cum ſuis copijs verſus hoſtem mouit, eo animi decreto, vt cum ipſo, ſi ſeſe offerret occaſio, collatis ſignis dimicaret. Cùm ad quindecim milliaria proceſsiſſet, illum inuenit in loco, ſitu munito, foſsis & aggeribus circundatum, cui explicatis aciebus non ſemel pugnæ poteſtatem fecit, quã cùm hoſtis detrectaret, milites Hiſpani gloriȩ & pugnæ auidi, aggeres tranſgreſsi ſunt, in caſtra penetrare conati; ſed occiſis ex ipſis circiter viginti, atq; ad quinquaginta vulneratis, repulſi ſunt. Poſtea Ordines vires conuerterunt, ad ea oppida ſubiuganda, quibus poſſent commeatus à caſtris Auſtriaci intercludi, quæ partim vi capta, partim deditionem fecêre. C *Hiſpanorũ audacia retuſa.*

Scripſit tunc Auſtriacus ad Archiducem & Cæſaris Legatum literas, quibus petebat, ne vlterius arma proferrētur: cùm Commiſſarij pro tractanda pace expectarentur, quorũ decretum ipſe eſſet ſequuturus. Etenim conficiendȩ pacis negotiũ Auſtriaco fuerat ademtum, & omnis poteſtas tranſigẽdi Cæſari, tanquam ambarũ partium amico, conceſſa, qui ob id coloniæ indixit. Reſponſum eſt ab Archiduce, non videri illum pacem expetere, & seriò procurare, qui de pace miſſos Legatos audire noluiſſet. D

Non multò pôſt ipſe Auſtriacus malignâ febre laborare cœpit,

A pit,& intra paucorum dierū ſpatium fato conceſsit. Fuit An. 1578.
ſtriacus vir in bello acer,ſagax & prouidus,militibus charus, *Moritur*
quorum ſingularem curam habuit.Non modò rei bellicę pe- *Auſtria-*
ritus,ſed & artium pacis non ignarus, qui largitionibus atq; *cus.*
omnibus humanitatis officijs nobilium & plebis animos ad ſe pertrahere,& eorum amicitiam promoueri ſciebat, & multa,quæ ſuâ dignitate indignâ cenſebantur, ex rerum præſentium vſu prudenter diſsimulare.Expromto & acuto ingenio adeò fuit,vt nihil tam arduum tamq; difficile vnquam propo
B neretur deliberandum, quin paratam è veſtigio reſolutionem haberet.In bellicis expeditionibus fortunatus fuit, & maximè in bello contra Turcas,in quo memorabilem victoriam, & planè nouam de illis reportauit, deuictâ trecentarum ferè nauium claſſe.In vltimo,quod geſsit,bello, cùm feroces populos, Anglos, Germanos, & Gallos, contra ipſum Belgæ concitâſſent: illorum impetus, numero copiarum,fauore populorum, & multis alijs rebus inferior,ita eluſit & auertit,vt nullam inſignem cladem acceperit, & integra nominis ſui fama è viuis exceſſerit: Mors illius vt Hiſpanis per-
C moleſta fuit: ita Belgicis populis pergrata: qui,quòd pugnaciſsimus & fortiſsimus hoſtis è medio ſublatus eſſet,& exteris Principibus multis res ſuas curæ eſſe viderent, ſe ab omni periculo tutos eſſe putabant, & breui firmiſsimam ac vtiliſsimam pacem à Rege habituros, ſed (vt Iouius inquit)

In proferendis malis fortuna peruicax cuncta
conſilia funditùs euertit.

1577. ne magiſtratus autoritate, ſumſerāt, fiebatq; ad ipſorum pu- A
blicos congreſſus magnus populi concurſus: & quia pleriq;
iudicârunt ſatius eſſe, hæc ita fieri, quàm non fieri: multi etiā
omnino debere fieri: magiſtratus autoritate tandem illi confirmati
ſunt: ideo Archidux datis literis prouinciarum Ordinibus,
quibus & ſupplices Reformatorum libellos articulorumque,
pro pacificando religionis negotio ſuſceptorum, exſcriptum
tranſmiſit: de hac re iudicium, & ſententiam ipſorum quàm
primum tranſſcribi poſtulans. Ordines cùm vererentur liberam
religionis publicè exercendæ facultatem cōcedere, B
miniſtris populum eò concitantibus, è re ſua duxerunt fore, ſi
populo ſimilem in religione libertatem darent, quam Germani,
inde ab anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quinto,
ex Auguſtanis comitijs obtinent; quæ ab illis vulgo dicitur
Religionsfrid / dum modò pro ea quingenta florenorum millia
numerarentur. Annones, cùm reformatæ religionis conciones
ſenſim in populum inueherentur, rogati, vt eas approbarent,
reſponderunt: ſe nullam aliam religionem, quàm catholicam
Romanam culturos: eam verò vſque ad extremum ſpiritum
defenſuros. Artheſienſes idem etiam ſe facturos, palàm C
declarârunt. Inſulenſes eos, qui nouam religionis formam
introducere conabantur, vrbe eiecerunt. Gandauenſes è diuerſo
quatuor mendicantium ordines ex vrbe, & imagines è templis
profligârunt. Brugenſes publicè concionabantur: Antuerpienſes
in quatuor templis: Bruxellenſes domi.

Sedulitas vtriuſque partis. Auſtriacus cùm in dies copias hoſtium adaugeri videret, ſuos in varia diſperſos in vnum contrahere nititur, multaq; loca non ſatis munita, & quę non magni momenti putabantur, præſidijs nudat, & milites in caſtra accerſit. D

Ordinū exercitus decem milliaribus à Louanio caſtra tūc locauit: quorum propinquitatem non admodum ſibi tutam reputans Auſtriacus, Namuriū ſe recepit, relictis Louani triginta peditū cohortibus, & duodecim equitum alis, vrbemq; iuſsit quàm diligentiſsimè cōmuniri, atq; omnem commeatum è locis, à ſuis deſertis, eò cōportari. Ordines in prouidendo cōmeatu pro ſuis caſtris maximè ſoliciti atq; intenti erāt, qui cū mari Britannico atq; Balthico libero potirētur, multa

nauigia

A nauigia frumentatum miſêre, quæ non modò frumentũ,ſed 1577.
varij generis bellicum apparatum ad littoreas vrbes attulerunt:vnde qui in caſtris erant, maximè fuêre recreati.

Alenconius, qui pollicitus fuerat,ſe breui in Belgium venturum,citatis equis,cum duodecim tantum comitibus,Môtium Annoniæ venit, vbi eius aduentus Ordinibus ac proceribus Belgarum nunciatus eſt. Erecti tunc magnoperè ad rerum magnarum expectationem omnium animi, atque miſſus eſt Arſcotanus,qui Principum & Ordinum nomine,ipſi B de felici aduentu gratularetur. *Alenconius venit in Belgium.*

Annibal Amaſienſis Comes cùm audijſſet ad decem,& ſeptem Gallorum cohortes pro Alenconio in Belgium aduentare,cum tribus ferè millibus peditum & ſeptingentis equitibus obuiam illis proceſsit.Commiſſa ſtatim ad primum conſpectum tumultuaria pugna, poſtea totis viribus certatum. Victoria penes Amaſienſem fuit,qui fuſis fugatisq; hoſtibus, decem vexilla cepit, quæ in ſignũ rei bene geſtæ ad Auſtriacum miſit. Galli coniunctis viribus (erant ad tria equitum, quatuor peditum millia) in Neruios,& Atrebates progreſsi, C amiſſum decus ſtatim recuperârunt. Nam arcem Hauechenſem arctiſsimè obſidentes, & acriter diuerberantes ad deditionem compulerunt, Hiſpanosq;,auxilio obſeſsis venientes, cum magna cæde repulerunt: tum præſidia in Soignium,Mabugam,Reuxam,oppida ab Hiſpanis deſerta, impoſuerunt.Bruſsium poſtea ab Alenconio obſeſſum fuit, & decem muralibus tormentis, & ſex colubrinis diuerberatum. Qui erant in præſidio, ſe oppugnationem ſuſtinere poſſe diffidentes, & nullum à ſuis auxilium ſperantes, Alenconij arbitrio ſe dediderunt,quibus libertatem conceſsit. Illis ex D vrbe egreſsis, aliquot cohortes è ſuis in cuſtodia vrbis reliquit. *Galli fuſi.* *Bruſsium Alenc. deditum.*

Dum Belgarum procerum exercitus ad Rimenantum in Brabantia eſſet: Auſtriacus aſſumtis ſelectioribus copijs, quæ è ſuis caſtris, & proximis præſidijs euocârat, illum ex inopinato adoriri ſtatuit, ſperans hoſtes repentino & inexpectato ipſius aduentu perturbatum iri, & inſignem cladem accepturos, aut ad vniuerſi certaminis aleam cogi poſſe: de qua, ſuorum virtuti, in multis periculis probata, *Auſtr. conatus.*

A cōciliata eſt,& ſopitus tumultus, qui in grauem ſeditionem 1577.
exarſiſſet,niſi opportunè obuiam itum fuiſſet.

Boſſutius caſtris ad quatuor milliaria à Louanio poſitis *Boſſutij* cum duobus equitum millibus, & totidem ſcloppettariorũ *progreſſus.* peditum in conſpectum vrbis venit, vt præſidium ad pugnã alliceret, quo exeunte Vicecomes Gandauenſis, & Noæus Gallus certamẽ ſtatim inierunt, eo quidem euentu, vt egreſſos hoſtes ad mœnia vſq; vrbis pepulerint, nonnullis ex illis & Gallis pariter cadentibus.Boſſutius de obſidenda vrbe co-
B gitauit,ſed quòd foſſoribus, qui ductis foſsis & excitatis aggeribus caſtra circumuallarent,careret, & ingentia tormẽta, ad aperiendum murum, non haberet:retrò abire omiſſo obſidionis cōſilio coactus eſt. Exercitus ſtatim ductus ad Mottam arcem, quæ vi expugnata eſt.Caſtellum Sartium, Genapum,& Niuella vrdes ad primam araldi denunciationem deditionem fecerunt.

Cęſareus legatus Schvvartzenburgius Louanij, Ordinum *Tractatio* nomine,Auſtriaco dixit,vt exercitũ dimitteret,& ſe in Italiã *de pace.* vel Hiſpaniam reciperet, alioqui Ordines Regem non am-
C plius habituros pro Principe ac domino. Reſpondit ſe hoc Regi ſcripturum, & inducias in tres mẽſes petijt. Atq; vbi re ſciuiſſet,Alenconium patriæ defenſorem declaratum, legatos de pace,quos dimiſerat,ex itinere reuocari iuſsit, quibus dixit,ſe valde commoueri ad pacem,propter prouincię calamitates, etiamſi duræ conditiones proponerentur: Regem eam exoptare,propterea in Cæſarem totum illud negotium reieciſſe.Miſſæ etiam ex Hiſpania Regiæ litteræ, quibus præ- 1578.
teritorum datâ veniâ, populi Belgici ad cōcordiam ineundã,
D depoſitis armis, ſolicitabantur.Erant aũt in hanc formã ſcriptæ: *Philippus Dei gratia Hiſpaniarum Rex: Cùm à fidelibus miniſtris quibuſdam noſtris intelligamus, aliquas eſſe ciuitates comitatuum noſtrorum, Flandriæ & Artheſiæ, præuidentes confuſionem vouſq; in inferiori noſtræ Germania proceſſiſſe, vt ſine aliquo reſpectu iuris, tam diuini quàm humani, à quibuſdam, ob principis Aurantij fœderationem, nihil adeò timendum ſit, quàm ſanctæ fidei ac religionis catholicæ Romanæ interitus, quorum inſolentia eò ſpectare, ac tendere videatur, vt nos iuriſdictione atque dominio exuere & ſpoliare præſumant, ſub tyrannidis ſcilicet Hiſpanorum prætextu. Nolentes itaque ciuitates prædictæ huiuſmodi maleficijs* *Literæ Reg. pacificatoriæ.*

1578. *conſentire, vel cum iiſdem participare: verum potius ſatisfacere officio,* Deo A
nobiſq; debitè præſtando, partes principis Aurantij, *ac* Statuum *deſerere ac*
relinquere cupiunt, ad hoc, vt antiquam fidem catholicam Romanam, *no-*
biſq; debitam obedientiam, laudatiſſimo quondam Imperatori, *domino ac*
parenti noſtro præſtari ſolitam, inuiolabiliter conſeruent. Nos *itaque ſatis*
intelligẽtes ſalutem prouinciæ in bonorum ſubditorum fidelitate plus quàm
vllis alijs in rebus conſiſtere, atque vti volentes clementia noſtra conſueta,
deceptumque, atque à recto itineris tramite abductum oberrantemq; po-
pulum noſtrum nobis obedire, fidemq; quam debet ſeruare, deſiderantem,
obuijs vlnis brachijſq; expanſis his literis amplectimur, iuſtificantes omnes B
actiones, & intentiones noſtras, quibus pro debito noſtro licet abundè huc-
uſq; ſatisfeciſſe videamur, quoad eorundem reductionem maximè ſubdito-
rum: Volumus attamen vel hac etiam vice declarationẽ intentionis, & bonæ
voluntatis noſtræ edere, talẽ videlicet: Quod omnes ciuitates, caſtella, aliaq;
loca, quæ exercitium noſtræ ſanctæ fidei, ac religionis catholicæ Romanæ
iterum aſſumere, vel vt rectius dicamus, continuare, atque inuiolabiliter ob-
ſeruare voluerunt, liberè, & ſine vllo impedimento fruantur omnibus qui-
buſcunque ſuis priuilegijs, quibus tempore Imperatoris *domini quondam*
atque parentis noſtri vtebantur fruebanturq;, quodq; in dictis ciuitatibus,
& caſtellis nulla prorſus imponentur Hiſpanorum *aliorumq; quorumcunq;* C
exterorum hominum præſidia, id quod antea fieri neceſſitas cogebat, cũ ad
reſiſtendum principi Aurantio, Statibus & eorum aſſeclis, tum pro illorum
ciuitatum, vel etiam caſtellorum meliori ſecuritate, præter voluntatem qui-
dem noſtram eiuſmodi exterorum præſidia imponere. Promittimus itaque
verbo regio, non alia nos impoſituros illis præſidia, quã ex iis militibus col-
lecta, qui in patria nati, ſubiecti noſtri & vaſalli fuerint idemq; catholici.
Atq; vt hac de re ſint tanto certiores, milites cõſcribentur in iiſdem locis, in
quibus neceſſe erit præſidia collocare, quorum tribuni quoq; aſſumentur ex
locis iiſdem atq; perſonis, quibus merito fore contentos incolas arbitramur.
Huius intentionis, voluntatis ac declarationis noſtræ, (ne cauſam quis præ- D
tendat ignorantiæ) ſtatuimus fieri publicationem & exſcripta authentica
per ſecretarios noſtros confici, quibus perinde vt originali fides adhibeatur.
Madritij Septembris vndecimo 1578.

Edictum de Religione. Qui reformatæ religionis doctrinam profitebantur, quoniam vbiuis in Belgio per ſupplices libellos conciones, & alia ſuæ religionis exercitia Archiduci & Statibus offerebant: conceptum & publicatum in religionis negotio edictum in triginta ſex articulos cõprehenſum, quorũ hæc erat ſumma:

Omnes

A Omnes offenſiones & iniurias, quæ religionis cauſa à pacificatione Gan- 1578.
dauenſi patratæ ſunt, perpetua obliuione ſepeliendas iuberi, ita vt nemini
propter illas lis moueri poßit, aut vlla moleſtia exhiberi. Cuilibet licere alter
utram religionẽ, pontificiam aut reformatam liberè ſine vllo periculi me-
tu profiteri, prout vellet Deo rationem reddere, & id vſq; ad determinatio-
nem generalis, aut nationalis concilij, in quo vtraq; pars audictur. Religio-
nem catholicam Romanam debere inſtaurari, tum in vrbibus, oppidis, &
pagis Holandiæ, & Zelandiæ, tum aliarum prouinciarum locis, in quibus
ob quamcunq; occaſionem intermiſſa fuit, vt ibi in omni ſecuritate, & li-
B bertate poßit eius exercitium haberi ab ijs, qui flagitabunt, modò non pau-
ciores numero ſint, quàm centum familiæ in ſingulis pagis & oppidis, in
quibus illius inſtaurationem fieri poſtulabitur, & ibi ſaltem per anni ſpa-
tium habitauerint. Idem reformatæ, quæ vocatur, religionis hominibus
concedi: ea tamen conditione, vt vtriuſque religionis homines magiſtratus
adeant, ab illisq; petant, intermiſſum ſuæ religionis exercitium ſibi con-
cedi, qui illis loca ad id idonea ſtatim deſignabunt: ſcilicet in Holandia &
Zelandia Pontificijs templa & ſacella, quæ inuenientur huic rei commoda:
ſi inueniri non poßint, loca quædam illis adſignabunt, in quibus ipſi Pon-
tificij olim fuerint, & in quibus reædificare ſacella & templa poterunt: ex-
C tra Holandiam & Zelandiam ea loca Reformatis adſignanda erunt à ma-
giſtratibus, quæ videbuntur idonea, & quæ non erunt, ſi fieri poteſt, Pon-
tificiorum templis propinqua, ne ob vicinitatem dißidia inter homines pa-
rum concordes moueantur. In ijs verò locis licebit Reformatis de more,
& ex ſuo inſtituto celebrare, quæ ad cultum diuinum pertinent, con-
ciones preceſque habere, laudes Deo canere, baptiſmum, & cœnam do-
mini adminiſtrare, item defunctos ſepelire, matrimonia confirmare, pue-
ros inſtituere, & alia, quæ ad ſuæ religionis exercitium pertinent, con-
ſtituere. Vbi illud exercitium publicè & palàm non fiet, nemo pro ijs,
quæ domi fient, periculum vllum ſubibit. Prohiberi vtriuſque religionis
D hominibus, cuiuſcunque ſtatus conditioniſue fuerint, inter ſe contendere, ſe
inuicem dicto factóue lædere, prouocare, offendere, aut aliquo pacto im-
pedire in exercitio ſuæ religionis, & in ijs, quæ inde dependent: ſed quem-
libet iuberi ab eo loco abſtinere, in quo alius, quàm ſuæ religionis cultus
habetur, niſi velit conſuetum morem templorum, quæ adibit, obſer-
uare, & omnem ſcandali occaſionem fugere. Omnibus Monachis & re-
ligioſis atque alijs eccleſiaſticis viris, concedi, vt liberè & ſine vllo im-
pedimento ac moleſtia ſuis bonis fruantur, decimis & alijs cenſibus: ta-
men ſine detrimento prouinciarum Holandiæ & Zelandiæ. In ijs enim

A *duum accuſatum ad ſe accerſet, & re diligenter inſpectâ, illum ex iure & merito cauſæ condemnabit, aut abſoluet, calumniæ tamen conuictum accuſatorem, quod iniquè, & malitioſe famã alterius ſuggillauerit, pœnas daturũ. Ad exequutionem cauſarum, tum ciuilium, tum criminalium, ne quis conquerendi cauſam habeat, ſtatutum, vt magiſtratus oppidorum, caſtellorũ, & pagorum eligantur ex hominibus notæ probitatis, & exactæ prudẽtiæ, atq; patriæ amantibus, quibus tantũ politiæ cura ſit, & ciuilis adminiſtrationis, eorum locorum, vbi præſidebunt. Interdictũ ne quis illis impedimento, aut obſtaculo, quocunq; prætextu, aut ratione nitatur. Præcipi omnibus cuiuſcunq;* 1578.
B *ſtatus, conditioniſue fuerint, vt in poſterum ſtatuta, & conſtitutiones, quæ ab Archiduce, aut generalibus Ordinibus fient, diligẽter obſeruare iiſq; ſine tergiuerſatione obedire, tum in cogendis militibus, aut exautorandis, tum in colligendis, & diſtribuẽdis pecuniis, pro adminiſtrando hoc bello: Quod ſi cauſæ aliquot ſufficientes fortè ſubeſſent, quæ impedirent, quominus ſtatim conſtitutionibus, mandatis, & edictis pareretur: illorum exequutionem differendam, donec aliter ſtatutum ſuper reſcriptione fuerit. Hæc omnia autem vires habitura ſine vlla priuilegiorum, immunitatum & receptarum conſuetudinum, cuiuſq; prouinciæ diminutione, Archiduce & generalibus Ordinibus ſibi interpretationem, declarationem, modificationem, aut mutationem hu-*
C *ius conſtitutionis & ſingulorum articulorum reſeruantibus.*

Poſt huius edicti publicationem in multis vrbibus Belgij religionis reformatæ exercitiũ palàm haberi cœpit: & in primis Levvardæ Friſiæ in templo Dominicanorũ habitæ ſunt conciones, Monachis ipſis conſentientibus. Miſſus eſt Aldegondanus cum alijs quibuſdam Aurantij & Ordinum nomine, poſtea etiam à Bruxellenſibus, Antuerpienſibus, & alijs Belgij ciuitatibus, deputati ad Gandauenſes, qui poſtularẽt, vt templa ſaltem tria, aut quatuor Catholicis reſtituerent, vt cum cæteris Ordinibus ad bellicos vſus pecunias conferrẽt,
D & Ordinum decretis parerent, & nulla inter cõfœderatos fieret diſtractio. Reſponderunt inter cętera Gandauenſes, quod ad reſtitutionem Catholicę religionis attinet, vt ſi Annones, & Artheſienſes reformatæ quoq; religionis exercitium ſuis permitterẽt, ſe tria templa Catholicis relicturos: quod ad captiuos, ſe liberaturos illos, nec interim in illorum vitam quicquam attentaturos eſſe.

Religionis exercitiũ.

Actio cum Gandauenſib.

Chenaum & Lãdreſium, oppida, Alenconio pro ipſius ſecuritate promiſſa, præſidium Gallorum recipere recuſârunt:

1578. Marollenſis abbas eò miſſus ad perſuadendum incolis Gal- A
licum præſidium recipere,ſed id impetrare non potuit:idcir-
co Alenconius alia loca ſibi tradi poſtulauit.

De pace Legati.

Quoniam verò Belgarum animi à pace non abhorrere ap-
parebat,à ſummis Principibus,quibus Belgici tumultus diſ-
plicebant,legationes ad res componendas miſſæ ſunt, eſtq́;
ad id negotium pertractandum Colonia Agrippina deſigna-
ta:Miſſi etiam ad Auſtriacum è Gallia & Anglia legati,qui eũ
ad pacem amplectendum hortarentur; eos autem non admi-
ſit,quòd diceret,ſibi tantùm facultatem conceſſam, cum Ora B
tore Cæſareo Schvvartzemburgio hac ipſa de re agendi. Hac
de cauſa Anglicus Legatus, ne ſalutato quidem Auſtriaco,
Mechliniam diſceſſit: neq; cùm reuocatus eſt, redire voluit.
Decreti ſunt & ab alijs Principibus viri prudentiâ,probitate,
atque multarum rerum peritiâ clari,qui Coloniam ad pacem
tractandam proficiſcerentur.

Non omittuntur tamen omnino belli conſilia: etenim Au
ſtriacus cum ſuis copijs verſus hoſtem mouit,eo animi decre
to,vt cum ipſo,ſi ſeſe offerret occaſio,collatis ſignis dimica-
ret. Cùm ad quindecim milliaria proceſsiſſet,illum inuenit C
in loco,ſitu munito,foſsis & aggeribus circundatum,cui ex-
plicatis aciebus non ſemel pugnæ poteſtatem fecit,quã cùm

Hiſpanorũ audacia retuſa.

hoſtis detrectaret,milites Hiſpani glorię & pugnæ auidi,ag-
geres tranſgreſsi ſunt, in caſtra penetrare conati; ſed occiſis
ex ipſis circiter viginti, atq; ad quinquaginta vulneratis, re-
pulſi ſunt. Poſtea Ordines vires conuerterunt, ad ea oppida
ſubiuganda,quibus poſſent cõmeatus à caſtris Auſtriaci in-
tercludi,quæ partim vi capta,partim deditionem fecêre.

Scripſit tunc Auſtriacus ad Archiducem & Cæſaris Lega-
tum literas,quibus petebat,ne vlterius arma proferrẽtur: cùm D
Commiſſarij pro tractanda pace expectarentur, quorũ decre-
tum ipſe eſſet ſequuturus.Etenim conficiendę pacis negotiũ
Auſtriaco fuerat ademtum,& omnis poteſtas tranſigẽdi Cæ-
ſari,tanquam ambarũ partium amico, conceſſa, qui ob id co-
loniæ indixit.Reſponſum eſt ab Archiduce,non videri illum
pacem expetere,& ſeriò procurare, qui de pace miſſos Lega-
tos audire noluiſſet.

Non multò pòſt ipſe Auſtriacus malignâ febre laborare cœ
pit,

A pit,& intra paucorum dierũ ſpatium fato conceſsit. Fuit Au- 1578.
ſtriacus vir in bello acer, ſagax & prouidus, militibus charus, *Moritur*
quorum ſingularem curam habuit. Non modò rei bellicę pe- *Auſtriacus.*
ritus, ſed & artium pacis non ignarus, qui largitionibus atq;
omnibus humanitatis officijs nobilium & plebis animos ad
ſe pertrahere, & eorum amicitiam promoueri ſciebat, & mul
ta, quæ ſuâ dignitate indigna cenſebantur, ex rerum præſen-
tium vſu prudenter diſsimulare. Expromto & acuto ingenio
adeò fuit, vt nihil tam arduum tamq; difficile vnquam propo
B neretur deliberandum, quin paratam è veſtigio reſolutio-
nem haberet. In bellicis expeditionibus fortunatus fuit, &
maximè in bello contra Turcas, in quo memorabilem victo-
riam, & planè nouam de illis reportauit, deuictâ trecenta-
rum ferè nauium claſſe. In vltimo, quod geſsit, bello, cùm fe-
roces populos, Anglos, Germanos, & Gallos, contra ipſum
Belgæ concitâſſent: illorum impetus, numero copiarum, fa-
uore populorum, & multis alijs rebus inferior, ita eluſit & a-
uertit, vt nullam inſignem cladem acceperit, & integra no-
minis ſui fama è viuis exceſſerit: Mors illius vt Hiſpanis per-
C moleſta fuit: ita Belgicis populis pergrata: qui, quòd pugna-
ciſsimus & fortiſsimus hoſtis è medio ſublatus eſſet, & exte-
ris Principibus multis res ſuas curæ eſſe viderent, ſe ab omni
periculo tutos eſſe putabant, & breui firmiſsimam ac vtiliſ-
ſimam pacem à Rege habituros, ſed (vt Iouius inquit)

In proferendis malis fortuna peruicax cuncta
conſilia funditùs euertit.

RICHARDI DINOTHI

DE BELLO CIVILI BELGICO

Liber V.

1578. *Gubernator Belgij Dux Parmenſis.*

AVSTRIACO vitâ functo in præfecturam totius Belgij ſuffectus Dux Parmenſis, Alexander Farneſius, qui licet in bello gerẽdo prouidus, & induſtrius haberetur: pauci tamen erant, qui tanto oneri eum parem eſſe crederent, quòd hoſtes exterarum copiarũ acceſsione, & morte acerrimi Ducis (cuius vim atque fortunam ſemper horruêre) magnos ſpiritus gererent, victoriam in manibus ſe iam habere putantes: ſed caſus C
inexpectatus accidit, qui rem, ad commodum Ordinum ſe inclinantem, in contrariam partem traduxit. Siquidem Hiſpanos, in maximas anguſtias & difficultates compulſos, *in* nouam ſpẽ erexit, & miſeros Belgas, belli calamitatum maximè pertæſos, & ad exoptatam quietem ſe breui peruenturos exiſtimantes, in grauiores miſerias coniecit. Reguli & copiarum duces aliquot, quibus plurima in reip. adminiſtratione diſplicebant, & id præcipuè, quòd Eccleſiaſtici viri ſuis poſſeſsionibus pellerentur, in vnum conſpirantes, bellum Or- D
dinibus indixerunt, & Malecontentos ſe nominârũt, qui primùm quidem non minus Hiſpanos, quàm Ordines pro hoſtibus habuêre, magis hos exterrere, quàm infeſtare cupientes, vt in ordinem cogere poſſent. Non enim iniqua aut admodum dura in principio poſtulabant: tantùm vt pacificatio Gandauenſis in omnibus articulis inuiolatè & integrè obſeruaretur. Sed cùm ſua poſtulata reiecta eſſe viderunt, initâ cum Hiſpanis ſocietate, graue bellum Ordinibus intulerũt. Hi Gandaui primùm res nouas moliti, & ſua conſilia patefacere

Malecontenti.

A cere cœperunt, quibus Montignyus regulus ſe ducem præ- 1578.
buit. Ea autem res hunc in modum initium ſumſit:

Erant aliquot Vvalonum cohortes Gandaui, in præſidio *Vnde orti.*
collocatæ, quæ, quod Gandauenſes imagines diuorũ, & alta-
ria in templis deieciſſent, & debita ipſis ſtipendia ſoluere re-
cuſarent, tumultuari cœperunt, poſtulantes, vt Eccleſiaſtici,
quibus facultates iniuſtè ablatæ fuerant, in priſtinum ſtatum
reſtituerentur, nullaque vis deinceps ijs inſerretur, & capti-
ui, qui à vigeſimo Octobris anni milleſimi quingenteſimi ſe-
B ptuageſimi ſeptimi Gandaui detinebantur, libertati reſti-
tuerentur. At cùm nihil horum à ciuibus, in ſua ſententia
pertinacibus, impetrare poſſent, portis exilientes, hoſtilia
moliri cœperunt: & Meninum oppidulum, vrbi propinquũ,
occupantes, diligenter munierunt: quo confluentibus vndi-
que auxiliaribus copijs, breui exercitus conflatus eſt, atque
in patentes campos ſub ſignis eductus. Gandauenſes gliſcen
ti malo obuiam eundum rati, copias tum peditum tum equi-
tum aduerſus Malecontentos emiſerunt, qui contractâ cum
eis pugnâ, ad duo millia peditum & octingẽtos equites ami-
C ſerunt. Ea inopinata clade perterriti, & grauius à feroci ho-
ſte metuentes, Caſimirum Palatinum in auxilium vocârunt,
quod contra acerrimos hoſtes, & victoriâ elatos ſe impares
eſſe cernerent, illumq; ſummum ducem ſuarum ac Flandri-
carum omnium copiarum creârunt, & ad vitanda grauia in-
commoda, quæ à nouis hoſtibus timebantur, vt ad duo equi-
tum millia & decem peditum alerentur, ſtatuerunt.

Sic Belgæ maleſano conſilio, omiſsis Hiſpanis, quos ipſo-
rum libertati inſidiari dicebant, & duram ſeruitutem cun-
ctis Ordinibus inuehere velle, in mutuam perniciem arma
D conuerterunt. Omnibus ferè Belgij populis ad hos nouos
tumultus attonitis, & pleriſque Gandauenſes incuſantibus,
quòd periculoſo bello initium dediſſent, Gandauenſi tranſ-
actione iniquè & proteruè violatâ. Prodijt ſcriptũ ad eorum
factum excuſandum, cui titulus fuit. VERVS PATRIOTA.
quo nomine innuebant ſcripti illius autores patriæ aman-
tes, & commune bonum procurantes Gandauenſes, in ab- *Gandauen-*
rogandis Romanæ Eccleſiæ ritibus, ſequi debere, quòd hac *ſium excu-*
ratione bene ſit Reipubl. conſultum. Scriptum declarabat: *ſatio.*

O

1578. *Illos, exemplo Zelandorum & Holandorum, voluiſſe ſe à metu & periculo* A *Romanam religionem profitentium eximere, qui licet communi fœderi palàm adhæſerint: ex occulto Hiſpanis cogente naturâ fauebant. In Belgio ſolam Romanēſem religionem velle, excluſâ Proteſtantium doctrinâ, nihil differre à promouenda & defendenda Hiſpanorum tyrannide, quòd inde dira Inquiſitio Hiſpanica ſequatur, quæ innumeras turbas excitatura ſit, ſi ſemel introducta fuerit, atque periculoſos tumultus allatura. Non debere Gandauenſes reprehendi, quòd communem pacis tranſactionem in ſua vrbe factam violârint. Prius ab Auſtriaco, cùm Gubernationis habenas corripuit, violatam fuiſſe, & ab eo tempore vbique in Belgio integrè obſeruatam non* B *fuiſſe. Quartum eius tranſactionis articulum in ſui ſecuritatem ampliâſſe, & communem omnium quietem; non aliter ſe tueri potuiſſe aduerſus inſidias, & occulta Eccleſiaſticorum conſilia, qui Hiſpanorum cauſæ diſſimulanter patrocinabantur; alias Belgij ciuitates Gandauenſium exemplum ſequi debere, non factum improbare, ſi ab hoſtium dolis & inſidiis tutæ eſſe velint. Non omnes opes & facultates Eccleſiaſticis ablatas fuiſſe, ſatis illis relictum, quo commodè vitam tueri poßint, reliquum ad communem patriæ defenſionem non iniuſtè à magiſtratibus capi. Rem non nouam nec inauditam eſſe, bona Eccleſiaſtica piis vſibus dicata, ad communem omnium tuitionem adplicari. Alenconium ducem ab illis tyrannicolis, qui Gandauen-* C *ſibus tam infenſos ſe præbent, fraudulenter ſub falſo iuuandæ patriæ prætextu, in Belgium accitum, clàm cum Rege Hiſpaniæ cōſentire, quem pro hoſte palàm agnoſcit, & hoc præcipuè meditari, vt Ordines in Labyrinthos inextricabiles coniiciat. Non veriſimile ſanis hominibus fieri, eum exteris hominibus ſeruare fidem velle, qui Gallos conterraneos prodidit. Non difficile de iis iudicare, cùm eius aduentus plus detrimenti Ordinib. quàm Hiſpanis attulerit, & cùm auxilium ab illo ſperaretur, intempeſtiuè diſceſſerit. Orare ideo ac monere omnes Belgas, vt ab eo, ſi vtilitatem & ſalutem ament, tanquam ab internecino hoſte caueant, & Gandauenſium factum, in commuoe totius* D *Belgij commodum, ſequantur.*

Tantum autem abeſt, vt illi ſcripto fides habita ſit, vt Belgij Ordines prioribus conſilijs inhærendum eſſe cenſuerint, & recentâ Eccleſiaſticorum protectione, Alenconium, in ſuæ cauſæ defenſionem, & patrocinium, iterum è Francia euocandum eſſe ſtatuerint, cui tantus honos exhibitus, vt Ducis Brabantiæ titulo atq; inſignibus tandem donatus fuerit, & ſummus dux belli conſtitutus.

Peſtis, & dyſenteria in toto Belgio tunc mirum in modum ſæuie-

1578. *Peſtis & dyſenteria.*

A ſæuiebant. Louanij tum ciuium tum militum & ruſticorum, qui eò confugerāt, nouemdecim millia mortua feruntur: Bruxellis duodecim millia. Mechliniç & Antuerpiç, atq; in vtroque exercitu quamplurimi etiam mortui ſunt, quorum numerus non eſt initus.

Actio Aurantij cum Gandauenſibus.

Aurantius, qui temerarium & inſolens Gandauenſium factum improbabat, quodq; grauium calamitatum cauſam fore prouidebat, Aldegondanū, cum quibuſdam primariæ notç viris, Gandauum, vt diſsidia, inter ciues & milites Vvalones B exorta, componeret, miſit: ſed adeò vtrorumq; exacerbati animi erant, vt nihil ea in re efficere potuerit. Cùm omnes verò iudicarent ipſius Aurātij præſentiā opus eſſe: illum Aldegondanus monuit, vt Gandauum quàm primùm ſe conferret, alioqui diſsidia in dies augerentur. Id conſilium ſequutus Aurantius, Gandauum ilico profectus eſt, qui cum pluribus verbis vtramq; partem ad pacem & concordiam hortaretur: tamen apud obſtinatos nihil profecit. Conditiones, quæ Gandauenſibus pro tranſigēdo negotio proponebantur, admodum tolerabiles pleriſq; omnib. videbātur, eæq; erant huiuſ- C modi: *Catholicis Gandaui ſua religio reſtituetur. Templum cathedrale canonicis reddetur: & tres ordines Mendicantium, Franciſcanis prorſus excluſis, quibus præ cæteris Gandauenſes fuêre infenſi, ad ſua cœnobia redibunt. Gandauenſes nobiles, quos captiuos detinent, liberos dimittent, & pars eorum Duci Cliuenſi, pars Archiepiſcopo Colonienſi tradetur. Stipendia, quæ ipſis Vvalonibus debentur, integrè perſoluentur: deductis tamen rapinis, quas in Flandria fecerūt. Ipſi Vvalones Ordinibus Flandriæ omnia, quæ occupârunt, loca reſtituent, & ſe cum generalibus Ordinibus cōtra cōmunem hoſtem couiungent: ſub ijs tamen, quos habent, non alijs ducibus. Firma manebit religio Catholica Romana Annonibus, Artheſiis, Tornacēſibus,* D *Inſulenſibus, & cæteris Belgis omnibus, qui eam ſequi volent: ita quidem, vt ſint ab omni nouæ religionis exercitio liberi.*

1579. *Fœdus nouum.*

Quoniā verò Malecontēti, ob reiectas petitiones, Ordinibus, tum generalibus tum particularibus, plurimū damni inferebāt: Hiſpanorūq; negotia non parū promouebāt, multis ciuitatibus ipſorum cauſam amplexātibus; Geldrenſes, Zutphemenſes, Holandi, Zelandi, Traiectenſes, & populi Friſiæ contermini, qui inter fluuium Lemſum & Lanuerſum habitant, commodiſsimum eſſe iudicârunt, ſeſe arctiori fœdere

1579. ſociare, non quòd vnionē generalem, quæ per edictum Gan- A
dauenſe firmata fuerat, diſſolui vellent, ſed firmius ſtabiliri & muniri aduerſus omnia incommoda & pericula, quæ per inſidias, conatus, & conſilia hoſtium ſubire poſſent, quibus occurrere ſumma neceſsitas adigebat. Fœdus itaque inter ſe percuſſerunt viginti ſex articulis comprehenſum, quorum hæc ſumma erat: *Geldrenſes, Zutphemenſes, Holandos, Zelandos Traiectenſes, & populos inter Emſam & Lanuerſum ſe arctiſsimo, atque ſanctiſsimo fœdere ſociare; ita vt neque teſtamento neque codicillis, donatione, ceſsione, mutatione, venditione, pacis, aut connubij fœdere, neque a-* B
liqua alia occaſione, rationéue ſeparari ab eo poſsint. Ea etiam conditione, vt ſingulorum immunitatum, priuilegiorum, conſuetudinum, & veterum inſtitutionum iura nullâ in parte imminuantur, aut impediantur: quin potius mutuis auxilijs confirmentur ac defendantur. Ad eam ſocietatem conſeruandam, debere omnes earum Prouinciarum homines ſeſe mutuo iuuare, ita vt neque bonis neque vitæ parci velint, aduerſus omnium inimicorum conatus, qui nomine mandatóque regio fieri poſſent, aut ſub pacis Gandauenſis prætextu, aut quòd arma contra Auſtriacum ſumſerint, Matthiam Archiducem ſummum Belgij præfectum conſtituerint, aut etiam ſub prætextu inſtaurandæ aut defendendæ religionis Catholicæ Romanæ, aut e- C
tiam propter hanc ſocietatem, aut ſimiles occaſiones, ſiue vni harum prouinciarum, ſiue omnibus ſimul vis inferatur. Ipſas Prouincias pari, & æquo iure obligari, ad ſeſe mutuo iuuandum & tuendum, aduerſus omnes regulos, duces, principes, prouincias, vrbes, qui contumeliam aut vim inferre, bellúmue indicere vellent, habitâ prius cauſæ cognitione, & negotiorum opportunitate perſpectâ. Ad prouidendum belli periculis, debere in finibus cuiuſq; prouinciæ præſidia conſtitui, & alijs in locis, vbi opus eſſe videbitur, ex communi omnium iudicio & conſilio, ſumtus verò fieri dimidia ex parte ab illis vrbibus & prouincijs, vbi præſidia erunt conſtituta, alteram partem cæteris fœderatis ſoluentibus. Quod ſi omnibus viſum fuerit, *præſidi-* D
um alicubi collocare, nouas aliquas munitiones in aliam formam mutare, aut omnino euertere, omnes ſumtus, ad id neceſſarios, debere ab omnibus confœderatis ex æquo fieri: Ad ſumtus verò, qui pro defenſione ipſarū prouinciarū neceſſarij iudicabūtur, faciendos, vectigalia imponi debere in omnia vinorū & ceruiſiarū genera, frumenta, ſal, pannos argenteos, ſericos, laneos, ſatos agros, armenta, equos, & boues, qui vendentur, aut permutabuntur: & id iuxta ſtatutum & edictum, quod ſuper ea re communi conſenſu concipietur. Ea vectigalia omnium ſuffragijs debere diminui augeriue, pro neceſsitate

A tate & opportunitate negotiorum: expendi verò in commune omnium de- 1579.
ſenſionem tantùm. Vrbes præſidiarias quouis tempore obligari, ad recipien-
dum id militum præſidium; quod fœderatæ prouinciæ communi conſilio de-
cernent, aut eius prouinciæ præfectus, vbi vrbes illæ ſitæ ſunt. Præſidiariorũ
militum ſtipendia communibus ſumtibus ſolui debere: ſed milites, præter cõ-
mune iuramentum, peculiare vrbi aut prouinciæ, vbi erunt, præſtare debe-
re. Diſciplinam inter eos eiuſmodi ſeruandam, vt ciuitatum & circumiecti
agri incolæ, tum eccleſiaſtici tum ſeculares, nullam iniuriam aut contumeliã
à militibus ferant, quin habitationis mercedem pro illis accipiant è commu-
B ni ærario, ſicuti hactenus in Holandia factitatum. In ſingulis prouincijs cõ-
fœderatis, tam in vrbibus quàm agris, poſt menſis ſpatium omnium incola-
rum luſtrationem debere fieri, à decimo octauo ætatis anno ad ſexageſimũ,
vt numero eorum cognito in proximo prouinciarum conuentu ſtatuatur ex
commodo & ſecuritate omnium. Nullam tranſactionem induciarum aut pa
cis debere fieri, neq; bellum ſuſcipi, aut tributa exigi, pro tuitione fœderis,
niſi communi conſilio, & conſenſu omnium prouinciarum, quæ illi adſtri-
ctæ ſunt. Nullam prouinciam aut vrbem poſſe fœdus inire cum regulis, aut
regionibus vicinis, alijs huius fœderis prouincijs inconſultis. Si qui princi-
pes, reguli, prouinciæ, aut vrbes vicinæ velint huic fœderi ſe adiuugere: eos
C communi omnium fœderatorum conſilio & conſenſu debere recipi. In re
pecuniaria prouincias omnes regi debere, ex ſtatutorum præſcripto, quæ ea
de cauſa cõcipientur; & ſemel approbata & recepta, niſi communibus ſuf-
fragijs, mutari non poterunt. Quod ad religionis negotium attinet, Holan-
diæ & Zelandiæ licere pro arbitrio diſponere: alias prouincias, huic fœde-
ri ſubiectas, conſtitutionem pacificatoriam in religionis negotio ab Archi-
duce Matthia, ſummo totius Belgij præfecto; editam ſequi debere, niſi aliud
quies & ſalus prouinciarum & vrbium poſtulet, tunc licere pro arbitrio
talem ordinem inſtituere, quem commodiſſimum iudicabunt, pro conſerua-
tione facultatum, & iurium ſingulorum, tum eccleſiaſticorum tum ſecula-
D rium, ita, vt nullum impedimentum ab vlla prouincia dari poſſit. Priuato
cuiq; manſuram conſcientiæ libertatem, ita, vt nemini licitum ſit, de vllius
religione ac fide inquirere, quemadmodum pacificatione Gandauenſi ex-
preſſè cautum eſt. Permitti omnibus, qui in cœnobijs viuunt, alijſq; eccle-
ſiaſticis vſum, & fruitionem ſuorum bonorum, quæ poſſident in vlla fœde-
deratarum prouinciarum, & ſi quæ eccleſiaſticæ perſonæ, durante bello,
quod geſtum eſt à Holandis & Zelandis aduerſus Hiſpanos, iuriſdictioni
Hiſpanorum ſubiectæ, deſertis monaſteriis aut collegiis, in Holandorum
& Zelandorum iuriſdictionem conceſſerint: illis alimenta ſuppeditari de-

1579. bere, quemadmodum ijs, qui è Holandia & Zelandia in alias prouincias e- A
migrárunt, quæ huic fœderi ſunt alligatæ. Iis, qui monaſteria & collegia ec-
cleſiaſtica fœderatarum prouinciarum, religionis cauſâ aut alio rationabili
prætextu, deſeruerint, ſuppeditari debere è cœnobiorum aut collegiorũ re-
ditibus, quandiu viuent, alimenta: qui poſt initum fœdus id fecerunt, alimen-
ta non recepturos, ſed bona omnia, quæ eò attulerunt: qui poſthac in ea cœ-
nobia ingredientur, libertatem religionis habituros & veſtimenta, modò in
omnibus alijs rebus ſe poteſtati cœnobiarchæ ſubijciant. Si quæ diſsidia in-
ter aliquot ipſarum prouinciarum oboriãtur, ab alijs prouincijs ſocijs diju-
dicari debere, aut commiſſarijs, qui ad illud negotium diſpiciendum, & cau- B
ſam cognoſcẽdam, delegabuntur. Si negotium ad omnes generatim ſpectet:
id à ſubpræfectis prouinciarũ dijudicari debere, qui diligenter in hoc excu-
babunt, vt intra menſem controuerſia componatur: quod ſtatutum verò ab
illis fuerit, ratum haberi, & obſeruari debere, reiectâ omni appellàtione, &
vlteriori diſquiſitione. Ipſas prouincias & vrbes fœderatas diligenter caue-
re debere, ne prouincipibus, regulis, prouincijs, aut vrbibus exteris occaſio
vlla belli detur, & vt vitentur eiuſmodi occaſiones: ipſas prouincias teneri,
ſolicitudinem omnẽ ac diligentiam adhibere, vt ex æquo incolis & exteris
ius adminiſtretur, & ſi quæ in hoc negligentiùs ſe geſſerint: ab alijs cogen-
das eſſe, vt officio ſuo ſatisfaciant. Vnam aliquam ex fœderatis prouincijs, C
aut vrbibus non poſſe cum alterius incommodo, & ſine communi omnium
conſenſu noua tributa exigere, aut vlli fœderatorum plus imponere, quàm
proprijs incolis. Ad prouidendum omnibus difficultatibus & periculis, con-
fœderatos Traiectum ſe conferre debere, ad mandatum illius, qui ad eam
procurationem delegabitur, & ad præſcriptum diem ſi forte quidam non
comparuerint, nihilominus, qui mandato obſequentes aderunt, de toto nego
tio decernendi poteſtatem habituros, prout vtile fore bono publico fœdera-
tarum prouinciarum iudicabunt. Quod ab illis ſtatutum, & decretum fue-
rit, ab omnibus obſeruandum, niſi de rebus maximi momenti agatur, & quæ
in celeritate poſitæ non ſunt. Si ita acciderit conuocandos ſecundò fore, qui D
non comparuerint, pœnam amittendi ſuffragia illis indictam: & quod tunc
decretum fuerit ab ijs, qui conuocatorio mandato paruerint, firmum, & va-
lidum habendum: licet delegati ab aliquibus prouincijs miſsi non fuerint:
conceſſa tamen libertate ijs, quibus commodum non fuerit, ad diem adeſſe,
vt ſuam ſententiam de ſcripto mittant. Ad eum finem omnes, ac ſingulos
fœderatos debere omnia negocia, quæ occurrent, & in quibus ſalus aut in-
commodum publicum confœderatarum prouinciarum videbitur conſiſte-
re, ijs, qui conuocandi poteſtatem habebunt, perſcribere, vt ab illis cæteræ

prouin-

A *prouinciæ ad eum modum conuocentur. Si qua dubitatio, aut perplexitas* 1579.
in ſocietatis fœdere, de qua ſit controuerſia aut diſceptatio, emergat: eius interpretationem penes iudicium confœderatorum fore, qui conſentientibus ſuffragijs de re dubia & controuerſa ſtatuent, prout commodum & vtile iudicabunt. Si conſentire in eo non poſſunt, ad peculiares prouinciarum præfectos refugium habituros. Si neceſſe videbitur, augere aut mutare articulos eius fœderis, id fieri communi omnium confœderatorum arbitrio & conſenſu debere.

Hos omnes, & ſingulos fœderis articulos Prouinciæ, ad
B id adſtrictæ, ſe obſeruaturas promiſerunt, & nullo pacto ipſis, nec directè nec indirectè, contrauenturas. Si quid etiam in contrarium ſuſciperetur, declarârunt, id nullius momenti aut valoris fore: & ad hæc omnia obſeruanda, delegati ſe ſuasque prouincias, in perſonis & bonis obligârunt, ad eumque finem omnibus exceptionibus, priuilegijs, omnibusque beneficijs iurium, quæ poſſent aliquo modo in derogationem communis fœderis adferri, renunciârunt, & ſpecialiter conſtitutioni, quæ dicit, renunciationem generalem locum non habere, niſi præcedat ſpecialis. Et ad ma-
C iorem firmitatem, præfecti prouinciarum ſimulque magiſtratus omnes, & præcipui officiarij, ſiue prouinciæ ſiue ciuitatis alicuius, ſe ſolenni iuramento adſtringere iuſſi ſunt, ad obſeruationem tranſactionis, & ſingulorum articulorum illius. Ea itaque approbata & obſignata fuit à delegatis Geldriæ, & comitatus Zutphemenſis, in primis à Comite Naſſouio, Ioanne, earum prouinciarum præfecto, proprio nomine, & cum alijs delegatis, nomine nobilium Geldrenſium & Zutphemenſium: Item à delegatis Holandiæ, Zelan-
D diç, Traiecti, & circumuicinę regionis. Aurantius non aderat, nec ſigillo ſuo id fœdus approbauit, niſi poſt tres menſes.

Primi, qui ſe fœderi illi adiunxerunt, fuêre Gandauenſes, dein Levvardenſes, Sucecquenſes, Franiquerenſes, Venloenſes, tum Georgius Lalæmus, Friſiæ præfectus, Yprenſes, Antuerpienſes, Bredenſes, Franquenſes, & omnes hi intra anni ſpatium.

Duo autem erant in eo fœdere articuli de religionis nego- *Scrupuli in*
tio, qui ſatis duri videbantur religionem Romanā profiten- *fœdere exemti.*
tibus, idcircò ad ſocietatem amplexandam, ciuitates quaſdā

1579. remorabantur. Vt omnis itaq; ſcrupulus eximeretur vni cō- A
moda interpretatio addita, nempe à fœdere non excipi eos, qui tantùm religionem à Romana eccleſia probatam amplectebantur, modò alios fœderis articulos recipere vellent, & patriæ ſalutem commodumque procurare. Hoc etiam confirmatum fuit, vnam vrbem non debere ſe pro alia in religionis negotio interponere, vt pax certior & firmior inter prouincias conſtituatur, atq; diſsidiorum occaſiones amoueantur. Alteri articulo ampliatio addita, hunc in modum: Qui cœnobia, aut collegia deſeruerint: ſi pro donationibus, aut ſuc- B
ceſsionibus in bonis conſanguineorum litem mouerint: negotium ſuſpendatur, donec à fœderatis, re diligentiùs expenſâ aliter ſtatutum fuerit.

Fœderis cō-moda. Illud fœdus opportuniſsimè inter prouincias & vrbes percuſſum, res nutantes Belgarum non parum confirmauit, & attonitos ob nouam Malecontentorum factionem populos bonâ ſpe impleuit, qui ſtatim ad bellicos apparatus faciendos, animos conuertêre: Copias in primis, quæ in præſidijs erant, recenſendas curârunt, tum deiectas munitiones reparandas, omniaque collapſa pro opportunitate inſtau- C
randa ſtatuêre.

Muenſis regulus Cameracum, Ordinum nomine, cum copijs ingreſſus, Vvallones, qui in præſidio erant, inde exciuit. Nam quòd eorum ſocij oppida quædam Malecontentis tradidiſſent: ipſis fides haberi non poterat.

Neruij & Atrebates, Interea Neruij & Atrebates, quòd Hiſpanorum amicitiam parum ſyncerè colere dicebantur: ſe illis ſuſpectos eſſe non dubitabant: proinde metuebant, ne illi primâ quaq; occaſione pœnas exigerent, vel maioris ſecuritatis cauſa vrbibus firma præſidia imponerent: timebant etiam ſi cauſam commu- D
nem deſererent, ne malis inextricabilibus inuoluerentur, & ignominiâ à ſocijs notarentur: ancipites animorum propter ea, atque dubij erant vtras partes ſequerentur: magis autem ad Ordines inclinabant, quòd honeſtius atq; tutius eſſe iudicarent, vicinis adhærere, quàm exteros populos in communem patriæ perniciem fouere. Cùm hoc Parmenſis reſciuiſſet, tolerabilibus conditionibus propoſitis, eos ad tuendum Regis partes ſolicitauit. Neruij ad Belgarum principes miſerunt,

Arunt, ſignificantes, ab vltima Gandauenſi pacificatione non 1579.
recedere, neq; ab auita religione vllo pacto deſciſcere velle. Si
Ordines aliquid in ritibus eccleſiæ immutare ſtatuiſſent: ſe
Hiſpanorum partes amplecti decreuiſſe. Miſſus Neruiorũ no
mine Comes Lalęnius, qui in mãdatis habebat, ne vlla ratio-
ne cõſentiret, vt illæ prouinciæ nouã religionem reciperent.

Quidam Bellius, conſulis Traiectenſis filius, arcem Cher- *Cherpena*
penam Hiſpanicę ditionis, non procul à Colonia ſitam, tunc *intercepta.*
intercepit, quã per tres integros mẽſes diligẽter muniuit, &
B circumiectũ agrum vnà cum oppido Kerpenſi diripuit, & in-
cendit, ne quid ad belli vſum hoſti relinqueret. Eorum, quæ
diripiebat, pars tertia Ordinibus cedere dicebatur, vel alijs,
qui ipſi arcem, propter res in eorum gratiam & commodum
bene geſtas, donâſſe ferebantur, quæ eſt annui reditus trium
millium ducatorum. Ad eam obſidendam, Octauius Gonza-
ga, & Mondraco, tunc Lymburgi & ditionum vltra Moſam
præfectus, aduenêre cum octo tum equitum tum peditũ mil-
libus, opportuno quidem tempore: quoniam multi ex præſi-
dio ad excurſiones faciendas exierant. Promotis ſtatim duo-
C decim tormentis mœnia diuerberata ſunt, quorum amplâ fa-
ctâ ruinâ oppugnatio inſtituta eſt, in qua obſidentes ſuperio-
res facti, per vim in arcem irruperunt, & triginta, quos ibi in-
uenêre, milites cum duce reſte, latronum more, ſuſpenderũt.
Ipſe in noua arcis porta, quam extruxerat, appendit, milites
arborum ramis affixi.

Ordines generales literas pro cauſæ ſuæ defenſione Impe- *Literæ*
ratori ſcripſerunt, in quibus inter cætera hæc inſeruêre: *Maie-* *Ord. ad*
ſtatem tuam precamur, vt nos aduerſus inimicorum noſtrorum calumnias a- *Imp.*
pud Regem Catholicum, Principem noſtrum clementiſſimum, fauore iuua-
D *re, & quo cœpit amore proſequi dignetur. Sanctè Maieſtati tuæ affirman-*
tes, & promittentes, nos nunquam fuiſſe, nec eſſe, nec fore alterius ſententiæ,
quàm vt hic Catholicæ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ religio colatur, & Maieſta-
ti Regiæ ſemper conſtet autoritas, quod ſuperioribus literis noſtris Maieſtati
tuæ candidè ſumus profeſſi, & in primis cupimus eſſe perſuaſum.

Mirum pleriſque viſum, Ordines de religionis negotio ita
Cęſari perſcripſiſſe, cùm Reformatorũ doctrinã vbiq; diſſemi
nari paterent, & multi iudicârũt à principio illorũ cauſam nõ
ꝓbâſſe, at tẽporis iniqtate coactos eius patrociniũ ſuſcepiſſe.

1579. Quòd verò induciæ à Parmēſi impetrari nullâ ratione poſ- A
ſent, resque ad atrocisſimum bellum ſpectare videretur: copias diligenter coëgêre, & ſummum peditum Ducem regulum Montegnyum creârunt. Is nouo honore lætus, copias ſtatim eduxit, & in Motteum, qui regias partes ſequebatur, irruens, quamplurimos ex ipſius militibus trucidauit.

Montegnyus dux peditum.

Vendenum obſeſſum.

Hiſpani, ad Moſam fluuium caſtrametati, oppidum Vendenum obſidere cœperunt, in quo duæ cohortes pro præſidio erant, non bene cum oppidanis conſentientes. Id vbi Ordines reſciuêre, quingentos milites in ſubſidium miſêre, quos B
cùm Hiſpani aduentare per exploratores cognouiſſent, partem copiarum, quæ in obſidione erant, in occurſum illorum miſêre, commiſſa primo appulſu pugna, in qua, qui ſubſidio obſeſsis mittebantur, profligati ſunt.

Louanienſe prǽſidiū Bruxellenſibus permoleſtū & infeſtū erat, & locis circūuicinis, omniaq; incurſionibus, latrociniis, deprædationib & cædibus infeſtabat: ob id Belgarū principes educendas copias cenſuêre, quæ præſidij illius audaciā reprimerēt: & quia magni ſumtus faciendi erāt, tributa Prouincijs & vrbib⁹ fœderatis imperârūt. Bruxellēſes legatos ad C
Ordines decreuêre, qui declararent, ciues tot rebus ſimul ſatisfacere non poſſe: vix ad præſidij Louanienſis excurſiones reprimēdas ſufficere: ita tributorū exactioni non conſenſêre.

Bruxellenſes negant tributa.

Hiſpani ſummâ vigilantiâ atq; induſtriâ bellum adminiſtrabant, omnibusq; locis improuiſi aderant, eoq; confidentiùs excurſiones faciebant, quòd Ordinum exercitus, ob præſidia, varijs in locis diſpoſita, multum eſſet diminutus. Ne verò in rebus leuisſimis tempus terere dicerentur, vrbes inuadere ſtatuêre. In primis Vveſtum, ex improuiſo adorti, cœperunt, & milites ſeptuaginta, qui inibi erant, ſuſpendio addi- D
xerunt. Itum dein ad Endouenam. Minutum prælium cum præſidio erumpente commiſſum, in quo multi ſtrenui milites vtrinq; cecidêre: victoria tādem penes Hiſpanos fuit, pluribus è Belgis trucidatis, nonnullis etiam captis.

Vveſtum captum.

Endouena.

Aurantius quum Ordinum res confuſas cerneret, nec proditiones deeſſe, Pontificios multa moliri, Ordines ad pacem animos inclinare, & varias de gubernatione eſſe ſententias: Noæum Britonem, qui in Gallicis bellis ciuilibus inclaruerat,

Aurantius ſibi proſpicit.

A rat, ſibi Legatum in rebus bellicis cōſtituit, eiq; ſexcētos ve- 1579.
teranos milites attribuit. Cumq; ſciret ſe contra Parmenſem ſuſtinendo bello imparem, (quandoquidē rumor erat, eū tres exercitus habiturū, vnum in Flandria, alterū in Brabantia, tertiū in Geldria) eas Flandriæ, & Brabantiæ vrbes in poteſtatē redegit, quæ Holandiæ atq; Zelandiæ præſidio eſſe poſſent, Gandauum, Antuerpiā & Tenremondam. Vnde rebus ſuis optimè conſtitutis lætus ſæpe dicebat, gallico ſermone: *Holande & Zelande, Anuers, Gand, & Dermonde, Eſt cepa vn bean petit monde.* B id eſt, Holandia, Zelandia, Antuerpia, Gandauum & Dermonda, nónne exiguus orbis pulcerrimus. Quibus verbis innuere volebat, ſibi ſatis, ſi eas terras aduerſus hoſtes tueri poſſet: cùm totius Belgij præcipua pars eſſent.

Parmenſis, quòd res ex ſententia ſuccederent, Ordinū copijs in prȩſidia diſpartitis, exercitum ſuum in duas partes diuiſit, vnā Octauio Gonzagæ tradidit, qui iter verſus Antuerpiam ſuſcepit. Erant in pago propinquo Borgherholto tria millia Anglorum, Scotorum & Gallorum, qui vt aduerſus repentinas hoſtiū inuaſiones tuti eſſe poſſent, vallo ſe munie- *Gonzagæ pugna.*
C rant, in quos Gonzaga ſuos impetum facere iuſſit: hi perruptis munitionibus, hoſtes tanto impetu atq; animorum ardore adgreſsi ſunt, vt eos ad foſſas vrbis vſq; cum multa cȩde pepulerint: quadringenti ex illis in ea pugna ceciderunt: omnibus ædibus atq; molendinis illius pagi ignis iniectus. Hoc peracto Gonzaga ad Parmenſem reuerſus eſt. Hic cum altera exercitus parte ad Maſtrichum obſidendum venerat, & quȩdam munita loca, quæ futuræ obſidioni obeſſe poterant, iam cœperat, partemq; copiarum Ruremondam verſus miſerat, *Parmenſis Maſtrichū obſidet.*
D quæ Menapiorum fines infeſtaret. Parmenſis conſilio cognito, Naſſouius à Belgarum principibus auxilia poſtulauit, quo hoſtiles depopulationes auerteret.

Vltraiectini contractis aliquot peditum & equitum turmis, Amerfortium obſidere cœperunt, Geldris Holandiſque auxiliares copias ſubmittentibus. Hi cùm portas ac mœnia vi tormentorum deieciſſent, ciues certis conditionibus vrbē dedidêre, conſul & aliquot ſenatores captiui facti ſunt. *Amerfortium obſeſſū.*

Erat tunc Dunkerka à Motteo obſeſſa, quam cùm liberare cuperet Noȩus, qui Nieuporti erat, cum ijs, quas habebat, co- *Dūkerka.*

1579. pijs per totam noctem accelerat, & ſummo mane hoſtes ex A
improuiſo adortus, eos ſine ſuorum iactura fudit, & obſidio-
ne vrbem liberauit.

Maſtrichi obſidio. Cùm Maſtrichum ab equitatu circundatum eſt, pedites
ſtatim acceſſêre, qui ab vtraque fluminis ripa caſtrametati
ſunt, vt ſeſe mutuo iuuare commodè poſſent, binis pontibus
ex ſcaphis ad duo vrbis extrema conſtructis, in ijsque firmiſ-
Præſidiũ. ſimo impoſito præſidio. Erant in vrbe milites exteri circiter
mille, partim Galli & Vvalones, partim Angli & Scoti, & duo
decim ciuium centenariæ cohortes. Sed maximo adiumen- B
to illis fuêre duo ruſticorum millia, qui cum vxoribus ac li-
beris & meliori ſupellectile eò, tanquam in locum tutum,
confugerant. Hi in foſsis ducendis, & reparandis aggeribus,
ſtrenuam nauârunt operam: qui tamen magna ex parte pe-
riêre, aut hoſtilibus tormẽtis diſcerpti, aut in cuniculis agen-
dis terrâ oppreſsi. Erat ibi tum Noæus, qui celeritate hoſtium
præuentus, maiores copias intro ducere non potuit, & Ant-
uerpiam ab Aurantio accerſitus, cuidam Sebaſtiano Gallo
tribuno adminiſtrationem ciuitatis tradidit. Hic conatus o-
mnes, promtitudine ſuorum vſus, adhibuit, vt Parmẽſem ab C
obſidione auerteret, leuia ferens certamina, varias ſtruẽs in-
ſidias, & circumuicina ędificia incendens: ſed nullâ vi prohi-
bere potuit, quominus caſtra circum vrbem locarent hoſtes,
& prope mœnia accederent.

Tormẽta. Primùm tredecim muralia tormenta, cum viginti campe-
ſtribus, ad quatienda mœnia promouêre: alia poſtea acceſſê-
re, ita vt quinquaginta omnino tormentis murus fuerit di-
uerberatus. Diu in conſilio fuit diſputatum, qua in parte po-
tiſsimùm adgredienda mœnia eſſent; tandem conſentienti-
bus ſuffragijs, decretum, vt eâ parte, quâ debilior erat murus, D
minusque lata foſſa, vrbs quateretur, quòd oppugnantibus
Imprudentia. militibus facilior daretur acceſſus. Sed hoc incommodum
non animaduerſum, quòd locus, à mœnibus vacuus, nouam
foſſam ducẽdi, & aggerem extruẽdi poteſtatẽ dabat. Primùm
quati mœnia cœperũt, quâ parte vrbs ad Leodiũ ſpectat, quæ
breui ſunt deiecta. Sed cùm oppugnatio inſtituenda eſſet, a-
nimaduertêre, qui ad explorandã mœniũ ruinã præmiſsi fue-
rant foſſam ſatis latã, quã obſeſsi puluere ſulphureo, clauis &
taxillis.

A taxillis ferreis impleuerant. Conſpecto periculo Hiſpani, ab oppugnatione ſuperſedere ſtatuêre, & tormenta in aliam mœnium partem tranſlata, quibus deiectis, oppugnationem ad vtramque ruinam inſtituendam Parmenſis, ex omnium ducum conſilio, ſtatuit. Ad primam ruinam legio, quæ à fœdere dicebatur, deſtinata eſt: id nomen ſortita, quòd in nauali prçlio ad Lepantum cum Auſtriaco fuerat. Ad ſecundam legio Lombardiæ adſignata fuit, cui multæ Germanorum & Vvallonum turmæ adhærebant. Antequam autem ſignum pugnæ daretur: tormenta ad vtramq; ruinam per nouem ho-

1579.

Oppugnatio.

B ras continenti impetu fulminârunt. Mondraco vltra amnem erat, qui ex obliquo propugnatores, ad ſecundam ruinâ defendendam adcedentes, tormentarijs pilis impetebat. Primi Itali, Fabiano Farneſio duce, ad eam ruinam progreſsi ſunt: quorum promtitudinem & alacritatem Hiſpani conſpicati, ne gloria victoriæ, quam exploratam & certiſsimam eſſe putabant, ipſis præriperetur, gradum accelerantes, ad ſummum ruinæ perualêre, audaciſsimè cum hoſtibus manus conſeren tes. Non minus alacriter in prima ruina certabatur ab ijs, qui bus id munus erat impoſitum. Ante pugnam effoſſus cuni-

C culus incenſus fuit, ſed euentum, qui ſperabatur, non habuit. Tanta autem animorum contentione ab oppugnantibus & propugnatoribus ibi eſt depugnatum, vt neq; acriùs neque atrociùs ab vllis fieri poſſe, omnes iudicarent: eiulatibus ſauciorum & diſſonis pugnâtium clamoribus omnia complentibus: vix ad primam ruinâ pugna contracta erat, cùm eques citato maximè curſu aduenit, nuncians, ſocios per ſecundâ ruinam, vi patefacto aditu, in vrbem penetrâſſe. Id à Parmenſi fingebatur, vt inuadentibus animus augeretur, & defenſoribus metus incuteretur: hunc ſequutus eſt vnus atque alter,

Atrox certamen.

Stratagema Parmenſis.

D qui idem renunciârunt: à prima ruina ad ſecundam tres pariter, ad emêritam ſuorum victoriam nunciandam, miſsi ſunt: ſed propugnatores, ſiue quòd aſtum hoſtium intelligerent, ſiue quòd in manibus ſuis ſalutem eſſe poſitam ſcirent, & nihil in fuga commodi apparere: non ſe ad eas voces commouêre, ſed conſtanter depugnantes, hoſtium impetum egregiè ſuſtinuêre, ita vt hi cum magna ſuorum cæde prælio excedere, & in caſtra ſe recipere coacti ſint. In ſecunda ruina

1579. ſociare, non quòd vnionē generalem, quæ per edictum Gan- A
dauenſe firmata fuerat, diſſolui vellent, ſed firmius ſtabiliri &
muniri aduerſus omnia incommoda & pericula, quæ per inſidias, conatus, & conſilia hoſtium ſubire poſſent, quibus occurrere ſumma neceſsitas adigebat. Fœdus itaque inter ſe perculſerunt viginti ſex articulis comprehenſum, quorum hæc ſumma erat: *Geldrenſes, Zutphenienſes, Holandos, Zelandos Traiectenſes, & populos inter Emſam & Lanuerſum ſe arctiſsimo, atque ſanctiſsimo fœdere ſociare; ita vt neque teſtamento neque codicillis, donatione, ceſsione, mutatione, venditione, pacis, aut connubij fœdere, neque a-* B
liqua alia occaſione, rationéue ſeparari ab eo poſsint. Ea etiam conditione, vt ſingulorum immunitatum, priuilegiorum, conſuetudinum, & veterum inſtitutionum iura nullâ in parte imminuantur, aut impediantur: quin potius mutuis auxilijs confirmentur ac defendantur. Ad eam ſocietatem conſeruandam, debere omnes earum Prouinciarum homines ſeſe mutuo iuuare, ita vt neque bonis neque vitæ parci velint, aduerſus omnium inimicorum conatus, qui nomine mandatóque regio fieri poſſent, aut ſub pacis Gandauenſis prætextu, aut quòd arma contra Auſtriacum ſumſerint, Matthiam Archiducem ſummum Belgij præfectum conſtituerint, aut etiam ſub prætextu inſtaurandæ aut defendendæ religionis Catholicæ Romanæ, aut e- C
tiam propter hanc ſocietatem, aut ſimiles occaſiones, ſiue vni harum prouinciarum, ſiue omnibus ſimul vis inferatur. Ipſas Prouincias pari, & æquo iure obligari, ad ſeſe mutuo iuuandum & tuendum, aduerſus omnes regulos, duces, principes, prouincias, vrbes, qui contumeliam aut vim inferre, bellúmue indicere vellent, habitâ prius cauſæ cognitione, & negotiorum opportunitate perſpectâ. Ad prouidendum belli periculis, debere in finibus cuiuſq; prouinciæ præſidia conſtitui, & alijs in locis, vbi opus eſſe videbitur, ex communi omnium iudicio & conſilio, ſumtus verò fieri dimidia ex parte ab illis vrbibus & prouincijs, vbi præſidia erunt conſtituta, alteram partem cæteris fœderatis ſoluentibus. Quod ſi omnibus viſum fuerit, præſidi- D
um alicubi collocare, nouas aliquas munitiones in aliam formam mutare, aut omnino euertere, omnes ſumtus, ad id neceſſarios, debere ab omnibus confœderatis ex æquo fieri: Ad ſumtus verò, qui pro defenſione ipſarū prouinciarū neceſſarij iudicabūtur, faciendos, vectigalia imponi debere in omnia vinorū & ceruiſiarū genera, frumenta, ſal, pannos argenteos, ſericos, laneos, ſatos agros, armenta, equos, & boues, qui vendentur, aut permutabuntur: & id iuxta ſtatutum & edictum, quod ſuper ea re communi conſenſu concipietur. Ea vectigalia omnium ſuffragijs debere diminui augeriue, pro neceſsitate

A tate & opportunitate negotiorum: expendi verò in communē omnium defenſionem tantùm. Vrbes præſidiarias quouis tempore obligari, ad recipiendum id militum præſidium, quod fœderatæ prouinciæ communi conſilio decernent, aut eius prouinciæ præfectus, vbi vrbes illæ ſitæ ſunt. Præſidiariorū militum ſtipendia communibus ſumtibus ſolui debere: ſed milites, præter cōmune iuramentum, peculiare vrbi aut prouinciæ, vbi erunt, præſtare debere. Diſciplinam inter eos eiuſmodi ſeruandam, vt ciuitatum & circumiecti agri incolæ; tum eccleſiaſtici tum ſeculares, nullam iniuriam aut contumeliā à militibus ferant, quin habitationis mercedem pro illis accipiant è commu- 1579.
B ni ærario, ſicuti hactenus in Holandia factitatum. In ſingulis prouincijs cōfœderatis, tam in vrbibus quàm agris, poſt menſis ſpatium omnium incolarum luſtrationem debere fieri, à decimo octauo ætatis anno ad ſexageſimū, vt numero eorum cognito in proximo prouinciarum conuentu ſtatuatur ex commodo & ſecuritate omnium. Nullam tranſactionem induciarum aut pacis debere fieri, neq; bellum ſuſcipi, aut tributa exigi, pro tuitione fœderis, niſi communi conſilio, & conſenſu omnium prouinciarum, quæ illi adſtrictæ ſunt. Nullam prouinciam aut vrbem poſſe fœdus inire cum regulis, aut regionibus vicinis, alijs huius fœderis prouincijs inconſultis. Si qui principes, reguli, prouinciæ, aut vrbes vicinæ velint huic fœderi ſe adiungere: eos
C communi omnium fœderatorum conſilio & conſenſu debere recipi. In re pecuniaria prouincias omnes regi debere, ex ſtatutorum præſcripto, quæ ea de cauſa cōcipientur; & ſemel approbata & recepta, niſi communibus ſuffragijs, mutari non poterunt. Quod ad religionis negotium attinet, Holandiæ & Zelandiæ licere pro arbitrio diſponere: alias prouincias, huic fœderi ſubiectas, conſtitutionem pacificatoriam in religionis negotio ab Archiduce Matthia, ſummo totius Belgij præfecto; editam ſequi debere, niſi aliud quies & ſalus prouinciarum & vrbium poſtulet, tunc licere pro arbitrio talem ordinem inſtituere, quem commodiſſimum iudicabunt, pro conſeruatione facultatum, & iurium ſingulorum, tum eccleſiaſticorum tum ſecula-
D rium, ita, vt nullum impedimentum ab vlla prouincia dari poſſit. Priuato cuiq; manſuram conſcientiæ libertatem, ita, vt nemini licitum ſit, de vllius religione ac fide inquirere, quemadmodum pacificatione Gandauenſi expreſſè cautum eſt. Permitti omnibus, qui in cœnobijs viuunt, alijsq; eccleſiaſticis vſum, & fruitionem ſuorum bonorum, quæ poſſident in vlla fœderatarum prouinciarum, & ſi quæ eccleſiaſticæ perſonæ, durante bello, quod geſtum eſt à Holandis & Zelandis aduerſus Hiſpanos, iuriſdictioni Hiſpanorum ſubiectæ, deſertis monaſteriis aut collegiis, in Holandorum & Zelandorum iuriſdictionem conceſſerint: illis alimenta ſuppeditari de-

A *prouinciæ ad eum modum conuocentur. Si qua dubitatio, aut perplexitas in ſocietatis fœdere, de qua ſit controuerſia aut diſceptatio, emergat: eius interpretationem penes iudicium confœderatorum fore, qui conſentientibus ſuffragijs de re dubia & controuerſa ſtatuent, prout commodum & vtile iudicabunt. Si conſentire in eo non poſſunt, ad peculiares prouinciarum præfectos refugium habituros. Si neceſſe videbitur, augere aut mutare articulos eius fœderis, id fieri communi omnium confœderatorum arbitrio & conſenſu debere.* 1579.

Hos omnes, & ſingulos fœderis articulos Prouinciæ, ad B id adſtrictæ, ſe obſeruaturas promiſerunt, & nullo pacto ipſis, nec directè nec indirectè, contrauenturas. Si quid etiam in contrarium ſuſciperetur, declarârunt, id nullius momenti aut valoris fore: & ad hæc omnia obſeruanda, delegati ſe ſuasque prouincias, in perſonis & bonis obligârunt, ad eumque finem omnibus exceptionibus, priuilegijs, omnibusque beneficijs iurium, quæ poſſent aliquo modo in derogationem communis fœderis adferri, renunciârunt, & ſpecialiter conſtitutioni, quæ dicit, renunciationem generalem locum non habere, niſi præcedat ſpecialis. Et ad maC iorem firmitatem, præfecti prouinciarum ſimulque magiſtratus omnes, & præcipui officiarij, ſiue prouinciæ ſiue ciuitatis alicuius, ſe ſolenni iuramento adſtringere iuſsi ſunt, ad obſeruationem tranſactionis, & ſingulorum articulorum illius. Ea itaque approbata & obſignata fuit à delegatis Geldriæ, & comitatus Zutphemenſis, in primis à Comite Naſſouio, Ioanne, earum prouinciarum præfecto, proprio nomine, & cum alijs delegatis, nomine nobilium Geldrenſium & Zutphemenſium: Item à delegatis Holandiæ, Zelan-D diç, Traiecti, & circumuicinę regionis. Aurantius non aderat, nec ſigillo ſuo id fœdus approbauit, niſi poſt tres menſes.

Primi, qui ſe fœderi illi adiunxerunt, fuêre Gandauenſes, dein Levvardenſes, Sucecquenſes, Franiquerenſes, Venloenſes, tum Georgius Lalæmus, Friſiæ præfectus, Yprenſes, Antuerpienſes, Bredenſes, Franquenſes, & omnes hi intra anni ſpatium.

Duo autem erant in eo fœdere articuli de religionis negotio, qui ſatis duri videbantur religionem Romanã profitentibus, idcircò ad ſocietatem amplexandam, ciuitates quaſdã *Scrupuli in fœdere exemti.*

1579. remorabantur. Vt omnis itaq; ſcrupulus eximeretur vni cō- A
moda interpretatio addita, nempe à fœdere non excipi eos, qui tantùm religionem à Romana eccleſia probatam amplectebantur, modò alios fœderis articulos recipere vellent, & patriæ ſalutem commodumque procurare. Hoc etiam confirmatum fuit, vnam vrbem non debere ſe pro alia in religionis negotio interponere, vt pax certior & firmior inter prouincias conſtituatur, atq; diſsidiorum occaſiones amoueantur. Alteri articulo ampliatio addita, hunc in modum: Qui cœnobia, aut collegia deſeruerint: ſi pro donationibus, aut ſuc- B
ceſsionibus in bonis conſanguineorum litem mouerint: negotium ſuſpendatur, donec à fœderatis, re diligentiùs expenſâ aliter ſtatutum fuerit.

Fœderis cō-moda. Illud fœdus opportuniſsimè inter prouincias & vrbes percuſſum, res nutantes Belgarum non parum confirmauit, & attonitos ob nouam Malecontentorum factionem populos bonâ ſpe impleuit, qui ſtatim ad bellicos apparatus faciendos, animos conuertêre: Copias in primis, quæ in præſidijs erant, recenſendas curârunt, tum deiectas munitiones reparandas, omniaque collapſa pro opportunitate inſtau- C
randa ſtatuêre.

Muenſis regulus Cameracum, Ordinum nomine, cum copijs ingreſſus, Vvallones, qui in præſidio erant, inde exciuit. Nam quòd eorum ſocij oppida quædam Malecontentis tradidiſſent: ipſis fides haberi non poterat.

Neruij & Atrebates, Interea Neruij & Atrebates, quòd Hiſpanorum amicitiam parum ſyncerè colere dicebantur: ſe illis ſuſpectos eſſe non dubitabant: proinde metuebant, ne illi primâ quaq; occaſione pœnas exigerent, vel maioris ſecuritatis cauſa vrbibus firma præſidia imponerent: timebant etiam ſi cauſam commu- D
nem desererent, ne malis inextricabilibus inuoluerentur, & ignominiâ à ſocijs notarentur: ancipites animorum propter ea, atque dubij erant vtras partes ſequerentur: magis autem ad Ordines inclinabant, quòd honeſtius atq; tutius eſſe iudicarent, vicinis adhærere, quàm exteros populos in communem patriæ perniciem fouere. Cùm hoc Parmenſis reſciuiſſet, tolerabilibus conditionibus propoſitis, eos ad tuendum Regis partes ſolicitauit. Neruij ad Belgarum principes miſerunt,

Arunt, ſignificantes, ab vltima Gandauenſi pacificatione non recedere, neq; ab auita religione vllo pacto deſciſcere velle. Si Ordines aliquid in ritibus eccleſiæ immutare ſtatuiſſent: ſe Hiſpanorum partes amplecti decreuiſſe. Miſſus Neruiorũ nomine Comes Lalenius, qui in mãdatis habebat, ne vlla ratione cõſentiret, vt illæ prouinciæ nouã religionem reciperent. 1579.

Quidam Bellius, conſulis Traiectenſis filius, arcem Cherpenam Hiſpanicę ditionis, non procul à Colonia ſitam, tunc intercepit, quã per tres integros mẽſes diligẽter muniuit, & B circumiectũ agrum vnà cum oppido Kerpenſi diripuit, & incendit, ne quid ad belli vſum hoſti relinqueret. Eorum, quæ diripiebat, pars tertia Ordinibus cedere dicebatur, vel alijs, qui ipſi arcem, propter res in eorum gratiam & commodum bene geſtas, donâſſe ferebantur, quæ eſt annui reditus trium millium ducatorum. Ad eam obſidendam, Octauius Gonzaga, & Mondraco, tunc Lymburgi & ditionum vltra Moſam præfectus, aduenêre cum octo tum equitum tum peditũ millibus, opportuno quidem tempore: quoniam multi ex præſidio ad excurſiones faciendas exierant. Promotis ſtatim duo- C decim tormentis mœnia diuerberata ſunt, quorum amplâ factâ ruinâ oppugnatio inſtituta eſt, in qua obſidentes ſuperiores facti, per vim in arcem irruperunt, & triginta, quos ibi inuenêre, milites cum duce reſte, latronum more, ſuſpenderũt. Ipſe in noua arcis porta, quam extruxerat, appendit, milites arborum ramis affixi. *Cherpena intercepta.*

Ordines generales literas pro cauſæ ſuæ defenſione Imperatori ſcripſerunt, in quibus inter cætera hæc inſeruêre: *Maieſtatem tuam precamur, vt nos aduerſus inimicorum noſtrorum calumnias apud Regem Catholicum, Principem noſtrum clementiſſimum, fauore iuua- D re, & quo cœpit amore proſequi dignetur. Sanctè Maieſtati tuæ affirmantes, & promittentes, nos nunquam fuiſſe, nec eſſe, nec fore alterius ſententiæ, quàm vt hic Catholicæ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ religio colatur, & Maieſtati Regiæ ſemper conſtet autoritas, quod ſuperioribus literis noſtris Maieſtati tuæ candidè ſumus profeſſi, & in primis cupimus eſſe perſuaſum.* *Literæ Ord. ad Imp.*

Mirum pleriſque viſum, Ordines de religionis negotio ita Cęſari perſcripſiſſe, cùm Reformatorũ doctrinã vbiq; diſſeminari paterent, & multi iudicârũt à principio illorũ cauſam nõ ꝓbâſſe, at tẽporis iniqtate coactos eius patrociniũ ſuſcepiſſe.

P

1579. Quòd verò induciæ à Parmẽſi impetrari nullâ ratione poſ- A
ſent, resq́ue ad atrociſsimum bellum ſpectare videretur: copias diligenter coëgêre, & ſummum peditum Ducem regulum Montegnyum creârunt. Is nouo honore lætus, copias ſtatim eduxit, & in Morteum, qui regias partes ſequebatur, irruens, quamplurimos ex ipſius militibus trucidauit.

Montegnyus dux peditum.

Hiſpani, ad Moſam fluuium caſtrametati, oppidum Vendenum obſidere cœperunt, in quo duæ cohortes pro præſidio erant, non bene cum oppidanis conſentientes. Id vbi Ordines reſciuêre, quingentos milites in ſubſidium miſêre, quos B cùm Hiſpani aduentare per exploratores cognouiſſent, partem copiarum, quæ in obſidione erant, in occurſum illorum miſêre, commiſſa primo appulſu pugna, in qua, qui ſubſidio obſeſsis mittebantur, profligati ſunt.

Vendenum obſeſſum.

Louanienſe prẹſidiũ Bruxellenſibus permoleſtũ & infeſtũ erat, & locis circũuicinis, omniaq́; incurſionibus, latrociniis, deprædationib. & cædibus infeſtabat: ob id Belgarũ principes educendas copias cenſuêre, quæ præſidij illius audaciã reprimerẽt: & quia magni ſumtus faciendi erãt, tributa Prouincijs & vrbib⁹ fœderatis imperârũt. Bruxellẽſes legatos ad C Ordines decreuêre, qui declararent, ciues tot rebus ſimul ſatisfacere non poſſe: vix ad præſidij Louanienſis excurſiones reprimẽdas ſufficere: ita tributorũ exactioni non conſenſêre.

Bruxellenſes negant tributa.

Hiſpani ſummâ vigilantiâ atq; induſtriâ bellum adminiſtrabant, omnibusq́; locis improuiſi aderant, eoq́; confidentiùs excurſiones faciebant, quòd Ordinum exercitus, ob præſidia, varijs in locis diſpoſita, multum eſſet diminutus. Ne verò in rebus leuiſsimis tempus terere dicerentur, vrbes inuadere ſtatuêre. In primis Vveſtum, ex improuiſo adorti, cœperunt, & milites ſeptuaginta, qui inibi erant, ſuſpendio addi- D xerunt. Itum dein ad Endouenam. Minutum prælium cum præſidio erumpente commiſſum, in quo multi ſtrenui milites vtrinq; cecidêre: victoria tãdem penes Hiſpanos fuit, pluribus è Belgis trucidatis, nonnullis etiam captis.

Vveſtum captum. *Endouena.*

Aurantius quum Ordinum res confuſas cerneret, nec proditiones deeſſe, Pontificios multa moliri, Ordines ad pacem animos inclinare, & varias de gubernatione eſſe ſententias: Noæum Britonem, qui in Gallicis bellis ciuilibus inclaruerat,

Aurantius ſibi proſpicit.

A rat, ſibi Legatum in rebus bellicis cõſtituit, eiq; ſexcētos veteranos milites attribuit. Cumq; ſciret ſe contra Parmenſem ſuſtinendo bello imparem, (quandoquidē rumor erat, eũ tres exercitus habiturũ, vnum in Flandria, alterũ in Brabantia, tertiũ in Geldria) eas Flandriæ, & Brabantiæ vrbes in poteſtatē redegit, quæ Holandiæ atq; Zelandiæ præſidio eſſe poſſent, Gandauum, Antuerpiã & Tenremondam. Vnde rebus ſuis optimè conſtitutis lætus ſæpe dicebat, gallico ſermone: *Holande & Zelande, Anuers, Gand, & Dermonde, Eſt cepa vn bean petit monde.* 1579.

B id eſt, Holandia, Zelandia, Antuerpia, Gandauum & Dermonda, nónne exiguus orbis pulcerrimus. Quibus verbis innuere volebat, ſibi ſatis, ſi eas terras aduerſus hoſtes tueri poſſet: cùm totius Belgij præcipua pars eſſent.

Parmenſis, quòd res ex ſententia ſuccederent, Ordinũ copijs in pręſidia diſpartitis, exercitum ſuum in duas partes diuiſit, vnã Octauio Gonzagæ tradidit, qui iter verſus Antuerpiam ſuſcepit. Erant in pago propinquo Borgherholto tria millia Anglorum, Scotorum & Gallorum, qui vt aduerſus repentinas hoſtiũ inuaſiones tuti eſſe poſſent, vallo ſe munie- *Gonzagæ pugna.*

C rant, in quos Gonzaga ſuos impetum facere iuſsit: hi perruptis munitionibus, hoſtes tanto impetu atq; animorum ardore adgreſsi ſunt, vt eos ad foſſas vrbis vſq; cum multa cęde pepulerint: quadringenti ex illis in ea pugna ceciderunt: omnibus ædibus atq; molendinis illius pagi ignis iniectus. Hoc peracto Gonzaga ad Parmenſem reuerſus eſt. Hic cum altera exercitus parte ad Maſtrichum obſidendum venerat, & quędam munita loca, quæ futuræ obſidioni obeſſe poterant, iam cœperat, partemq; copiarum Ruremondam verſus miſerat, *Parmenſis Maſtrichũ obſidet.*

D quæ Menapiorum fines infeſtaret. Parmenſis conſilio cognito, Naſſouius à Belgarum principibus auxilia poſtulauit, quo hoſtiles depopulationes auerteret.

Vltraiectini contractis aliquot peditum & equitum turmis, Amerfortium obſidere cœperunt, Geldris Holandiſque auxiliares copias ſubmittentibus. Hi cùm portas ac mœnia vi tormentorum deieciſſent, ciues certis conditionibus vrbē dedidêre, conſul & aliquot ſenatores captiui facti ſunt. *Amerfortium obſeſſũ.*

Erat tunc Dunkerka à Motteo obſeſſa, quam cùm liberare cuperet Noçus, qui Nieuporti erat, cum ijs, quas habebat, co- *Dũkerka.*

1579. pijs per totam noctem accelerat, & ſummo mane hoſtes ex A improuiſo adortus, eos ſine ſuorum iactura fudit, & obſidione vrbem liberauit.

Maſtrichi obſidio. Cùm Maſtrichum ab equitatu circundatum eſt, pedites ſtatim acceſſêre, qui ab vtraque fluminis ripa caſtrametati ſunt, vt ſeſe mutuo iuuare commodè poſſent, binis pontibus ex ſcaphis ad duo vrbis extrema conſtructis, in ijſque firmiſſimo impoſito præſidio. *Præſidiū.* Erant in vrbe milites exteri circiter mille, partim Galli & Vvalones, partim Angli & Scoti, & duodecim ciuium centenariæ cohortes. Sed maximo adiumento B illis fuêre duo ruſticorum millia, qui cum vxoribus ac liberis & meliori ſupellectile eò, tanquam in locum tutum, confugerant. Hi in foſsis ducendis, & reparandis aggeribus, ſtrenuam nauârunt operam: qui tamen magna ex parte periêre, aut hoſtilibus tormẽtis diſcerpti, aut in cuniculis agendis terrâ oppreſsi. Erat ibi tum Noæus, qui celeritate hoſtium præuentus, maiores copias introducere non potuit, & Antuerpiam ab Aurantio accerſitus, cuidam Sebaſtiano Gallo tribuno adminiſtrationem ciuitatis tradidit. Hic conatus omnes, pro mtitudine ſuorum vſus, adhibuit, vt Parmẽſem ab C obſidione auerteret, leuia ferens certamina, varias ſtruẽs inſidias, & circumuicina ędificia incendens: ſed nullâ vi prohibere potuit, quominus caſtra circum vrbem locarent hoſtes, & prope mœnia accederent.

Tormẽta. Primùm tredecim muralia tormenta, cum viginti campeſtribus, ad quatienda mœnia promouêre: alia poſtea acceſſêre, ita vt quinquaginta omnino tormentis murus fuerit diuerberatus. Diu in conſilio fuit diſputatum, qua in parte potiſsimùm adgredienda mœnia eſſent, tandem conſentientibus ſuffragijs, decretum, vt eâ parte, quâ debilior erat murus, D minuſque lata foſſa, vrbs quateretur, quòd oppugnantibus militibus facilior daretur acceſſus. *Imprudentia.* Sed hoc incommodum non animaduerſum, quòd locus, à mœnibus vacuus, nouam foſſam ducẽdi, & aggerem extruẽdi poteſtatẽ dabat. Primùm quati mœnia cœperũt, quâ parte vrbs ad Leodiũ ſpectat, quæ breui ſunt deiecta. Sed cùm oppugnatio inſtituenda eſſet, animaduertêre, qui ad explorandã mœniũ ruinã præmiſsi fuerant foſſam ſatis latã, quã obſeſsi puluere ſulphureo, clauis & taxillis.

1579.

A taxillis ferreis impleuerant. Conſpecto periculo Hiſpani, ab oppugnatione ſuperſedere ſtatuêre, & tormenta in aliam mœnium partem tranſlata, quibus deiectis, oppugnationem ad vtramque ruinam inſtituendam Parmenſis, ex omnium ducum conſilio, ſtatuit. Ad primam ruinam legio, quæ à fœdere dicebatur, deſtinata eſt: id nomen ſortita, quòd in nauali prœlio ad Lepantum cum Auſtriaco fuerat. Ad ſecundam legio Lombardiæ adſignata fuit, cui multæ Germanorum & Vvallonum turmæ adhærebant. Antequam autem ſignum pugnæ daretur: tormenta ad vtramq; ruinam per nouem ho-

Oppugnatio.

B ras continenti impetu fulminârunt. Mondraco vltra amnem erat, qui ex obliquo propugnatores, ad ſecundam ruinã defendendam adcedentes, tormentarijs pilis impetebat. Primi Itali, Fabiano Farneſio duce, ad eam ruinam progreſſi ſunt: quorum promtitudinem & alacritatem Hiſpani conſpicati, ne gloria victoriæ, quam exploratam & certiſſimam eſſe putabant, ipſis præriperetur, gradum accelerantes, ad ſummum ruinæ peruaſêre, audaciſſimè cum hoſtibus manus conſerentes. Non minus alacriter in prima ruina certabatur ab ijs, quibus id munus erat impoſitum. Ante pugnam effoſſus cuni-

C culus incenſus fuit, ſed euentum, qui ſperabatur, non habuit. Tanta autem animorum contentione ab oppugnantibus & propugnatoribus ibi eſt depugnatum, vt neq; acriùs neque atrociùs ab vllis fieri poſſe, omnes iudicarent: eiulatibus ſauciorum & diſſonis pugnãtium clamoribus omnia complentibus: vix ad primam ruinã pugna contracta erat, cùm eques citato maximè curſu aduenit, nuncians, ſocios per ſecundã ruinam, vi patefacto aditu, in vrbem penetrâſſe. Id à Parmenſi fingebatur, vt inuadentibus animus augeretur, & defenſoribus metus incuteretur: hunc ſequutus eſt vnus atque alter,

Atrox certamen.

Stratagema Parmenſis.

D qui idem renunciârunt: à prima ruina ad ſecundam tres pariter, ad emẽtitam ſuorum victoriam nunciandam, miſſi ſunt: ſed propugnatores, ſiue quòd aſtum hoſtium intelligerent, ſiue quòd in manibus ſuis ſalutem eſſe poſitam ſcirent, & nihil in fuga commodi apparere: non ſe ad eas voces commouêre, ſed conſtanter depugnantes, hoſtium impetum egregiè ſuſtinuêre, ita vt hi cum magna ſuorum cæde prælio excedere, & in caſtra ſe recipere coacti ſint. In ſecunda ruina

1579. magnam ſtragem ędidêre ſex tormenta nautica, quæ quod A
Tormenta nautica. propter exemtiles capſas, quæ tubo per vices adaptantur, ad implendum retrahi nó neceſſe eſt, celeriùs & expeditiùs adminiſtrantur. Eà in turriculâ, quæ vi tormentorum caſtrenſium dejici non potuerat, collocata erant, & deſtinatis ictibus mœnia inuadentes impetebant; ita, vt pilâ vnâ ſæpius bini terniue ſternerentur, aut brachijs tibiiſue mutilati, pugnæ inutiles redderentur. Maior etiam cædes edita fuiſſet,
Puluis ſulſ. incenſus. ſi ſulfureus puluis pro votis ſuppetijſſet, ſed tum apud inuadentes tum defendentes, & in vtraque ruina ignis pulue- B
ris cados corripuit, ita vt magnus numerus vſtulatorum hominum in foſſa viſeretur. Hoc autem accidit culpâ militum, qui lagunculas implentes, funiculos accenſos in bra-
Quot perierint. chijs geſtabant. Periêre ex Hiſpanis notæ fortitudinis duces vndecim, ſigniferi quinque: ex Italis tredecim duces trucidati ſunt, vndecim vulnerati: gregariorum militum numerus ſupra tria millia fuiſſe dicebatur. Ex oppidanis multi etiam periêre, tormentis maxima ex parte diſcerpti, quorum maior numerus ex foſſoribus fuit. De toto pugnæ ſucceſſu Aurantium ſtatim fecêre certiorem, ab eoque auxilium C
poſtulârunt. Is tria equitum millia ſe illis miſſurum promiſit.

Pertinacia & diligentia. Hiſpani, à mœnibus cum magna ſuorum iactura repulſi, animos nequaquam deſpondêre: quin in primo expugnandæ vrbis propoſito permanentes, aſsiduâ tormentorum diuerberatione, & omni oppugnationis genere, obſeſſos plurimùm infeſtârunt: omnes tamen ipſorum conatus, diligentiâ atque induſtriâ defenſorum, irriti redditi ſunt: quod Parmenſem, quamuis in propoſito, de non omittenda obſidione, conſtantem, non parum terrebat. Cùm verò non ſatis am- D
plum tormentorum apparatum, ad tanti ambitus vrbem, firmiſsimo præſidio munitam, diuerberandam, ſe habere cerneret, à Leodienſibus viginti tormenta petiuit: & quia magnus numerus militum in oppugnationibus amiſſus eſſet:
Leodienſes auxilia Parm. ſubmittunt. finitimarum vrbium atque arcium præſidia in caſtra accerſita ſunt. Miſêre Leodienſes non ſolùm tormenta, quæ petebantur; ſed etiam quatuor operarum millia cum multo bellico inſtrumento.

His

A His copijs auctus Parmenſis ſumma vi atque pertinaciâ 1579. adoriri obſeſſos cœpit: ſed cùm neque oppugnationibus neque cuniculis eorum animos frangere poſſet, qui omnibus ipſius conatibus obuiam ibant: ceſpititium ingens propugnaculum erexit, tantæ altitudinis, vt inde facilè interiora vrbis deſpectare poſſet, & in ſubiectas domos, cum magna earum ſtrage, tormenta adigere. Eo autem confidentiùs huic operi intentus erat, quòd Aurantius & Belgici Ordines in ſubmittendis auxilijs parum eſſent ſoliciti, & in admini-B ſtrando bello duces non admodum vigilantes, nec efficaces haberent. In magna autem multarum rerum, & maximè militarium virorum inopiâ, recreabantur oppidani, inani & falſo rumore, qui in vulgus ſpargebatur, parari ſcilicet tormenta, & centum peditum cohortes ad ſigna vocari, quæ illis tribus Germanorum equitum millibus adderentur, ad intromittendum in vrbem auxilium.

Propugnaculum.

Socordia Ordinum.

Eſt inſula quædam exigua in flumine, non procul ab vrbis mœnibus, quam Hiſpani, ſi occupari ab eis poſſet, ad vrbem infeſtandam, opportunam iudicârunt. In eam itaq; mi-C lites aliquot expoſuerunt, qui tumultuarijs aggeribus excitatis, vt aduerſus oppidanos ſe munirent, illiſque pro viribus incommodarēt: ſed antequam munitiones erigere poſſent, tanta effuſa eſt in eos ferreorum globorum procella, vt multis miſerabiliter diſcerptis cęteri diffugere coacti ſint.

Conatus Hiſp. in inſula irritus.

Erat ante portā Bruxellenſem, in exteriore labro foſſæ extans propugnaculum ingens, quod adiacētem mœnium partem protegebat, foſſâ latâ & profundâ circummunitum, & firmiſsimę ſtructurę. Illud obſidētibus adoriri viſum eſt, quòd faciliorem aditum, ſi caperetur, ad inuadēda mœnia, habituri D eſſent: ſed ab obſeſsis tam fortiter defenſum eſt, vt in triginta dierum ſpatio inuadentes, nihil in eius oppugnatione profecerint: quamuis exteriorem foſſam virgultis, & terrâ impleuiſſent: tandem obſtinatis animis depugnantes, & defeſſis recentes ſummittentes, ad ſummum propugnaculi perruaſêre, & defenſores inde expulêre.

Propugnaculū captū.

Ordines cùm obſeſſos ad multarum rerum inopiam redactos eſſe intelligerēt, commeatum, ſulfureum puluerem, pilas & aliud bellicum inſtrumentum illis ſummittere decre-

Subſidium ab Ord. ſubmiſſum.

1579. uêre:cùm omnia autem itinera ab hoſtibus inſeſſa eſſent, & A vrbs circumuallata,nauigijs aduerſo flumine ductis, auxiliũ illud intromiſêre. Hiſpani,poſitâ in ancoris medio in flumine ingenti naue, in eaque firmo militum præſidio collocato, impedire conati ſunt: ſed ob niues liquefactas & iũges pluuias exundante flumine, & rapido curſu defluente, vi aquarum ancoralibus funibus perruptis,nauis abrepta eſt,nõ ſine præſidij iactura:vnde liber acceſſus ad vrbem nauigantibus Belgis datus. Hoc ſucceſſu adaucti animis Ordines, plenum ſupplementum obſeſsis mittere, quocunque periculo, B ſtatuêre; & Lalænio Comiti colligendi exercitus cura data: ſed non eâ celeritate,quâ opus erat,res peracta eſt:& diligentia hoſtium conatus illos reddidit inutiles.

Obſeſsi, vt ſuis neceſsitatem, quâ premebantur,ſignificarent, ſingulis diebus ſub noctem aridas faſces in ſacris turribus accendebant. Diu vanâ ſpe auxilij ſuſtentati, cùm negligi à ſuis viderentur,occupante ipſorum animos metu, quòd in varijs pugnis quamplurimos è ſuis commilitonibus amiſiſſent,ad inopiam pulueris ferè redacti eſſent, & peſte alijsq; contagioſis morbis laborarent: colloqui cum hoſte cœpêre, C ſi æquis conditionibus vrbe excedere permitterentur: quòd autem humanum & lene reſponſum darent,ſegniores in excubijs & ſtationibus redditi ſunt,& remiſſus eſt militaris ardor,quo acerrimos hoſtium impetus antea retuderant.

Remiſſus ardor obſeſſ.

Cùm Hiſpani in oppugnationibus fœdè repulſi fuiſſent, tentare mœnia amplius non audebant: ſed ſenſim foſsis ductis ad mœnia adcedentes, tam prope munitiones hoſtium ſuas erexerant, vt in eorum vallum lapides iacere poſſent, qua de cauſa fiebat,vt leuia certamina inter eos frequẽter ſererentur,obſeſsi ſpe pacis,quam breui ſe adſequuturos puta- D bant,languidiores facti,quotidianam armorum exercitationem omittebant,& hoſtes ad pugnam,vti antea,non prouocabant,vnde aliquot Hiſpani & Germani milites audaciores facti,per deiecti muri ruinas adrepſêre, & ad ſummum valli peruenêre.Ibi diligenter contemplati,quid in vrbe ageretur, vident,eos, qui in excubijs & ſtatione erant, magna ex parte ſopitos, vt qui erant vigilijs & laboribus aſsiduis oppreſsi: hoc ſtatim Parmenſi renunciatum, qui iuſsit vt pluribus ſimul

Quomodo vrbs capta.

A mul locis hoſtes inuaderentur, ſine vllo, ſi fieri poſſet, tumultu. Itaque tympanis & tubis ſilentibus obſidentes, inſtructis ordinibus, in vrbem irrupêre, & cæſis qui in ſtatione erant, vrbanas munitiones tranſcenderunt, atque in interiora vrbis, nequidquam obnitentibus militibus & incolis, penetrârunt. Ibi magna cædes omnis ſexus & ætatis facta, per tres integras horas, in quoſuis obuios ſæuientibus victoribus. Poſtea milites & ciues captiui facti, ſeſe precio redimere permiſsi ſunt, periêre ex oppidanis circiter duo millia & quin- 1579. *Cædes.* *Capti.*

B genti: nec Hiſpani omnino incruentam victoriam reportârunt. Captus Moncadus Hiſpanus, qui quòd à ſuis perfidè defeciſſet, ſtatim reſte ſuſpenſus eſt: præſidij præfectus Sebaſtianus, grauiter vulneratus, ad Parmenſem adductus eſt, & apud eum in honore habitus. Victores in capta vrbe aliquot dies morati ſunt, dum collapſa mœnia inſtaurabâtur, & vrbs cadaueribus purgabatur.

Fama captæ vrbis in omnes Europæ partes diuulgata, diuerſo animorum habitu accepta fuit. Qui Hiſpanorum partes fouebant, magnam lætitiæ ſignificationem edebant, vi- *Iudicia hominum diuerſa.*

C ctorum fortitudinem atq; conſtantiam miris laudibus extollentes, quòd ſuorum commilitonum cæde nullo modo perculſi, ab incœpto deſiſtere noluerint: ſed in obſidione perſtitêre, donec vrbem planè in poteſtatem redegerint. Qui bonum publicum totius Belgij optabant, diram ſortem infelicis populi miſerabantur, qui funeſto illo ciuili bello tam duras calamitates perferebat, ac ſtrenuorũ militum fortiumq; ciuium caſum dolebant, qui pro patriæ defenſione conſtanter dimicantes, à ſocijs deſerti, & à nemine adiuti, indignam

D necem ſubijſſent: inefficaces etiam Ordinum duces, & inexpedita conſilia accuſabant, qui viros fortes, ac de Rep. bene meritos, hoſtium truculentiæ obieciſſent: Sic aliquot antè annis cum Harlemenſibus, pro patriæ defenſione grauiſsima paſsis, egiſſe: hac ratione fieri, vt viri fortes pericula ſubire pro communi cauſa detrectent, quòd ipſorum ſalus non magis, quàm imbellium, Reip. rectoribus curæ ſit: & in magnis difficultatibus animos deſpondeant, quòd milium auxilium ipſis in magnas anguſtias redactis ſperare liceat ab ijs, qui ſupinâ negligentiâ bellica negotia adminiſtrant.

A poteſtatem ſibi arrogare, & eam à duce Terranouenſi vrgeri: 1579.
Non minus mirũ videri, illum honoratiores iudicare, qui cũ Parmenſi, quàm qui cum Cęſaris Commiſſarijs de pace agere vellent. Nihilominus nullam cupere ſuper hac re cum regijs Legatis diſputationem inſtituere, ne principali negotio impedimentum adferret. Ad ſecundum reſponderunt, de inducijs faciendis, Cęſaris iudicio & voluntati ſe prorſus ſubmittere, ſibique maximè placere, vt de illis tractatio initetur: Quod tertio loco de rationibus, conſtituendæ, & firmandæ
B pacis, proponebatur, velle libenter audire, quid ſuper hac re regij Legati adferre vellent.

Illud reſponſum Commiſſarijs gratũ fuit, qui declarârũt, ſibi expeditiùs & cõducibiliùs videri, omiſsis inutilibus diſputationibus ad principale negotiũ adcedere. Quod ad mãdatũ Legatorũ Ordinũ attineret, ſe admonitionis nõ reprehẽſionis ergò dixiſſe: apertè aũt vitia, quę in eo inuenirẽt, ſe declarare, nempe, quòd nomina prouinciarũ, quæ illud dediſſe dicebantur, ſpeciatim non exprimeret: quòd nullã mentionẽ ciuitatũ faceret: quòd abſolutũ & purum nõ eſſet, ſed ſub cer-
C tis conditionibus expreſſum: quòd ſigillum nouũ eſſet, & ob id aduerſa pars nõ poſſet, nec vellet probare. Monere ergo vt aliud mandatũ magis abſolutũ & integrũ ſibi dari curarẽt, ſigillis ſingularũ prouinciarũ inſtructũ. Ad ea Legati Ordinũ reſponderunt, ſe ea, quæ contra mandatum ſuum proferebãtur, diligẽter perpenſuros, & de ijs breui rationẽ reddituros.

Quid Commiſſarij reprehendãt.

Reſp. Leg.

Paucis interiectis dieb. Commiſſarij Legatis Ordinũ declarârũt, Parmenſi, virtute atq; autoritate mãdati ſui generalis, cũ prouincijs & ciuitatibus, quæ ſe ſponte ad pacificationem cum Rege offerebãt, agere licere: nec videre huiuſmodi
D tractationẽ vllo modo Cæſareæ auctoritati derogare, & ideo ſe ipſius nomine illã impedire nõ poſſe: De inducijs cũ Terranouenſi diligẽter egiſſe, ſed ipſum cõcedere noluiſſe, adſerentẽ, res in eo ſtatu eſſe, vt inducię cõcedi nõ debeãt. Petiêre tũc à Commiſſarijs Legati, vt, ſi Terranouẽſis ſcriptum exhibuiſſet, illius exemplar ipſi haberent, quò reſponſum ad id adornari poſſet. Commiſſarij reſponderunt, Terranouenſem ſcriptum quoddã exhibuiſſe, ſed mutilũ & imperfectũ: plura ore protuliſſe, quã quæ ſcripto illo continebantur. Ob eã cauſam

Quid vlterius actũ.

1579. Vbi auditum fuit Boſleduci, captum fuiſſe Maſtrichū, qui A
Quid Boſleduci. reformatę religionis ibi erāt, pręſidiū è ſuis imponere tentârūt. At pontificij eius cōſilij certiores facti, bellica tormēta & ęquiorē vrbis locū occupârunt. Arreptis vtrinq; armis ad pugnā deuentū, in qua ex reformatis centū ſeptuaginta trucidati ſunt, ex Pontificijs triginta, vulnerati centū. Poſtea promulgatū edictum, quo poteſtas cuilibet fiebat abeundi, & cū vellet redeundi, facultatibus non aſpórtatis, ſed in vrbe relictis.

Turpi Maſtrichi iacturâ, tanquam è profundo ſomno excitati Belgij Ordines, ac populi querelis, & imminentis grauis B periculi metu, animos ad gerendum Bellum conuerterunt, tantâ curâ atq; induſtriâ, vt Hiſpani victores quicquam vlterius tentare non auſi ſint.

Legati de pac agunt. Cæterùm quoniam Coloniæ conueniſſent Principum Legati, Baptiſta Caſtagneus, Pontificis nomine, Cæſaris, Colonienſis & Treuirenſis, archiepiſcopi; atq; Herbipolenſis Epiſcopus, Hiſpaniarum Regis; Carolus Arragonius dux terræ nouæ, Ducis Iuliacenſis: Vvernhérus de Gymnach, Principum Belgarum; Areſcottanus, dux Marolius & S. Getrudis albates, & S. Bauonis præpoſitus. C

Propoſita Cæſareorū. In primis Ordinum Legati in publico cōſeſſu præfati veniam, oſtenderūt, quid in mādatis haberēt: Cęſarei Cōmiſſarij quatuor illis propoſuerūt, quæ ante omnē pacis negotiationē cōſideranda, & diſcutienda ſibi videri dicebāt: primū vt Parmēſi Duci, regio legato & Belgij Gubernatori generali, facultas tractādi, negotiandi, trāſigendi, & cōcedendi, quęcūq; neceſſaria atq; opportuna ipſi videbūtur, ſicuti ex regio mādato cōceſſa ei fuerat, integra & inuiolata ſeruaretur: Secundùm in Ordinū mandato vitia quędā inueniri: quę tamen nō explicabant: Tertiùm, ſibi conducibile videri, vt inducię fir D marentur: Quartùm, vt rationes proponerēt, quę cōſtituendę paci ac concordiæ firmandæ conducere poſſent.

Reſponſum Ord. Leg. Ad primum Ordinum Legati reſponderunt: Sicuti Auſtriacus, dum in viuis erat, Ordinibus declarauerat, ſibi penitus ademtam tractandæ pacis poteſtatem: ita Parmenſem Legato Cæſaris ſignificâſſe, literis ad eum miſsis, adſeuerantem, omnem conficiendæ, & firmandæ pacis poteſtatem in Cęſārem translatam: idcirco non parum mirari, Parmenſem eam poteſta-

A poteſtatem ſibi arrogare, & eam à duce Terranouenſi vrgeri: 1579.
Non minus mirũ videri, illum honoratiores iudicare, qui cũ Parmenſi, quàm qui cum Cęſaris Commiſſarijs de pace agere vellent. Nihilominus nullam cupere ſuper hac re cum regijs Legatis diſputationem inſtituere, ne principali negotio impedimentum adferret. Ad ſecundum reſponderunt, de inducijs faciendis, Cęſaris iudicio & voluntati ſe prorſus ſubmittere, ſibique maximè placere, vt de illis tractatio iniretur: Quod tertio loco de rationibus, conſtituendæ, & firmandæ
B pacis, proponebatur, velle libenter audire, quid ſuper hac re regij Legati adferre vellent.

Illud reſponſum Commiſſarijs gratũ fuit, qui declarârũt, ſibi expeditiùs & cõducibiliùs videri, omiſsis inutilibus diſputationibus ad principale negotiũ adcedere. Quod ad mãdatũ Legatorũ Ordinũ attineret, ſe admonitionis nõ reprehẽſionis ergò dixiſſe: apertè aũt vitia, quę in eo inuenirẽt, ſe declarare, nempe, quòd nomina prouinciarũ, quæ illud dediſſe dicebantur, ſpeciatim non exprimeret: quòd nullã mentionẽ ciuitatũ faceret: quòd abſolutũ & purum nõ eſſet, ſed ſub cer-
C tis conditionibus expreſſum: quòd ſigillum nouũ eſſet, & ob id aduerſa pars nõ poſſet, nec vellet probare. Monere ergo vt aliud mandatũ magis abſolutũ & integrũ ſibi dari curarẽt, ſigillis ſingularũ prouinciarũ inſtructũ. Ad ea Legati Ordinũ reſponderunt, ſe ea, quæ contra mandatum ſuum proferebãtur, diligẽter perpenſuros, & de ijs breui rationẽ reddituros. *Quid Commiſſarij reprebẽdãt.* *Reſp. Leg.*

Paucis interiectis dieb. Commiſſarij Legatis Ordinũ declarârũt, Parmenſi, virtute atq; autoritate mãdati ſui generalis, cũ prouincijs & ciuitatibus, quæ ſe ſponte ad pacificationem cum Rege offerebãt, agere licere: nec videre huiuſmodi
D tractationẽ vllo modo Cæſareæ auctoritati derogare, & ideo ſe ipſius nomine illã impedire nõ poſſe: De inducijs cũ Terranouenſi diligẽter egiſſe; ſed ipſum cõcedere noluiſſe, adſerentẽ, res in eo ſtatu eſſe, vt inducię cõcedi nõ debeãt. Petiêre tũc à Commiſſarijs Legati, vt, ſi Terranouẽſis ſcriptum exhibuiſſet, illius exemplar ipſi haberent, quò reſponſum ad id adornari poſſet. Commiſſarij reſponderunt, Terranouenſem ſcriptum quoddã exhibuiſſe, ſed mutilũ & imperfectũ: plura ore protuliſſe, quã quæ ſcripto illo continebantur. Ob eã cauſam *Quid vlterius actũ.*

1579. & quaſdam alias, ſe non poſſe illis Terranouenſis ſcriptum A
tradere: denuò etiam poſtulârunt, vt ipſi legati de rationibus
componendorum tumultuum diſpicerent, & huic rei tractā-
dæ initium darent. Bidui interiecto ſpatio ſcriptum de ea re
propoſuerunt, quatuordecim articulis comprehenſum, & in
hanc ferè formam conceptum: *Vt vtrinq; perpetua obliuio conſti-*
tuatur eorum omnium, quæ patrata ſunt à tempore primorum tumultuum,
& illorum cauſâ, quocunq; loco & modo, ita, vt eorum nulla amplius men-
tio, exprobratio, aut inquiſitio fiat, non magis quàm ſi nunquã accidiſſent.
Rex catholicus gratum ratumq́; habeat, quicquid factum, conſtitutum, de- B
cretum, determinatũ, definitum, collatum, promiſſum, aut quoquo modo a-
ctum eſt, per Matthiam Archiducẽ, concilium Status, Ordinesq́; generales
ac particulares, tum in bellicis negotijs tum in politicis. Promittat, nõ ſolùm
priuilegia omnia, iura, antiquas cõſuetudines cuiuſq; prouinciæ, ciuitatis &
tractus approbare: verùm etiã conſentiat ac cõcedat, vt omnes prouinciæ ge
neraliter, & quælibet earum ſingulatim frui & gaudere poßint priuilegio
Brabantiæ: videlicet vt à præſtito iuramento liberi ſint, ſi à Principe priui-
legia, immunitates & conſuetudines non obſeruentur. Et ſi contingat, ea
priuilegia, conſuetudinẽſue, aut articulos hac in pace concluſos, infringi &
violari, prouincias liberas fore à ſuo iureiurando, ita, vt ipſis liceat quẽ vo- C
luerint, Gubernatorẽ eligere. Omnes milites exteros, Hiſpanos; Gallos, An-
glos, Scotos, vtriuſq; partis è Belgij finib. exceſſuros intra ſex hebdomadas:
ita tamen, vt Parmẽſis ilicò deſerat oppida, quæ occupat & detinet ab eo tẽ-
pore, quo Namuriũ ab Auſtriaco fuit interceptũ, qualia ſunt, arx & ciuitas
Namurienſis, Carolomontiũ, Bouinæ, Philippouilla, Louaniũ, Leevva, Die-
ſtum: eaq́; Ordinibus tradat, vnà cum tormẽtis & bellico omni inſtrumento
atq; cõmeatu: peregrinorũ militũ loco; in oppidis & arcibus Belgæ collocẽ-
tur, qui Ordinũ partes ſequuti ſunt. Hi præter fidelitatis iuramentum; quod
Regi catholico, vt prouinciarũ Belgicarũ naturali Principi & legitimo do
mino, præſtabunt, peculiari iuramẽto adſtringẽtur cõmuni patriæ, Ordini- D
busq́; generalibus et particularibus prouinciarũ, cũ eas ingrediẽtur. Omnes
captiui vtrinq; ſine pretio dimittentur, niſi ante huius pacis negotiationẽ ſe
aliter obligârint: ita tamẽ, vt expenſas ſoluant: Comes Buranus, quòd à Lo-
uanio, cõtra priuilegia Academiæ & ducatus Brabantiæ, abductus ſit, ſtatim
in libertatẽ reſtituatur, & intra duorũ menſiũ ſpatium Antuerpiam reduca-
tur. Quilibet vtriuſq; partis in poſſeßionẽ bonorum, vnde deiectus eſt, reſti-
tuatur, nequicquã prohibente alienatione, quocunq; modo aut prætextu fa-
cta, à tempore pacificationis Gandauenſis: idq́; etiam intelligendũ de bonis
mobilibus,

Scriptum pacificatorium.

mobilibus,

A *mobilibus non alienatis aut diſtractis. Reſtitutio etiam fiet bonorum in* 1579.
Burgundia, Luxemburgo, Holandia, Zelandia, alijsq; locis, vbi pacificatio Gandauenſis non fuerit obſeruata, tam eccleſiaſticis hominibus, quàm Aurantio Principi, atq; omnibus alijs, ex illius pacificationis præſcripto. Omnibus indigenis vtriuſque partis impunè in Belgium redire licebit, qui horum tumultuum cauſâ abfuerint, ibiq; tutò habitare, ea lege, vt fidelitatis iuramentum præſtent, tum Regi tum patriæ Ordinibus generalibus ac particularibus: atque adeò ſe obſeruaturos promittent omnes articulos huius pacis, atque tranſactionem Gandauenſem. Item in iis Prouincijs, ciuitatibus & pa-
B *gis, vbi religio, quæ Reformata dicitur, Confeſſio Auguſtana, vel pax, quæ religionis nominata eſt, fuit recepta, permanebit in ſuo ſtatu, ita, vt neutra pars aliquid contra eam moliri aut tentare audeat. Gubernatio ac præfectura generalis penes Matthiam Archiducem manebit ſub conditionibus, quas ſe ſeruaturum iureiurando promiſit. Quod ſi fato ceſſerit, aut aliò ſe contulerit, ſuæ gubernationis pertæſus: Regi non licebit alium in ipſius locum ſubſtituere, qui gratus Ordinibus non fuerit, & qui ijs conditionibus, quibus Archidux, receptus, ſeſe adſtringere noluerit. Nulli in poſterum ad gubernationem Prouinciarum, ciuitatũ, caſtellorum, arcium, militiæ, aut ærarij præfecturas, neque ad cònſilia Status, aut alia officia, quæ ſunt alicuius momenti*
C *in Belgio, admittentur, niſi indigenæ & qui ad ea munera idonei iudicabuntur, quiq; ordinum partes ſemper ſequuti fuerint, & Prouincijs atque ciuitatibus, ad quas mittentur, accepti erunt. Illi antequam munera ea obeant, ſolenni iuramento ad hanc pacem ſeruandam, priuilegia, immunitates, conſuetudines, tum generales tum particulares, Belgicarum Prouinciarum adſtringentur, & ad referandum Ordinibus generalibus & particularibus, ſi quid in patriæ perniciem à quoquam tentari aut ſuſcipi cognouerint: ſecus facientes, periurij notam ſubituri. Rex huius belli ſumtus, quod culpâ Auſtriaci, quem toti Belgio præfecit, cœptum ſit, ſuo ære reſarciet, & Ordinibus, quod in eo propulſando impenderunt, reſtituet, ſaltem ad valorem decies centenũ*
D *millium coronatorum, eosq; liberabit ab illis obligationibus, quibus ſe militibus adſtrinxerunt, quod conditiones, quarum gratiâ contractæ ſunt; adimpletæ non fuerint. Et quia Reginæ Angliæ Ordines maximè ſunt obſtricti, propter ſynceram amicitiam & opportunum auxilium, quod illis præſtitit, in commune totius Belgij commodum, in huius pacis fœdere ad antiquorum fœderum, quæ perpetuò inter regnum Angliæ & Belgicas prouincias ſeruata ſunt, confirmationem, comprehendetur in hac pace vt & Alenconius dux, tanquam Belgicæ libertatis defenſor ac protector: cæteri etiam Ordinũ fœderati Põtifex Romanus, Cæſar, Galliæ Rex, Regina Angliæ, Alenconius*

A tionis Gandauenſis, & tractatus Bruxellenſis veſtigijs inſiſte- 1579.
rent,& quæ in ijs violata,aut non bene obſeruata fuiſſent, i- *Commiſſ.*
pſi indicarent,aliaq́; media his conformia exhiberent: ſe vel- *reſp.*
le operam dare,vt in priſtinum ſtatum reſtituerentur, regiq́;
reconciliarentur. Id ſi facerent, ſe Terranouenſem ad indu-
cias concedendas inducturos.

Reſponderunt Legati, ſe non videre articulos, quos pro- *Leg. reſp.*
poſuerant,tantam duritiem continere, quæ in iuſtam repre-
henſionem venire poſſet,nec vllum eſſe articulum, ſi rectè o-
B mnia conſiderentur, qui prioribus pacificationibus contra-
rius ſit,ſed agnoſcere quædam addita,tum propter præſentes
neceſsitates,tum amplioris declarationis gratiâ, quæ omitti
quidem potuiſſent:ſi Auſtriacus fidem Ordinibus non fefel-
liſſet,violatâ Gandauenſi trãſactione: & Baro Sellius Regius
Legatus non declarâſſet,Regi animum non fuiſſe, vt quæ in
illa pacta & tranſacta erant,ſeruarẽtur: Nihil tamen additum
ſe putare, quod regiam maieſtatem meritò poſſet offendere,
petere à Commiſſarijs. Vt eas antilogias & aſperitates, quas
accuſabant, indicarent, ſe cupere ipſis quantum fieri poſſet,
C ſatisfacere.

Commiſſarij per Cancellarium Treuirenſem declarârunt, *Commiſſ.*
difficultates & ambiguitates quàm plurimas in illis articulis *reſp.*
inueniſſe, & præcipuè in quinque, quas etiam declarârunt.
Monere,darent operam,vt eos articulos lenirent,& aſperita-
tes mitigarent: eâ enim ratione vlterius progrediendi occa-
ſionem dari.

Legati denuò articulos propoſuerũt, priori formâ aliquã-
tum mutatâ: ſed cùm ne[illegible] modo Commiſſarijs, neque re-
D gio mandatario placerent: poſt varias diſceptationes tãdem
Terranouenſis rationẽ ineundæ pacis propoſuit, viginti ſe-
ptem articulis comprehenſam,in hanc fere formam:

Principio,ne qua,ad nutriendam animorum diffidentiam,occaſio ſeu fo- *Articuli*
mes diſſenſionum quoquo modo relicta videri poßit, atque eatenus ad vni- *Pacificato-*
uerſum metum,ſcrupulosq́; omnes iam ſubortos,aut poſt naſcituros,ex ani- *rij Terrano-*
mis ſubditorum radicitus euellendos, placet Regi,vt vtrinque obliuio omni- *uenſis.*
um eorum,quæ ab exordio tumultuum accidère,ſanciatur:ita vt eorum me-
moria euaneſcat, ſepultáque intereat, ac ſi omnino non accidiſſent: ob id
Rege omnibus interdicẽte,non ſolùm procuratoribus fiſci alijsq́; officiarijs:

1579. *verumetiam quibuſuis perſonis, tam publicis quàm priuatis, cuiuſcunq; ordinis, conditionis ac qualitatis fuerint, ne deinceps rerum quarumlibet prætéritarum occaſione, vlli negotium faceſſere præſumant, ſiue in iudicio ſiue extra iudicium: néue etiam minitantes, ſeſe mutuo prouocent ad iracũdiam. Verùm pacem & concordiam ſibi ſincerè & fraternè poſthac colendam & obſeruandam eſſe, nouerint, & quidem ſub correctionis exemplaris pœna, tanquam in perturbatores quietis & boni publici, diſtringendæ. Quibus proximum eſt, quod Rex vaſallis ſubditisq; bona fide ac feriò promittat, in poſterum ſeruare ac tueri, imò ſi opus videbitur, etiam de nouo firmare omnia & ſingula iura, vſus, conſuetudines, immunitates, exemtiones & priuilegia quarumlibet prouinciarum, ciuitatum, oppidorum, communitatum, aliorumq; omnium, tum in genere tum in ſpecie, prout ius vſi fuère, ac fruebantur eo tempore, quo Rex ipſis Prouincijs olim ſolenniter inauguratus, eadem promiſit, iurauitq;. Et ſicubi forſan ea ipſa priuilegia interea temporis vllam infractionem, ſeu violationẽ paſſa, nihil promtius fuerit, quàm vbi tale quid apparuerit, eadem rurſus inſtaurare, ac priſtino vigori reſtituere. Et quamuis Rex olim, tumultuum tunc temporis exorientium occaſione, planè coactus fuerit, varium militem peregrinum, ad tuendam ſuam autoritatem, in Belgium inducere: tamen paternè reſpiciẽs ad onera ſubditorum, inde promanantia, omnino nihil alacriùs præſtiterit, quàm vt ſtatim à pace promulgata, mandet omnibus, ad vnum vſque, militibus extraneis; vtpote, Hiſpanis, Italis, Germanis, Burgundis, Gallis, Anglis, Scotis, ac cæteris omnibus peregrinis, qui propter hos tumultus vtrinque accerſiti comperientur, quatenus citra moram Prouincijs Belgicis excedant, & quod illorum loco in vrbes arcesq;, quæ ab omni memoria præſidium habuère, ſubſtituantur milites indigenæ, cæterùm iureiurando peculiari adſtringendi. Quòd verò attinet ad alios milites, nequaquam extraneos, etiam ad pleniorem ſubleuationem & requiem adflictorum ſubditorum, mandabit Rex, vniuerſos milites tam terrà quàm mari, ilicò poſt illam promulgationem, exautorari, & dimitti, vt nimirum deinceps ſibi priuatim viuant, in tranquillitate, ordinarijs tantùm præſidijs retentis. Porrò quia pace hac ſtabilitâ, per diſceſſum extraneorum, tanquam eatenus armorum occaſione quodammodo ſublatâ, omnia ſperentur, quaſi poſtliminio ad quietem reditura, vtque eo magis fructu pacis omnes gaudeant, nihil tum ex vſu publico futurum iudicatur, quàm vt plebs citra omnem cunctationem redeat ad opificia, mercaturam, & negotia pacis, quibus ſe vxores liberosq;, citra iniuriam proximi, honeſtè ſuſtentare valeat: & proinde Rex ob prædictam cauſam, & ad euitanda in poſterum incommoda, quæ plerunque otium & armorum licentiam comitari ſolent;*

A B C D

A *lent: mandabit vbiuis locorum, non minus ruri quàm in oppidis, omnes* 1579.
arma ponere, in quibus ea tempore pacis tractari non conſueuere, prout ante excitatos tumultus in more fuit. Vt luculentiùs apertiúſque orbi terrarum manifeſtetur, verè paternus Regis amor, & benignus affectus erga ſuum populum, occaſione ciuilis huius belli: & maximè ob varia vectigalia, tributa aliáſque exactiones immenſas & inſolitas adeò exhauſtum, vt vix videatur deinceps ferre poſſe: iubebit Rex, ad leuamentum eorundem ſubditorum, vniuerſas exactiones, impoſitiones, cæteraq; inuſitata vectigalia & onera, præſentium turbarum occaſione quolibet modo indicta, penitùs tolli & ceſſare: ita tamen, vt ſi qua certorum onerum continuatio adhuc fore ex vſu publico iudicabitur, ſimul atq; per Ordines Statuum eiuſcemodi quid demonſtratum fuerit: Rex haud grauatè ſe Ordinum conſilijs ac deſiderio accommodabit. Præterea reſtaurabitur libertas commerciorum, & tranſitus vbiuis locorum, per vrbes, pagos, pontes, portus, earundem Prouinciarum: non minus terrâ quàm mari, pérque fluuios, prout ante has turbas factitatum eſt: Nouis autem vectigalibus & tributis, abſque Regis autoritate, eatenus per hos motus inſtitutis & exactis, ſtatim ceſſaturis. Quoniam verò hoc potiſſimum agitur, vt firma, ac ſtabilis pax ineatur, quæ haberi nequit, niſi æqua & iuſta fuerit, & par ratio vtriuſque partis habeatur, & ob id, ne qua altercationum aut querelarum ſemina, inter eiuſdem principis ſubditos, relinquantur: Rex æquali fauore ac benignitate omnes & ſingulos ſubditos complectens, à cuiuſcunque partibus hactenus ſteterunt, deinceps proſequi, & promiſcuè omnes, vt bonos fideleſq; ſubditos, debet tractare. Vtq; articulus obliuionis generalis mutuarum iniuriarum præteritarum (in quo baſis, ac fundamentum ſolidæ pacis conſiſtit) plenum effectum ſortiatur, declarat, & vult omnes, tam Eccleſiaſticas perſonas quàm ſeculares, bona ſua mobilia & immobilia, titulos, debita, & actiones pacificè recuperare, iiſq; ſtatim vti ac frui poſſe, eo nimirum ſtatu, quo reperientur, omni dolo ac fraude remotis, non obſtante quauis alienatione, factâ in contrarium. Et hoc tum in Burgundia, Luxemburgo, Holandia, Zelandiaq;, tum etiam in alijs quibuslibet prouincijs & locis, non minus ad vtilitatem Eccleſiaſticorum, quàm Aurantij Principis, et aliorum deniq; omnium: quamuis expreſſè Burgundia & Luxemburgum ſint à ſuperiorum tranſactionum diſpoſitione exceptæ. Similiter ob cauſas rationeſq; prædictas, vt ne quiſpiam, vllo damno iniuriáue affectum ſe, iure conqueri poſſit: Rex vult, vt quilibet ſubditorũ hinc inde etiam redintegretur, in ſuis honoribus, dignitatibus, beneficijs, gubernationibus, muneribus, functionibus, & officijs, prout olim, ante exortos tumultus fuerunt: exceptis tan

A *bus, moribus, & priuilegijs cuiusq; regionis, vrbis & loci decet; ne cui facta* 1579.
*toleretur iniuria. Quod ſpectat ad religionem, quæ omnibus Principibus
debet eſſe commendatiſſima, haud poteſt Rex prætcrire, quin veſtigijs Re-
gum Catholicorum ſuorum inhærendo percupiat, mandetq; in prouincijs a-
uitæ hæreditatis retineri ac ſeruari religionem Catholicam Apoſtolicã Ro-
manam, ab omni æuo non ſolùm ibidem receptam; verumetiam ſub qua ipſa-
rum prouinciarum ſubditi olim tantoperè floruerunt, & in qua tam Regem
quàm maiores ſuos olim prouincijs inauguratos, & præſtito ſolẽni iuramen
to in Principes ſupremos ac dominos receptos fuiſſe, cõſtat. Quæ quidem re-*
B *ligio, excluſâ quauis aliâ, liberè, pacificè, & abſq; vllo impedimento, poſtea
tradetur et exercebitur: prout etiã Ordines Statuũ regi, nõ minus pòſt quàm
ante turbas præſentes, frequẽtibus literis ſe procuraturos, vt ea ſola obſerue-
tur, polliciti ſunt. Et ſicut etiã iam pridem ad Cæſarem ſcripſerunt, atq; adeò
quod abſq; graui nota (vt ne dicatur cõfuſione vniuerſi ſtatus politici) haud
poſſint in re tanti momẽti proprijs ſcriptis vlla ex parte cõtradicere. Attamẽ
ſi qui ſubditorũ vel incolarũ, occaſione diuerſitatis ſeu cõtentionis, circa re-
ligionis placita ſuſcitatæ, vel alia quapiã de cauſa, quãdoq; ijs prouincijs ex-
cedere cupiẽs, Rex permittet hoc cuilibet liberum fore, integro quadriennio
ſubſequuturo dũmodo interea tẽporis à ſcãdalis ac motib. ſtudioſè abſtineãt:*
C *quo caſu etiã liberrimè fruẽtur omnib. ſuis bonis, tã mobilib. quã immobilib.
iuribus, actionibusq; & poterũt ea ipſa, qualiacunq; fuerint, etiam aliò trãſ-
ferre, ſeu vẽdere, aut quoquo modo, alienare: prout eis videbitur. Imò et hoc
amplius, ſi modò bona ſua retinere malint, etiã poterũt abſentes ad eorũdem
bonorũ regimẽ, adminiſtrationẽ & receptionẽ in prouinciis ſibi eligere quæ
ſtores catholicos, qualeſcũq; volẽt, ac p̃terea quoties voluerint, ad prouincias
iterato redire: victuri tamẽ ritibus ac morib. priſtinis, & vt perſonas catholi-
cas decet: eritq; huiuſcemodi reditus, ac facultas adminiſtrãdi bona, per ſe cui
libet bonâ fide permiſſus, ſtatim atq; paſtorib. officiariis ac magiſtratibus lo-
corũ, ad quæ redire cupiẽt, talis intẽtio & voluntas inſinuata fuerit. Ex qua*
D *quidẽ regali indulgẽtia nulli non perquã manifeſtũ redditur, quòd Rex nihil
minus, q̃ bonorũ cõfiſcationes & perniciẽ ac deſolationẽ ſuorũ ſubditorũ ap
petat, multo minus, q vi ſuperiorũ placitorum ipſos perſtringere cõſtituerit:
cũ etiã paratiſſimus ſit, ea ipſa placita ex cõſilio Ordinũ Status cõpetẽter tẽ-
perare ac moderari. Quod ſpectat ad autoritatem & obedientiã, Regi à ſuis
ſubditis omni iure diuino et humano, vt principi naturali, legitimo & ſupre
mo, debitã, illa cũprimis reſtituetur & ſeruabitur, qualis meritò eſſe debet,
qualiſque olim ſeruata eſt: vt rectè nimirum adminiſtretur iuſtitia, ſubditi
regantur in omni ratione, æquitate, quiete & obedientia; idq; ad eam for-*

1579. niam modumq́;,quo factum eſt omni memoria,tam defuncti Caroli V.Impe- A
ratoris,quàm ipſius Regis,vſq; ad harum turbarum initium, ſine cuius au-
toritatis inſtauratione,& ſubditorum obedientia, nequaquam poßibile eſt,
populum in vnione,concordia, quiete ac tranquillitate continere ac ſerua-
re.Ad generalem Belgicarum prouinciarum adminiſtrationem, Rex agna-
tum eliget,qui rerum experientia polleat,dotesq́; habeat,ad eius generis ar-
duū munus cumprimis neceſſarias, & de quo ſubditi iuſtam cauſam ſatisfa-
ctionis ſint habituri. Gubernabunt aūt cum omni iuſtitia & æquitate, præ-
ſertim verò ſecūdum vſus,iura,conſuetudines, & priuilegia earum Prouin-
ciarū,etiam cōprehenſo huius reconciliationis edicto, quod pariter tenebun- B
tur promittere ac iurare. Ad cuius Gubernatoris generale munus, citra vlte-
riorē hæſitationem,plenè & integrè tradentur omnes,& ſingulæ ciuitates,
vrbes,arces,munitiones,& alia loca,quæ ab alterutra parte, quocūq; titulo
aut prætextu,nunc tenentur: vnà cum regio patrimonio,tormētisq́; bellicis,
cōmeatibus,armis & nauibus: vt nimirū de ijs diſponat, ſicuti ſuis cōmodis
& dignitati,ac Prouinciarum ſecuritati magis expedire iudicabit: prout fie-
ri debet,factumq́; fuit,ante præſentes motus: permittente nihilominus Rege,
& quidem planè in huius reconciliationis gratiam,vt quòd hactenus ex eius
patrimonio ſeu populi ſubſidijs deſumtum,& collectum fuit,id ita collectum
& receptum maneat,abſq; vlteriore perſequutione,cuipiam mortalium ca- C
tenus inferendâ: ita tamen,vt in poſterum ab eiuſmodi detentionibus, occu-
pationibus & collectis deſiſtatur. Circa tranſactionem Gandauenſem & in-
ſequutam vnionem generalem Statuum,ipſumq́; edictum perpetuum,omnes
& ſinguli articuli ad amuſſim ſeruabuntur, qui huic præſenti tractatui ne-
quaquam repugnare comperientur. Hoc tamen conſtituto, quòd ilicò per
Ordines Statuum renunciabitur alijs omnibus fœderibus, pactis, mutuisq́;
ſponſionibus, contractis occaſione tumultuum, tam intra quàm extra pro-
uincias. Comprehendentur hoc tractatu, Regina Angliæ, & Dux Alenconi-
us. Et quia Rex omnibus modis optat, hunc ipſum tractatum perpetuo fir-
mum & ſtabilem eſſe,haud dubiè fuerit ipſi acceptiſsimum, quòd Romanus D
Pontifex, tanquam caput vniuerſalis Eccleſiæ, & Cæſarea maieſtas, tan-
quam mediator, vnà cum Principibus & delegatis, ad præſentis pacifica-
tionis negotium,ſeriò requirantur; quò interueniant,tāquam ſponſores par-
tium hinc inde,eo potiſsimum fine, quòd omnia & ſingula, in hoc tractatu
comprehenſa,ſincerè, bonâ fide, & abſque repugnantia, ad amuſſim,poſt-
hac complebuntur, & reipſa præſtabuntur. Poſtremo ne ad ſummæ firmi-
tatis,ac dictorum omnium ſolidum ſtabilimētum, quicquā defuiſſe videatur,
haud grauabitur Rex,omnia & ſingula ſupradicta, non ſolùm regio verbo
con-

A *confirmare, ſed etiam ſolenni iuramento. Cuius rei literæ ipſius patentes,* 1579.
*tam nomine ſubſcripto quàm ſigillo appoſito munitæ; nec non in formam e-
dicti perpetui, inſuper in vtroque idiomate, quo populus Belgicus vtitur,
Gallico & Flandrico, expeditæ: haud dubiè fidem facturæ erunt, quæ iuxta
Regis mandatum, ad eum modum confirmatæ, publicabuntur, & in actis pu
blicis conciliorum, tam generalium quàm prouincialium, vt moris ſemper
fuit, deſcribendæ, poſteris in legis perpetuæ monumẽtum ſeruient. Tantum-
dem promittere & iurare tenebuntur Ordines Statuum, aut coniunctim ſi-
mul, aut ſenſim ſinguli, in ſuis prouincijs pariter, & ipſi magiſtratus oppi-*
B *dorum & communitatum totius Belgij: nimirum, quòd ſarta tectaq;, ac
prorſus inuiolata, ſeruabuntur omnia & ſingula ſupra dicta, etiam cum ite-
rato ſolenni iuramento fidelitatis & obedientiæ, Regi debitæ.*

Exhibitis à Terranouenſi Regis nomine articulis, Legati *Reſp. Legat.*
Ordinum reſponderunt: ſe vehementer mirari, poſt tam prę-
claram ſpem de pace datam, tamq; longam dilationẽ, & exa-
ctam deliberationem, quæ ſpem, ex amplis promiſsis conce-
ptam, nõ parum auxerit, pacificationis articulos adeò diuer-
ſos, & diſcrepantes ab Ordinum æqua & neceſſariâ petitio-
ne, inueniſſe: magnoperè timerè, ſi illi articuli eo modo, quo
C erant concepti, ad Ordines tranſmitterentur: futurum, vt ma
gis per eos ad deſperationẽ, quàm ad ſpem pacis adduci poſ-
ſent. Plurima enim, quę pacificatione Gandauẽſi, multa etiã,
quæ edicto Bruxellenſi cõtinebantur, articulis illis aboleri,
atq; irrita fieri: longè etiã minora eſſe, minusq; ad pacẽ ineun
dã idonea, quæ articuli illi cõtinebant, quã erant illa, quæ o-
lim Bredę à regijs Cõmiſſarijs, Aurantio, Holandię atq; Zelã-
dię Ordinibus, lõgo iam bello fatigatis, offerebantur, quę ab
ijs tamen, cũ totius belli molẽ ſoli ſuſtinerent, tanquã nimis
dura, & parum ęqua repudiata fuiſſent: officiosè itaq; rogare
D Cõmiſſarios, vt ſuâ auctoritate Terranouenſem induceret, ad
duritiem ſuorum articulorũ emolliendã, & vt propius peti-
tioni, quam faciebant, ſe accommodare non grauaretur: niſi
id fieret, ſe omnem pacis ſpem abijcere: ſe breuem declaratio
nem difficultatum, quæ in illis articulis reperiebantur, exhi-
bere velle: ſed ea lege & conditionẽ, vt ab ipſis tanquam pa-
cis ſtudioſis profecta reciperetur, non quæ ab Ordinibus mã
data & propoſita eſſet. Exhibuerunt poſtea ſcriptum, quo
declarârunt, ſuos articulos planè conſentire cũ pacificatione

1579. Gandauenſi: vnde facile erat videre, nullum ab illis adferri A ad pacem conciliandam impedimentum.

Commiſſ. reſp. Commiſſarij Legatis Ordinum ſignificârunt, ſe nullum laborẽ, nec operam prętermiſiſſe, quo moderatiora quædã impetrarent: ſed nihil efficere potuiſſe. Monere ergo, vt articulos exhibitos ad Ordines tranſmitterent, ſi æquum aliquod reſponſum dederint, ſe ad omnem æquitatem & moderationem paratos eſſe. Vitia mandati iterũ expoſuerunt, inſuper ſignificârunt, cum difficile & moleſtum ſit ſibi, inter arma de pace agere, ſe cum Terranouenſi de inducijs concedendis lo B quutos, qui declarauit, ſibi admodum placere, de ea re tractare, modò ſpes aliqua affulgeret, pacem conciliari poſſe. Et cũ articulos ab illo exhibitos non modò tolerabiles, ſed etiam æquiſsimos eſſe iudicarent: darent operam Legati, vt poſtulata ſua ita attemperarent, quò ſpem de pace cõcilianda Terranouenſis concipere poſſet: hac enim ratione facilius inducias ab illo impetraturos.

Reſp. Leg. Legati actis Commiſſariis gratijs pro ſtudio & diligentia, quam in procurãdis inducijs adhibebant, declarârunt, ſe nõ videre vllam ſpem conciliandæ pacis: poſtquã Terranouẽſis C articulis, à ſe exhibitis, nullã moderationem adhibere vellet: nihilominꝰ ſe illos articulos quamprimũ ad Ordines trãſmiſſuros eorũq; iudiciũ & reſpõſum exqrere, & expectare velle.

Terran. reſp. Terranouenſis audito Legatorum acerbo reſponſo ſuper articulis, à ſe exhibitis, ad omnium gentium iudicium adpellans, proteſtatus eſt, Regem velut patriæ parentem ſuis ſubditis quamplurima indulſiſſe, & de ſuo iure, vt concordia firma iniretur, in multis deceſsiſſe: nihilominus ſi Ordines mitiora quædam, & tolerabiliora proponerent: ſe non recuſaturum ad amicum quoddam colloquium deſcendere. D

Commiſſ. ad Leg. Cum vtriuſq; peruicaces in ſua ſententia manerent, Commiſſarij Legatis, ad ſe vocatis, dixêre: quoniam articuli, ab vtraq; parte exhibiti, multum inter ſe diſcrepantes eſſent, atq; in ijs plurimarũ tranſactionũ mentio fieret: longiore tẽpore ad eos perpendendos & diſquirendos opus habuiſſe: cauſam etiã ex ſe grauẽ, quę exquiſita deliberatione indigeret, idcirco nõ eos debere morã illã, quę interceſsiſſet, ægrè ferre. Nũc verò circa negotia politica exhibere ſe articulos, quos ęquiſſimos

Aſimos eſſe cenſerēt. Monere ergo atq; rogare, ne recipere gra- 1579.
uarentur, ſimul etiā Ordines, vt idē facerēt, hortari. Exhibere
quoq; alios articulos de religione, cū hac additione, ſe nihil
amplius, quā q, in illis expreſſum ſit, à regio Legato obtinere
potuiſſe. At ſi vel ab illo vel à Rege qd vlterius impetrare poſ-
ſent: id prōtiſsimis animis accepturos & cōprobaturos eſſe.

Legati Commiſſarijs pro labore & diligētia, quàm in hoc *Leg. reſp.*
negotio ſumſiſſent, gratias egêre: deinde declarârunt, ſe velle
illos articulos perſpicere, & diligenter conſiderare, & ſi quid
B ex tempore ad eos reſpondere poſſent, id ſe facturos eſſe: ſin
minus, ad Ordines tranſmiſſuros.

Articuli itaq; à Commiſſarijs exhibiti, ſunt, quantum ad
politica, vnus & viginti, ad religionem, duo: ſed quia parum
ab ijs, quos Terranouenſis exhibuerat, diſcreparent: ſimiliter
à legatis repudiati ſunt, qui etiam Commiſſarijs ſui facti ra-
tionem reddiderunt, quòd ij articuli cum Terranouenſis pa-
cificationis formula conſentientes eſſent, eam confirma-
rent & approbarent: ſi admitterentur, maiores quàm anteà
turbas excitaturos eſſe. Cōtrarium enim, quàm Ordines vn-
C quam cogitaſſent, & Terranouenſis ipſe quibuſdā ex Legatis
promiſiſſet, & Cōmiſſarij publicè & priuatim, tum Cæſareo
tum proprio nomine, aliquoties declarâſſent: ſe velle pacifi-
cationes priores ſequi: ijs tamē, quos exhibebant, articulis in
multis infirmarētur, in pleriſq; etia abolerētur. Deinde cun-
cta, quæ Ordines, ad optimā formam Reip. cōſtituendam, ad
communem tranquillitatem & ſecuritatem confirmandam,
circa comitia, honores, dignitates & officia, item circa tribu-
ta, vectigalia, bona, munitiones & iuramenta inſtituerunt,
& ordinârunt: ea omnia, tanquam iniqua & inutilia reijce-
D rentur. Nequaquam ad pacem vel conciliandam vel retinē-
dam & confirmandam putandum, vt qui rerum guberna-
cula teneant, amoueantur, & homines alij Ordinibus non
grati, vel qui iam antè exoſi, & graues ſubditis Regis fuê-
re, in ipſorum locum ſufficiantur. Deinde cætera illa publi-
ca tractari debere, tanquam ad Ordines non pertinerent,
atque ſolius Regis arbitrio tum ipſius conſilio relinqueren-
tur, ſiquidem rerum Belgicarum Status id non patiatur:
quandiu principes & domini naturales Belgarum, vel

1579. & quaſdam alias, ſe non poſſe illis Terranouenſis ſcriptum A
tradere: denuò etiam poſtulârunt, vt ipſi legati de rationibus componendorum tumultuum diſpicerent, & huic rei tractādæ initium darent. Bidui interiecto ſpatio ſcriptum de ea re propoſuerunt, quatuordecim articulis comprehenſum, & in hanc ferè formam conceptum:

Scriptum pacificatorium.

Vt vtrinq; perpetua obliuio conſtituatur eorum omnium, quæ patrata ſunt à tempore primorum tumultuum, & illorum cauſâ, quocunq; loco & modo, ita, vt eorum nulla amplius mentio, exprobratio, aut inquiſitio fiat, non magis quàm ſi nunquā accidiſſent. Rex catholicus gratum ratumq́; habeat, quicquid factum, conſtitutum, de- B
cretum, determinatū, definitum, collatum, promiſſum, aut quoquo modo actum eſt, per Matthiam Archiducē, concilium Status, Ordinesq́; generales ac particulares, tum in bellicis negotijs tum in politicis. Promittat, nō ſolùm priuilegia omnia, iura, antiquas cōſuetudines cuiuſq; prouinciæ, ciuitatis & tractus approbare: verùm etiā conſentiat ac cōcedat, vt omnes prouinciæ generaliter, & quælibet earum ſingulatim frui & gaudere poßint priuilegio Brabantiæ: videlicet vt à præſtito iuramento liberi ſint, ſi à Principe priuilegia, immunitates & conſuetudines non obſeruentur. Et ſi contingat, ea priuilegia, conſuetudineſue, aut articulos hac in pace concluſos, infringi & violari, prouincias liberas fore à ſuo iureiurando, ita, vt ipſis liceat quē vo- C
luerint, Gubernatorē eligere. Omnes milites exteros, Hiſpanos, Gallos, Anglos, Scotos, vtriuſq; partis è Belgij finib. exceſſuros intra ſex hebdomadas: ita tamen, vt Parmēſis ilicò deſerat oppida, quæ occupat & detinet ab eo tēpore, quo Namuriū ab Auſtriaco fuit interceptū, qualia ſunt, arx & ciuitas Namurienſis, Carolomontiū, Bouinæ, Philippouilla, Louaniū, Leevva, Dieſtum: eaq́; Ordinibus tradat, vnà cum tormētis & bellico omni inſtrumento atq; cōmeatu: peregrinorū militū loco; in oppidis & arcibus Belgæ collocētur, qui Ordinū partes ſequuti ſunt. Hi præter fidelitatis iuramentum, quod Regi catholico, vt prouinciarū Belgicarū naturali Principi & legitimo domino, præſtabunt, peculiari iuramēto adſtringētur cōmuni patriæ, Ordini- D
busq́; generalibus et particularibus prouinciarū, cū eas ingrediētur. Omnes captiui vtrinq; ſine pretio dimittentur, niſi ante huius pacis negotiationē ſe aliter obligârint: ita tamē, vt expenſas ſoluant: Comes Buranus, quòd à Louanio, cōtra priuilegia Academiæ & ducatus Brabantiæ, abductus ſit, ſtatim in libertatē reſtituatur, & intra duorū menſiū ſpatium Antuerpiam reducatur. Quilibet vtriuſq; partis in poſſeßionē bonorum, vnde deiectus eſt, reſtituatur, nequicquā prohibente alienatione, quocunq; modo aut prætextu facta, à tempore pacificationis Gandauenſis: idq́; etiam intelligendū de bonis

mobilibus,

A *mobilibus non alienatis aut diſtractis. Reſtitutio etiam fiet bonorum in* 1579.
Burgundia, Luxemburgo, Holandia, Zelandia, alijsq́; locis, vbi pacificatio Gandauenſis non fuerit obſeruata, tam eccleſiaſticis hominibus, quàm Aurantio Principi, atq; omnibus alijs, ex illius pacificationis præſcripto. Omnibus indigenis vtriuſque partis impunè in Belgium redire licebit, qui horum tumultuum cauſâ abſuerint, ibiq́; tutò habitare, ea lege, vt fidelitatis iuramentum præſtent, tum Regi tum patriæ Ordinibus generalibus ac particularibus: atque adeò ſe obſeruaturos promittent omnes articulos huius pacis, atque tranſactionem Gandauenſem. Item in iis Prouincijs, ciuitatibus & pa-
B *gis, vbi religio, quæ Reformata dicitur, Confeſſio Auguſtana, vel pax, quæ religionis nominata eſt, fuit recepta, permanebit in ſuo ſtatu, ita, vt neutra pars aliquid contra eam moliri aut tentare audeat. Gubernatio ac præfectura generalis penes Matthiam Archiducem manebit ſub conditionibus, quas ſe ſeruaturum iureiurando promiſit. Quod ſi fato ceſſerit, aut aliò ſe contulerit, ſuæ gubernationis pertæſus: Regi non licebit alium in ipſius locum ſubſtituere, qui gratus Ordinibus non fuerit, & qui ijs conditionibus, quibus Archidux, receptus, ſeſe adſtringere noluerit. Nulli in poſtrum ad gubernationem Prouinciarum, ciuitatũ, caſtellorum, arcium, militiæ, aut ærarij præfecturas, neque ad conſilia Status, aut alia officia, quæ ſunt alicuius momenti*
C *in Belgio, admittentur, niſi indigenæ & qui ad ea munera idonei iudicabuntur, quiq́; ordinum partes ſemper ſequuti fuerint, & Prouincijs atque ciuitatibus, ad quas mittentur, accepti erunt. Illi antequam munera ea obeant, ſolenni iuramento ad hanc pacem ſeruandam, priuilegia, immunitates, conſuetudines, tum generales tum particulares, Belgicarum Prouinciarum adſtringentur, & ad referandum Ordinibus generalibus & particularibus, ſi quid in patriæ perniciem à quoquam tentari aut ſuſcipi cognouerint: ſecus facientes; periurij notam ſubituri. Rex huius belli ſumtus, quod culpâ Auſtriaci, quem toti Belgio præfecit, cœptum ſit, ſuo ære reſarciet, & Ordinibus, quod in eo propulſando impenderunt, reſtituet, ſaltem ad valorem decies centenũ*
D *millium coronatorum, eosq́; liberabit ab illis obligationibus, quibus ſe militibus adſtrinxerunt, quod conditiones, quarum gratiâ contractæ ſunt; adimpletæ non fuerint. Et quia Reginæ Angliæ Ordines maximè ſunt obſtricti, propter ſynceram amicitiam & opportunum auxilium, quod illis præſtitit, in commune totius Belgij commodum, in huius pacis fœdere ad antiquorum fœderum, quæ perpetuò inter regnum Angliæ & Belgicas prouincias ſeruata ſunt, confirmationem, comprehendetur in hac pace vt & Alenconius dux, tanquam Belgicæ libertatis defenſor ac protector: cæteri etiam Ordinũ fœderati Põtifex Romanus, Cæſar, Galliæ Rex, Regina Angliæ, Alenconius*

A tionis Gandauenſis, & tractatus Bruxellenſis veſtigijs inſiſte- 1579.
rent, & quæ in ijs violata, aut non bene obſeruata fuiſſent, i- *Commiſſ.*
pſi indicarent, aliaq; media his conformia exhiberent: ſe vel- *reſp.*
le operam dare, vt in priſtinum ſtatum reſtituerentur, regiq;
reconciliarentur. Id ſi facerent, ſe Terranouenſem ad indu-
cias concedendas induċturos.

Reſponderunt Legati, ſe non videre articulos, quos pro- *Leg. reſp.*
poſuerant, tantam duritiem continere, quæ in iuſtam repre-
henſionem venire poſſet, nec vllum eſſe articulum, ſi rectè o-
B mnia conſiderentur, qui prioribus pacificationibus contra-
rius ſit, ſed agnoſcere quædam addita, tum propter præſentes
neceſsitates, tum amplioris declarationis gratiâ, quæ omitti
quidem potuiſſent: ſi Auſtriacus fidem Ordinibus non fefel-
liſſet, violatâ Gandauenſi trāſactione: & Baro Sellius Regius
Legatus non declarâſſet, Regi animum non fuiſſe, vt quæ in
illa pacta & tranſacta erant, ſeruarētur: Nihil tamen additum
ſe putare, quod regiam maieſtatem meritò poſſet offendere,
petere à Commiſſarijs. Vt eas antilogias & aſperitates, quas
accuſabant, indicarent, ſe cupere ipſis quantum fieri poſſet,
C ſatisfacere.

Commiſſarij per Cancellarium Treuirenſem declarârunt, *Commiſſ.*
difficultates & ambiguitates quàm plurimas in illis articulis *reſp.*
inueniſſe, & præcipuè in quinque, quas etiam declarârunt.
Monere, darent operam, vt eos articulos lenirent, & aſperita-
tes mitigarent: eâ enim ratione vlterius progrediendi occa-
ſionem dari.

Legati denuò articulos propoſuerūt, priori formâ aliquā-
tum mutatâ: ſed cùm ne hoc modo Commiſſarijs, neque re-
D gio mandatario placerent: poſt varias diſceptationes tādem
Terranouenſis rationē ineundæ pacis propoſuit, viginti ſe-
ptem articulis comprehenſam, in hanc fere formam:

Principio, ne qua, ad nutriendam animorum diffidentiam, occaſio ſeu fo- *Articuli*
mes diſſenſionum quoquo modo relicta videri poſſit, atque eatenus ad vni- *Pacificato-*
uerſum metum, ſcrupuloſq; omnes iam ſubortos, aut poſt naſcituros, ex ani- *rij Terrano*
mis ſubditorum radicitus euellendos, placet Regi, vt vtrinque obliuio omni- *uenſis.*
um eorum, quæ ab exordio tumultuum accidere, ſanciatur: ita vt eorum me-
moria euaneſcat, ſepultáque intereat, ac ſi omnino non accidiſſent: ob id
Rege omnibus interdicēte, non ſolùm procuratoribus fiſci alijſq; officiarijs:

1579. *verumetiam quibuſuis perſonis, tam publicis quàm priuatis, cuiuſcunq; ordinis, conditionis ac qualitatis fuerint, ne deinceps rerum quarumlibet præteritarum occaſione, vlli negotium faceſſere præſumant, ſiue in iudicio ſiue extra iudicium: néue etiam minitantes, ſeſe mutuo prouocent ad iracūdiam. Verùm pacem & concordiam ſibi ſincerè & fraternè poſthac colendam & obſeruandam eſſe, nouerint, & quidem ſub correctionis exemplaris pœna, tanquam in perturbatores quietis & boni publici, diſtringendæ. Quibus proximum eſt, quod Rex vaſallis ſubditisq; bona fide ac ſeriò promittat, in poſterum ſeruare ac tueri, imò ſi opus videbitur, etiam de nouo firmare omnia & ſingula iura, vſus, conſuetudines, immunitates, exemtiones & priuilegia quarumlibet prouinciarum, ciuitatum, oppidorum, communitatum, aliorumq; omnium, tum in genere tum in ſpecie, prout iis vſi fuère, ac fruebantur eo tempore, quo Rex ipſis Prouincijs olim ſolenniter inauguratus, eadem promiſit, iurauitq;. Et ſicubi forſan ea ipſa priuilegia interea temporis vllam infractionem, ſeu violationē paſſa, nihil promtius fuerit, quàm vbi tale quid apparuerit, eadem rurſus inſtaurare, ac priſtino vigori reſtituere. Et quamuis Rex olim, tumultuum tunc temporis exorientium occaſione, planè coactus fuerit, varium militem peregrinum, ad tuendam ſuam autoritatem, in Belgium inducere: tamen paternè reſpiciēs ad onera ſubditorum, inde promanantia, omnino nihil alacriùs præſtiterit, quàm vt ſtatim à pace promulgata, mandet omnibus, ad vnum vſque, militibus extraneis; vtpote, Hiſpanis, Italis, Germanis, Burgundis, Gallis, Anglis, Scotis, ac cæteris omnibus peregrinis, qui propter hos tumultus vtrinque accerſiti comperientur, quatenus citra moram Prouincijs Belgicis excedant, & quod illorum loco in vrbes arceſq;, quæ ab omni memoria præſidium habuère, ſubſtituantur milites indigenæ, cæterùm iureiurando peculiari adſtringendi. Quòd verò attinet ad alios milites, nequaquam extraneos, etiam ad pleniorem ſubleuationem & requiem adflictorum ſubditorum, mandabit Rex, vniuerſos milites tam terra quàm mari, ilicò poſt illam promulgationem, exautorari, & dimitti, vt nimirum deinceps ſibi priuatim viuant, in tranquillitate, ordinarijs tantùm præſidijs retentis. Porrò quia pace hac ſtabilitâ, per diſceſſum extraneorum, tanquam eatenus armorum occaſione quodammodo ſublatâ, omnia ſperentur, quaſi poſtliminio ad quietem reditura, vtque eo magis fructu pacis omnes gaudeant, nihil tum ex vſu publico futurum iudicatur, quàm vt plebs citra omnem cunctationem redeat ad opificia, mercaturam, & negotia pacis, quibus ſe vxores liberosq;, citra iniuriam proximi, honeſtè ſuſtentare valeat: & proinde Rex ob prædictam cauſam, & ad euitanda in poſterum incommoda, quæ plerunque otium & armorum licentiam comitari ſolent;*

A lent: mandabit vbiuis locorum, non minus ruri quàm in oppidis, omnes 1579.
arma ponere, in quibus ea tempore pacis tractari non conſueuêre, prout an-
te excitatos tumultus in more fuit. Vt luculentiùs apertiúsque orbi terrarum
manifeſtetur, verè paternus Regis amor, & benignus affectus erga ſu-
um populum, occaſione ciuilis huius belli: & maximè ob varia vectiga-
lia, tributa aliáſque exactiones immenſas & inſolitas adeò exhauſtum, vt
vix videatur deinceps ferre poſſe: iubebit Rex, ad leuamentum eorundem
ſubditorum, vniuerſas exactiones, impoſitiones, cæteraq; inuſitata vectiga-
lia & onera, præſentium turbarum occaſione quolibet modo indicta, peni-
B tùs tolli & ceſſare: ita tamen, vt ſi qua certorum onerum continuatio adhuc
fore ex vſu publico indicabitur, ſimul atq; per Ordines Statuum eiuſcemodi
quid demonſtratum fuerit: Rex haud grauatè ſe Ordinum conſilijs ac deſide
rio accommodabit. Præterea reſtaurabitur libertas commerciorum, &
tranſitus vbiuis locorum, per vrbes, pagos, pontes, portus, earundem Pro-
uinciarum: non minus terrâ quàm mari, pérque fluuios, prout ante has
turbas factitatum eſt: Nouis autem vectigalibus & tributis, abſque Re-
gis autoritate, eatenus per hos motus inſtitutis & exactis, ſtatim ceſſatu-
ris. Quoniam verò hoc potiſſimum agitur, vt firma, ac ſtabilis pax inca-
tur, quæ haberi nequit, niſi æqua & iuſta fuerit, & par ratio vtriuſque
C partis habeatur, & ob id, ne qua altercationum aut querelarum ſemina,
inter eiuſdem principis ſubditos, relinquantur: Rex æquali fauore ac be-
nignitate omnes & ſingulos ſubditos complectens, à cuiuſcunque partibus
hactenus ſteterunt, deinceps proſequi, & promiſcuè omnes, vt bonos fide-
lesq; ſubditos, debet tractare. Vtq; articulus obliuionis generalis mutuarum
iniuriarum præteritarum (in quo baſis, ac fundamentum ſolidæ pacis con-
ſiſtit) plenum effectum ſortiatur, declarat, & vult omnes, tam Eccleſia-
ſticas perſonas quàm ſeculares, bona ſua mobilia & immobilia, titulos, de-
bita, & actiones pacificè recuperare, ijsq; ſtatim vti ac frui poſſe, eo nimi-
rum ſtatu, quo reperientur, omni dolo ac fraude remotis, non obſtante qua-
D uis alienatione, factâ in contrarium. Et hoc tum in Burgundia, Luxembur-
go, Holandia, Zelandiaq;, tum etiam in alijs quibuslibet prouincijs & locis,
non minus ad vtilitatem Eccleſiaſticorum, quàm Aurantij Principis, et alio-
rum deniq; omnium: quamuis expreſſè Burgundia & Luxemburgum ſint
à ſuperiorum tranſactionum diſpoſitione exceptæ. Similiter ob cauſas ratio-
nesq; prædictas, vt ne quiſpiam, vllo damno iniuriáue affectum ſe, iure con-
queri poſſit: Rex vult, vt quilibet ſubditorũ hinc inde etiam redintegretur,
in ſuis honoribus, dignitatibus, beneficijs, gubernationibus, muneribus, fun-
ctionibus, & officijs, prout olim, ante exortos tumultus, fuerunt: exceptis tan

A bus, moribus, & priuilegijs cuiusq; regionis, vrbis & loci decet; ne cui facta 1579. toleretur iniuria. Quod ſpectat ad religionem, quæ omnibus Principibus debet eſſe commendatiſſima, haud poteſt Rex præterire, quin veſtigijs Regum Catholicorum ſuorum inhærendo percupiat, mandetq; in prouincijs auitæ hæreditatis retineri ac ſeruari religionem Catholicam Apoſtolicã Romanam, ab omni æuo non ſolùm ibidem receptam; verumetiam ſub qua ipſarum prouinciarum ſubditi olim tantoperè floruerunt, & in qua tam Regem quàm maiores ſuos olim prouincijs inauguratos, & præſtito ſolẽni iuramento in Principes ſupremos ac dominos receptos fuiſſe, cõſtat. Quæ quidem religio, excluſâ quauis aliâ, liberè, pacificè, & abſq; vllo impedimento, poſtea B tradetur et exercebitur: prout etiã Ordines Statuũ regi, nõ minus pòſt quàm ante turbas præſentes, frequẽtibus literis ſe procuraturos, vt ea ſola obſeruetur, polliciti ſunt. Et ſicut etiã iam pridem ad Cæſarem ſcripſerunt, atq; adeò quod abſq; graui nota (vt ne dicatur cõfuſione vniuerſi ſtatus politici) haud poſſint in re tanti momẽti proprijs ſcriptis vlla ex parte cõtradicere. Attamẽ ſi qui ſubditorũ vel incolarũ, occaſione diuerſitatis ſeu cõtentionis, circa religionis placita ſuſcitatæ, vel alia quapiã de cauſa, quãdoq; ijs prouincijs excedere cupiẽs, Rex permittet hoc cuilibet liberum fore, integro quadriennio ſubſequuturo dũmodo interea tẽporis à ſcãdalis ac motib. ſtudioſè abſtineãt: C quo caſu etiã liberrimè fruẽtur omnib. ſuis bonis, tã mobilib. quã immobilib. iuribus, actionibusq; & poterũt ea ipſa, qualiacunq; fuerint, etiam aliò trãſferre, ſeu vẽdere, aut quoquo modo, alienare: prout eis videbitur. Imò et hoc amplius, ſi modò bona ſua retinere malint, etiã poterũt abſentes ad eorũdem bonorũ regimẽ, adminiſtrationẽ & receptionẽ in prouinciis ſibi eligere quæſtores catholicos, qualeſcũq; volẽt, ac p̃terea quoties voluerint, ad prouincias iterato redire: victuri tamẽ ritibus ac morib. priſtinis, & vt perſonas catholicas decet: eritq; huiuſcemodi reditus, ac facultas adminiſtrãdi bona, per ſe cuilibet bonâ fide permiſſus, ſtatim atq; paſtorib. officiariis ac magiſtratibus locorũ, ad quæ redire cupiẽt, talis intẽtio & voluntas inſinuata fuerit. Ex qua D quidẽ regali indulgẽtia nulli non perquã manifeſtũ redditur, quòd Rex nihil minus, q̃ bonorũ cõfiſcationes & perniciẽ ac deſolationẽ ſuorũ ſubditorũ appetat, multo minus, q. vi ſuperiorũ placitorum ipſos perſtringere cõſtituerit: cũ etiã paratiſſimus ſit, ea ipſa placita ex cõſilio Ordinũ Status cõpetẽter tẽperare ac moderari. Quod ſpectat ad autoritatẽ & obedientiã, Regi à ſuis ſubditis omni iure diuino, et humano, vt principi naturali, legitimo & ſupremo, debitã, illa cũprimis reſtituetur & ſeruabitur, qualis meritò eſſe debet, qualiſque olim ſeruata eſt: vt rectè nimirum adminiſtretur iuſtitia, ſubditi regantur in omni ratione, æquitate, quiete & obedientia; idq; ad eam for-

A *confirmare, ſed etiam ſolenni iuramento. Cuius rei literæ ipſius patentes,* 1579.
tam nòmine ſubſcripto quàm ſigillo appoſito munitæ; nec non in formam edicti perpetui, inſuper in vtroque idiomate, quo populus Belgicus vtitur, Gallico & Flandrico, expeditæ: haud dubiè fidem facturæ erunt, quæ iuxta Regis mandatum, ad eum modum confirmatæ, publicabuntur, & in actis publicis conciliorum, tam generalium quàm prouincialium, vt moris ſemper fuit, deſcribendæ, poſteris in legis perpetuæ monumẽtum ſeruient. Tantumdem promittere & iurare tenebuntur Ordines Statuum, aut coniunctim ſimul, aut ſenſim ſinguli, in ſuis prouincijs pariter, & ipſi magiſtratus oppi-
B *dorum & communitatum totius Belgij: nimirum, quòd ſarta tectaq; , ac prorſus inuiolata, ſeruabuntur omnia & ſingula ſuprà dicta, etiam cum iterato ſolenni iuramento fidelitatis & obedientiæ, Regi debitæ.*

Exhibitis à Terranouenſi Regis nomine articulis, Legati Ordinum reſponderunt: ſe vehementer mirari, poſt tam pręclaram ſpem de pace datam, tamq; longam dilationẽ, & exactam deliberationem, quæ ſpem, ex amplis promiſsis conceptam, nõ parum auxerit, pacificationis articulos adeò diuerſos, & diſcrepantes ab Ordinum æqua & neceſſariâ petitione, inueniſſe: magnoperè timerè, ſi illi articuli eo modo, quo *Reſp. Legat.*
C erant concepti, ad Ordines tranſmitterentur: futurum, vt magis per eos ad deſperationẽ, quàm ad ſpem pacis adduci poſſent. Plurima enim, quę pacificatione Gandauẽſi, multa etiã, quæ edicto Bruxellenſi cõtinebantur, articulis illis aboleri, atq; irrita fieri: longè etiã minora eſſe, minuſq; ad pacẽ ineundã idonea, quæ articuli illi cõtinebant, quã erant illa, quæ olim Bredę à regijs Cõmiſſarijs, Aurantio, Holandię atq; Zelãdię Ordinibus, lõgo iam bello fatigatis, offerebantur, quę ab ijs tamen, cũ totius belli molẽ ſoli ſuſtinerent, tanquã nimis dura, & parum ęqua repudiata fuiſſent: officioſè itaq; rogare
D Cõmiſſarios, vt ſuâ auctoritate Terranouenſem inducerẽt, ad duritiem ſuorum articulorũ emolliendã, & vt propius petitioni, quam faciebant, ſe accommodare non grauaretur: niſi id fieret, ſe omnem pacis ſpem abijcere: ſe breuem declarationem difficultatum, quæ in illis articulis reperiebantur, exhibere velle: ſed ea lege & conditionẽ, vt ab ipſis tanquam pacis ſtudioſis profecta reciperetur, non quæ ab Ordinibus mãdata & propoſita eſſet. Exhibuerunt poſtea ſcriptum, quo declarârunt, ſuos articulos planè conſentire cũ pacificatione.

1579. Gandauenſi: vnde facile erat videre, nullum ab illis adferri ad pacem conciliandam impedimentum. A

Commiſſ. reſp. Commiſſarij Legatis Ordinum ſignificârunt, ſe nullum laborē, nec operam prętermiſiſſe, quo moderatiora quædā impetrarent: ſed nihil efficere potuiſſe. Monere ergo, vt articulos exhibitos ad Ordines tranſmitterent, ſi æquum aliquod reſponſum dederint, ſe ad omnem æquitatem & moderationem paratos eſſe. Vitia mandati iterū expoſuerunt, inſuper ſignificârunt, cum difficile & moleſtum ſit ſibi, inter arma de pace agere, ſe cum Terranouenſi de inducijs concedendis loquutos, qui declarauit, ſibi admodum placere, de ea re tractare, modò ſpes aliqua affulgeret, pacem conciliari poſſe. Et cū articulos ab illo exhibitos non modò tolerabiles, ſed etiam æquiſsimos eſſe iudicarent: darent operam Legati, vt poſtulata ſua ita attemperarent, quò ſpem de pace cōcilianda Terranouenſis concipere poſſet: hac enim ratione facilius inducias ab illo impetraturos. B

Reſp. Leg. Legati actis Commiſſariis gratijs pro ſtudio & diligentia, quam in procurādis inducijs adhibebant, declarârunt, ſe nō videre vllam ſpem conciliandæ pacis: poſtquā Terranouēſis articulis, à ſe exhibitis, nullā moderationem adhibere vellet: nihilominꝰ ſe illos articulos quamprimū ad Ordines trāſmiſſuros eorūq; iudiciū & reſpōſum exqrere, & expectare velle. C

Terran. reſp. Terranouenſis audito Legatorum acerbo reſponſo ſuper articulis, à ſe exhibitis, ad omnium gentium iudicium adpellans, proteſtatus eſt, Regem velut patriæ parentem ſuis ſubditis quamplurima indulſiſſe, & de ſuo iure, vt concordia firma iniretur, in multis deceſsiſſe: nihilominus ſi Ordines mitiora quædam, & tolerabiliora proponerent: ſe non recuſaturum ad amicum quoddam colloquium deſcendere. D

Commiſſ. ad Leg. Cum vtriuſq; peruicaces in ſua ſententia manerent, Commiſſarij Legatis, ad ſe vocatis, dixêre: quoniam articuli, ab vtraq; parte exhibiti, multum inter ſe diſcrepantes eſſent, atq; in ijs plurimarū tranſactionū mentio fieret: longiore tēpore ad eos perpendendos & diſquirendos opus habuiſſe: cauſam etiā ex ſe grauē, quę exquiſita deliberatione indigeret, idcirco nō eos debere morā illā, quę interceſsiſſet, ægrè ferre. Nūc verò circa negotia politica exhibere ſe articulos, quos ęquiſſimos

A ſimos eſſe cenſerẽt. Monere ergo atq; rogare, ne recipere grauarentur, ſimul etiã Ordines, vt idẽ facerẽt, hortari. Exhibere quoq; alios articulos de religione, cũ hac additione, ſe nihil amplius, quã q, in illis expreſſum ſit, à regio Legato obtinere potuiſſe. At ſi vel ab illo vel à Rege qd vlterius impetrare poſſent: id prõtiſsimis animis accepturos & cõprobaturos eſſe. 1579.

Legati Commiſſarijs pro labore & diligẽtia, quàm in hoc negotio ſumſiſſent, gratias egêre: deinde declarârunt, ſe velle illos articulos perſpicere, & diligenter conſiderare, & ſi quid B ex tempore ad eos reſpondere poſſent, id ſe facturos eſſe: ſin minus, ad Ordines tranſmiſſuros. *Leg. reſp.*

Articuli itaq; à Commiſſarijs exhibiti, ſunt, quantum ad politica, vnus & viginti, ad religionem, duo: ſed quia parum ab ijs, quos Terranouenſis exhibuerat, diſcreparent: ſimiliter à legatis repudiati ſunt, qui etiam Commiſſarijs ſui facti rationem reddiderunt, quòd ij articuli cum Terranouenſis pacificationis formula conſentientes eſſent, eam confirmarent & approbarent: ſi admitterentur, maiores quàm anteà turbas excitaturos eſſe. Cõtrarium enim, quàm Ordines vn- C quam cogitaſſent, & Terranouenſis ipſe quibuſdã ex Legatis promiſiſſet, & Cõmiſſarij publicè & priuatim, tum Cæſareo tum proprio nomine, aliquoties declarâſſent: ſe velle pacificationes priores ſequi: ijs tamẽ, quos exhibebant, articulis in multis infirmarẽtur, in pleriſq; etia abolerẽtur. Deinde cuncta, quæ Ordines, ad optimã formam Reip. cõſtituendam, ad communem tranquillitatem & ſecuritatem confirmandam, circa comitia, honores, dignitates & officia, item circa tributa, vectigalia, bona, munitiones & iuramenta inſtituerunt, & ordinârunt: ea omnia, tanquam iniqua & inutilia reijce- D rentur. Nequaquam ad pacem vel conciliandam vel retinẽdam & confirmandam putandum, vt qui rerum gubernacula teneant, amoueantur, & homines alij Ordinibus non grati, vel qui iam antè exoſi, & graues ſubditis Regis fuêre, in ipſorum locum ſufficiantur. Deinde cætera illa publica tractari debere, tanquam ad Ordines non pertinerent, atque ſolius Regis arbitrio tum ipſius conſilio relinquerentur, ſiquidem rerum Belgicarum Status id non patiatur: quandiu principes & domini naturales Belgarum, vel

1579. eorum Gubernatores humanitate, beneuolẽtia, & modera- A
tione quadam cũ obſeruatione vel mediocris æquitatis erga populum vſi ſunt:tandiu nec ordines nec priuatos homines exactiorem rationem iurium & priuilegiorum ſuorum, etiamſi in multis violarentur, habere & inire voluiſſe:ſed poſtquam per Gubernatores & conſiliarios Regis, iura & priuilegia ſua prorſus inuerti,& auferri, noua iura introduci, tributa noua ac vectigalia induci, & conſtitui, publica officia vendi, eaq; imperitiſsimis & viliſsimis hominibus commẽdari,ius perperam vbiq; adminiſtrari, viderunt:ibi Ordines, B
ad defendendos ſe & ſuos, arma aduerſus illos ſuſcipere, ſimul etiam iura & priuilegia ſua maiori ſtudio vrgere, ac tueri,iuſtè & legitimè inductos, & verè coactos fuiſſe, quicũque Ordines ad ea adiuuiſſent, quicũq; pro neceſsitate Reip. ab ijs electi & probati eſſent. Item quæcunq; pro cõſeruatione iuſtitiæ & tranquillitatis decreuerunt, iuſtæ defenſionis ſuæ tempore, quo iure diuino & humano adminiſtratio Reip. apud eos fuit:ea vt inutilia & iniqua negligere & reijcere non poſſe,niſi magnas confuſiones, & turbas, nõ ſolùm apud vnam partem,ſed vtranq;,vigere patiantur:vel ſaltem ſi C
hic vnus ex vna parte alteri præponatur,fieri non poſſe,quin in ſe mutuo commoueantur, & turbas excitent, quibus non occaſio & cauſa à Commiſſarijs, qui pacificatorum partes in ſe ſuſcepêre,dari,ſed pręcaueri omnibus modis,& auerti debet:Rerum ſtatum non eſſe,in quo præcisè, vel officium Regis,vel ſubditorum conſiderari poteſt nempe,quod vnus alteri præſtare debeat ; ad quod tamen ſi populus attenderet, firmiora argumenta pro ijs,quæ egerunt, Ordines inueniren tur,quàm ſunt iſta, quibus alij acta iſta refellere,& labefactare conantur:modò quis ad illam communem ſententiam re- D
ſpicere velit,qua dicitur principes propter ſubditos creatos, & ordinatos eſſe,non ſubditos propter principes. Sed expeditam moderationem huic negotio adhiberi,vt ne vnius aut alterius ius minus ſtrictè requiratur: ſed ambo de ſuo iure aliquid remittant, donec mutua fides & beneuolentia per legitimam gubernationem & obedientiam inter Regem, & ſubditos eius confirmata,& ſtabilita fuerit. In religionis negotio ſibi videri nõ minus ſeuerè agendum, quàm cum Germanis,

A manis, qui Auguſtanam cõfeſsionem ſequi volunt in terris, 1579.
quibus principes catholici dominãtur, qui permittuntur ad vicinam vrbem, vel pagum commeare, ibiq; conciones audire, easque, quæ ſuæ ſunt religionis, ceremonias & ſacramenta exercere, vt non habeant, quod de exercitio conquerantur; ad quod ſimiliter in hoc negotio reſpiciendum fuit, ne illi, qui ſunt alterius religionis, exercitio prorſus deſtituantur, cùm ſine illo conſcientijs ſuis ſatisfacere nequeant. Mirum videri, adhuc placitorum in ijs articulis mentionem fie-
B ri, quibus ad religionem Regis ſubditi cogendi ſint, quaſi nõ ſatis ſanguinis propter religionem effuſum ſit: quin debeat adhuc & in bello & in pace gladius corporalis, contra omnem pietatem & iuſtitiam, dominari. Rogare idcirco Commiſſarios, ſi quid fortè moderatius adhuc & melius pro pace & ſalute Belgicarum prouinciarum haberent, proponerent: Sibi animum non eſſe, in vllam vlteriorem tractationem progredi ſed neceſſe putauiſſe, iſtud adhuc quærere & intelligere. Sin verò hi articuli pro vltima ſententia eſſent, liberè declararent, vt quod ipſi Legati in mandatis haberent, perfi-
C cerent, & ad ſuos redirent.

Poſt aliquam altercationem inter Commiſſariorum conſiliarios & ipſos Legatos, noui articuli ab ipſis Commiſſarijs propoſiti ſunt, ſed quòd à prioribus parum diſcreparent, non fuêre recepti. *Irrita pacis actio.*

Res poſtea acta eſt literis, quas Cæſar, Terranouenſis, Cõmiſſarij, Ordines, & ciuitates aliquot, ad ſe inuicem miſerunt, quibus tandem nihil, quod ad rem inſtitutam pertineret, effectum eſt.

Ordines Arteſiæ, Annoniæ, Inſularum, à generalibus non
D parum diſsidentes, Regi reconciliati ſunt, ſub certis conditionibus, in edicti formam Montibus Annoniæ publicatis, 13. Septembris, cuius tenor in hunc ferè modum ſequitur: *Qui Ordines regi reconciliati.*

Principiò decernimus, vti tractatus pacificationis Gandauenſis, vnio, edictum perpetuum, & ratificatio, ex noſtra parte ſubſequuta, maneant in ſua vi, & pleno robore, vtq; reipſa in omnibus ſuis articulis effectui mandentur. Et vt melius reſtituatur confidentia noſtrorum ſubditorum, & diſcordia mutetur in bonam vnionem & concordiam, ad honorem Dei, conſeruationem religionis catholicæ, Apoſtolicæ, Romanæ, obedientiam nobis

1579. *debitam: ſimul etiam pro vtilitate & tranquillitate noſtrarum ditionum,* A
conceſſimus & concedimus obliuionem perpetuam, ab vtraque parte, omnium eorum, quæ dicta & facta ſunt, quocunque modo, ratione, aut caſu, à tempore primorum motuum, & illorum cauſa: ita, vt nulli iudici, aut procuratori fiſci, nec alijs liceat deinceps vlli homini ea exprobrare, aut in aliquem ob ea inquirere, non magis, quàm ſi nunquam accidiſſent: ſtatuentes, vt in hunc finem omnes ſententiæ, decreta & arreſta, pronunciata iam, in his ditionibus quàm alijs quibuſcunque, quæ ſub noſtra iuriſdictione ſitæ ſunt, cauſæ motuum præteritorum aboleantur, & extirpentur radicitùs ex regiſtris, ad abſolutionem omnium eorum, qui adhæſerunt vni, aut alteri B *parti. Ad quem finem interdiximus & inhibuimus, interdicimus & inhibemus ex æquo omnibus, cuiuſcunque gradus, qualitatis, aut conditionis, ne quid exprobrent ſibi mutuò, occaſione præteritorum. In qua tamen obliuione non ſunt comprehenſi communes inimici noſtri, & dictarum prouinciarum exules, relegati, aut in ius vocati; quòd in aliquam ciuitatem conſpirauerint. Ratum quoque habuimus, ratumq́; habemus, quicquid in dictis prouincijs reconciliatis prouiſum, collatum, & conceſſum eſt ab Archiduce Matthia, Ordinibus & Concilio Status, quouſq; ſcilicet poteſtas ordinaria noſtrorum Gubernatorum & Legatorum generalium, in hunc vſque diem, apud Belgas ſeſe extendit. Et quantum ad pro-* C *uiſiones, nobis ſpecialiter reſeruatas ad inſtantem ſupplicationem Statuum, eas ſimiliter confirmauimus & confirmamus, pro hac vice: niſi nobis conſtiterit, perſonas eas, quibus prouiſio facta eſt, non eſſe catholicas, & ſpectatæ virtutis, vt dictas prouiſiones obtinere, & munera exercere debeant: ea tamen lege, niſi repugnet pacificationi Gandauenſi, vnioni, edicto perpetuo, iuribus, priuilegijs, & libertatibus prouinciarum, tam in genere, quàm in ſpecie: exceptis nihilominus omnibus prouiſionibus, quæ fortè factæ fuerint à decimo ſeptimo Maij vltimè elapſi, quæ pro nullis habebuntur: non comprehenſis etiam prouiſionibus Conciliorum Status, ſecreti & ærarij. Neque inquiremus, aut inquiri curabimus in quemquam,* D *ob demolitionem arcium, & munitionum, eæque non poterunt in prouincijs reconciliatis denuo ædificari, aut nouæ erigi ſine expreſſo conſenſu Statuum cuiuſcunq; prouinciæ ſpecialiter. Item concedimus, ſtatuimus, ordinamus, vt omnes & ſinguli noſtri milites, Hiſpani, Itali, Albani, Burgundi, & alij quicunque extranei, non grati Statibus, hunc præſentem tractatum acceptantibus, diſcedant ex noſtris inferioribus ditionibus, ſiue Belgio: præſertim ex ducatu Lucemburgico, intra ſex hebdomadas proximas, ab horum publicatione, aut citiùs, ſi corpus exercitus prius*

confici-

A confici, & erigi poterit, & quæ ad diſceſſum eorum requiruntur, prius pa- 1579.
rata ſint. Certè vt in omnem euentum diſcedant, intra dictas ſex hebdoma-
das (quandoquidem ipſi Status promiſerunt, ſe diligentiſsimè cum delega-
tis noſtris, ſine fraude, curaturos, vti exercitus paratus ſit in diem, diſceſſui
exterorum præfinitum) & intra ſex alteras hebdomadas ſequentes ex Bur-
gundia: ita vt reuertendi in dictas inferiores prouincias ipſis poteſtas adi-
matur, aut vlli alij induci poſsint, quandiu nullo extraneo bello implica-
mur, & generaliter niſi opus ſit & vrgeat neceſsitas, præfatis Statibus no-
ta & probata. Quemadmodum etiam dicti Status curabunt educi omnes
B Francos, Anglos, Scotos & alios extraneos, in quos imperium & auctori-
tatem habent. Ipſi quoque milites Hiſpani, Germani, Itali, Burgundi, &
alij quicunque exeuntes ex arcibus & oppidis cogentur relinquere omnem
commeatum, tormenta bellica, & omnem militarem apparatum. Et quantū
ad tormenta, ex arcibus ſumta reddentur & reſtituentur primâ opportuni-
tate in locum, vnde deſumta ſunt, præcluſâ omni licentiâ ea auehēdi quoquā
extra prouincias, easq; arces & oppida, cū dicto cōmeatu & bellico inſtru-
mento, quod ibi reperietur: nos cōmittemus illas quidē, quæ ſub gubernatio-
ne Annoniæ ſunt, intra viginti dies à publicatione huius edicti, reliqua verò,
vbicunq; ſita ſunt, intra alios viginti proximos dies, hominibus indigenis
C inferiorum prouinciarū, ſecundum earū priuilegia. Quo tempore diſceſſus
& abitus extraneorum pendente, nos cum dictis prouincijs reconciliatis,
noſtris ſumtibus & expenſis, conficiemus exercitum ex indigenis prouincia
rum, & alijs, qui nobis ac ijſdem prouincijs grati ſunt: ea tamen conditione,
quòd præfatæ prouinciæ nos ſuo ſubſidio iuuabunt, iuxta articulum vigeſi-
mum ſubſequentem, ad tutandam religionem catholicam Romanam, & de-
bitam nobis obedientiam, ex forma pacificationis Gandauenſis, Vnionis, E-
dicti perpetui, & huius præſentis tractatus, in omnibus ſuis articulis. Man-
damus quoq; Statibus & Gubernatoribus, tam generalibus, quàm particu-
laribus, concilijs, & magiſtratibus Luxemburgicis & Burgundicis, manu-
D tenere, & non pati diminui, aut præiudicari in vlla re edicto perpetuo &
huic tractatui, in vllis ſuis articulis & circumſtantijs, item non permittere
vllis militibus tranſitum aut ingreſſum, in præiudicium harum prouincia-
rum, & de his omnibus præſtare iuſiurandum & inſtrumentum publicum
idoneum & ſufficiens, quemadmodum etiam Status reciprocè ex ſua par-
te facient ſuum debitum officium, ad eundem finem, vt commercia ſint tuta
& libera inter dictas prouincias, ſicuti fuerunt præteritis temporibus,
cum omni ſecuritate. Vt omnes captiui vtrinque liberentur ſtatim, poſt
promulgationem præſentium literarum, quatenus erunt in ipſorum

1579. *poteſtate, ſine vllo redemtionis precio. Quantum ad bona occupata, detenta, & cõtrectata hinc inde, à pacificatione Gandauenſi, tam in inferioribus noſtris prouincijs, quàm in Burgundia & alibi, quilibet redibit ſtatim in poſſeſſionem bonorum ſuorum immobilium: Mobilia verò recuperabit quatenus non fuerint alienata, auctoritate ac mandato iudiciali, vel per magiſtratus, ad id coactos tumultu populari. In quibus comprehendentur bona captiuorum, qui à Gandauenſibus detinentur, & alijs eiuſdem factionis. Quod ad reditus & onera ſuper ijſdem bonis, obſeruabuntur, quæ diſpoſita ſunt decimo quarto & ſedecimo articulis pacificationis Gandauenſis, habito reſpectu ad diem natiuitatis S. Ioannis Baptiſtæ, anni millesimi quingenteſimi ſeptuageſimi noni. Sub tutela noſtra & manu tenuimus, & etiamnum tenemus, omnes gubernatores modernos prouinciarum, vrbium, locorum, & caſtellorum reconciliatorum, conſtitutos ante diſceſſum quõdam noſtri dilectiſſimi & chariſſimi fratris D. Ioannis in oppidum Namurium, vti etiam illos, quibus prouiſum eſt de gubernationibus per mortem vacantibus. Sed quantum ad gubernationes, conſtitutas per modum prouiſionis propter captiuitatem & detentionem quorumdam dominorum: illi commiſſi ad huiuſmodi gubernationes continuabuntur, vſque ad reſtitutionem & reditum dictorum dominorum captiuorum: ita tamen, vt ſi dicti domini captiui fortè moriantur, tum prouideatur iuxta articulum decimum octauum: promittimusq; nullos ex his deſtituere, quatenus ſequuti fuerint partes Ordinum, durantibus his motibus, & manutenuerint religionem catholicam Romanam, iuxta formam pacificationis Gandauenſis, vnionis poſtea inſecutæ, & edicti perpetui: nec faciant poſthac quicquam, quod præiudicium adferat huic præſenti tractationi & recõciliationi. Et ad maiorem ſecuritatem ordinauimus, & ordinamus, iuxta formã vndecimi articuli edicti perpetui, vt Status prouinciarum reconciliatarum, omnes conſtituti in dignitatibus gubernatores, magiſtratus, ciues, & incolæ ciuitatum & pagorum, vbi erunt in præſidio milites, ſimiliterq; ijs milites ac etiam incolæ ciuitatum & pagorũ, vbi non eſt præſidium, deniq; omnes alij in functionibus aliquibus, munere, vel officio militari, aut alio verſantes, præſtent iuſiurandum, ſe conſeruaturos religionem catholicam Romanam, & debitam nobis obedientiam, iuxta dictam pacificationem, vnionem poſtea ſubſequutam, edictum perpetuum, & hunc præſentem tractatum: & quòd non recipient, mutabunt vel admittent reſpectiuè præſidium abſque conſenſu Gubernatoris generalis & prouincialis, & conſilio Statuum cuiuſque prouinciæ, aut ipſorum delegatorum: ſic quidem vt neceſſitate repentinâ ac graui vrgente, dictus Gubernator prouincialis*

A B C D

proui-

A prouideat munitis locis, vbi ſolet haberi præſidium militare: ita tamen, vt 1579.
milites nobis ſint ſacramento deuincti, nobiſq; militent in qualibet prouincia. Promittimus quoque, non grauare nec permittere grauari ciuitates, aut agros dictarum Prouinciarum reconciliatarum aliquo milite extraneo vel indigena: niſi ipſimet incolæ id expetant, belli aut periculi alicuius cauſa, aut ſolitũ ſit ibidem eſſe præſidium ab omni tempore: quo caſu erunt præſidiarij omnes indigenæ, Statibus grati & accepti. Volumus & ſtatuimus, vt in omnibus ciuitatib. & pagis, vbi magiſtratus extraordinariè renouati ſunt ab exordio motuum, reſtituantur in integrũ, ſecũdum cõſuetudinem, & pri-
B uilegia cuiuſq; loci, obſeruata tẽpore quondã inclytæ & glorioſæ memoriæ Imperatoris Caroli Domini & patris noſtri: itẽ vt res ita conſtituantur, vt dictis magiſtratibus ſua conſtet autoritas, illiſq;, vti decet, pareatur; ne denuò in noua pericula recidatur. Promittimus etiam, nos ſemper præfecturos gubernationi generali Belgij noſtri Principem vel Principiſſam noſtri ſanguinis, qui quæue dotes habeat, ad tam arduum munus explendum neceſſarias, & de quo vel qua ſubditi iuſtam cauſam ſatisfactionis ſint habituri, vel ex omni ratione contentos ſe præbere debeant. Gubernabit autem cum omni iuſtitia & æquitate, ſecundum iura & conſuetudines dictarum Prouinciarum, iurabitq; ſolenniter, ſe ſeruaturũ pacificationẽ Gandauenſem, vnionẽ poſtea
C ſubſequutã, edictum perpetuũ, & hunc præſentem tractatũ, in omnibus articulis & conditionib. & maximè religionẽ Catholicã Romanã nobiſq; debitã obedientiã: præſignificabimuſq; ipſis Statibus, vti ſoliti ſumus, aliquo tempore ante creationẽ dicti Gubernatoris, quem elegerimus. Volumus autem, vt nepos noſter, Princeps Parmenſis, pro ſummo voto, quod habemus, ante omnia procurandi quietẽ & ſecuritatem noſtrorum ſubditorum, omni officio & induſtria permoueat, & executioni mandet diſceſſum extraneorum, & reſtitutionem locorum: vtq; eodem tempore admittatur & recipiatur in Gubernatorem generalem Belgij, ad tempus ſex menſium, obſeruatis ſolennitatibus conſuetis, & pro maiori ſatisfactione & confidentia noſtro-
D rum Statuum, & ſubditorum, habeat pro ſuis domeſticis indigenas Prouinciarum, & quàm minimum poterit extraneorum. Et quo magis illis gratificemur, cupimus, vt numerus ſeruorum extraneorũ non excedat viginti quinque vel triginta: quibus etiam extraneis non conferetur aliqua adminiſtratio publicorum negotiorum harum Prouinciarum: habiturus tamen eſt talem corporis cuſtodiam, quã alij Gubernatores Principes vel principiſſæ noſtri ſanguinis habere ſoliti ſunt: arcuariorum nempe & alabardariorum indigenarum; cum quo nempe noſtro nepote dicti Status, ex hoc tempore mutuam communicationem habebũt, ipſiq; ſignificabunt omnia, quæ agẽtur, & per-

1579. *tinebũt ad executionẽ eiuſdem tractatus, & quæ inde dependent. Fient quoq;* A
omnia edicta, mandata, prouiſiones, per nos & noſtro ſolummodo nomine, finitiſq; prædictis ſex menſibus, ſi fortè acciderit, vt Parmenſis, aut alius eiuſmodi dotibus præditus, ei gubernationi non ſit deſignatus: illa, ne quis tumultus aut confuſio oriatur, adminiſtrabitur per conſilium Statuum interea, dum noua prouiſio expectabitur. Quod quidem Concilium conſtituetur à nobis ex duodecim viris, noſtro arbitrio eligendis, tam proceribus & nobilibus, quàm togatis, vt moris fuit, indigenis harum Prouinciarum, ex quibus duæ tertiæ partes gratæ ſint Ordinibus earum Prouinciarum, & ipſorum partes ſequutæ ſint, ab exordio motuum vſque ad finem, quarum B
duarum tertiarum quinque habebunt à nobis commiſsionem, more ſolito, & tres reliqui ſimplicem prouiſionem, pro termino trium menſium, quibus elapſis, eos poterimus, ſi ita nobis videbitur, continuare, aut eligere ac conſtituere alios, ad id munus idoneos, vt locus apertus relinquatur Prouincijs adhuc conciliandis. Ex ſententia verò & concluſione maioris partis dictorum conſiliariorum, qui tenebuntur præſtare id ipſum iuſiurandum, quod iam antè diximus, omnia expedientur, vt tempore honoratiſsimi Domini & patris noſtri Caroli Imperatoris, & peculiari notâ ſignificabuntur ab vno aliquo dictorum Conſiliariorum, vt obuiam eatur malis ſæpius deprehenſis. Omnibus gubernationibus, quas deinceps ad ſex vſque annos proximos contingit vacare, in dictis Prouincijs reconciliatis, præcipuè præfecturæ militum, C
indifferenter indigenas & peregrinos præficiemus, Statibus Prouinciarum acceptos, & ad ea munera capeſſenda idoneos, ſecundum priuilegia Prouinciarum. Quantum verò ad concilia noſtra, ſecretum & ærarij, & alia officia magni momenti attinet, ſimiliter promouebimus indigenas dictarum Prouinciarum aut exteros, Statibus ipſis gratos & acceptos: qui, antequam recipiantur, tenebuntur iurare ſolenniter in verba huius tractatus, & interpoſito iureiurando promittere, ſi modò deprehendant aliquid agi in eius præiudicium, de eo facere certiores Status Prouinciarum, ſub pœna periurij & infamiæ. Ratas habuimus, atque etiamnum habemus, D
omnes conſtitutiones redituum annuorum, penſiones, & alias obligationes, ſecuritates, quas ipſi Status, ex conſenſu ſingularum Prouinciarum, conſtituerunt & contraxerunt, conſtituent & contrahent, in eorum commodum, qui ipſis auxilio fuerunt: vel pecuniam erogârunt ad ſoluenda debita, cauſâ belli & motuum præteritorum contracta, iuxta articulum decimumoctauum edicti perpetui. Nec onerabũtur vllis tributis & exactionibus, aliter aut alia forma & ratione, quàm onerabantur tempore & imperio patris, & ex conſenſu Statuum cuiuſcunque Prouinciæ. Omnia

& ſin-

A *& ſingula priuilegia, vſus & conſuetudines, tam in genere quàm in ſpe-* 1579.
cie, conſeruabuntur, & ſi quæ violata ſunt, reparabuntur & reſtituentur.
Dictæ Prouinciæ *reconciliatæ teneuntur renunciare omnibus obligationi-*
bus & fœderibus, initis à principio mutationum & motuum præterito-
rum. Et quia Status *ſe ſentiunt obſtrictos & obligatos* Reginæ Angliæ *&*
Alenconio Duci, *ob ſuppetias ab ijs acceptas, virum quendam idoneum in-*
tra duos menſes proximos, ex eo tempore, quo nepos noſter Parmenſis *in-*
greſſus fuerit gubernationem generalem, ad eos mittemus, ad præſtanda o-
mnia humanitatis & gratitudinis officia, continuabiturque confœdera-
B *tio & priſtina amicitia cum ipſa* Regina *reciprocè.* Et *ad augendum af-*
fectum & beneuolentiam, quam principes debent ſubditis, & contrà, vt
ſubditi magis inclinent ad venerationem & debitam obedientiam princi-
pi ſuo naturali, ipſi Status *humillimè à nobis petierunt, & ſupplicârunt,*
vti primâ occaſione, & primo quoque tempore, mittamus in Belgium *v-*
num ex liberis noſtris, quem veriſimile ſit nobis ſucceſſurum in noſtras
Prouincias, *vt ibi educetur & inſtituatur, iuxta morem ipſorum, in omni*
pietate & virtute, qua in re habebimus eum, quem oportet, reſpectum.
Conſentimus etiam, vt omnes Prouinciæ, *caſtella, ciuitates & perſo-*
næ priuatæ Belgij, *quæ volent nobiſcum reconciliari, iuxta formam &*
C *conditiones huius tractatus, à nobis ad id admittentur, & gaudebunt eo-*
dem priuilegio, quo dictæ Prouinciæ *reconciliatæ, modò voluntariè eò*
deſcendant intra tres menſes, poſt diſceſſum Hiſpanorum *ex toto* Belgio.
Conceſſimus quoque, & concedimus dictis Statibus, *vt* Pontifici Roma-
no, Imperatori, *Archiepiſcopis, Colonienſi & Treuirenſi, ac* Duci *Cli-*
uenſi ſupplicare poßint, vt operam dare dignentur, vt hæc pactio integrè
in omnibus articulis effectum ſortiatur, impleatur, & inuiolatè obſerue-
tur. Si verò in executione & conſummatione huius pacificationis, &
quod ab ea pendet, oriatur aliqua difficultas & controuerſia, definien-
da poſt publicationem eius: nos & Status *dictarum* Prouinciarum *re-*
D *conciliatarum deputabimus* Commiſſarios, *qui omnia intelligant, compo-*
nant, & executioni mandent. Interea *hoc obſeruandum erit, quòd per*
hæc verba (Grati Statibus) *poſita in multis huius tractatus articulis, non*
excludentur indigenæ Belgij, *qui vni aut alteri parti contrahentium ad-*
hæſerunt. Vt *autem omnia, & ſingula puncta & articuli ſupraſcripti,*
in noſtra ciuitate Atrebatenſi, *decimo ſeptimo* Maij, *concepti, & in no-*
ſtro oppido Montenſi *illuſtrati, repurgati & conſtituti, duodecimo* Septem
bris, ritè obſeruentur, compleantur & executioni mandentur: vtq; om-
nia, quæ iiſdem articulis continentur, ſint rata, firma, & perpetuò dura-

1579. *tura,atq; inuiolabilia maneant, iuſsimus hanc præſentem tranſactionē à Comite Mansfeldēſi, et alijs delegatis noſtris ſubſignari,ex vna parte; & à Gubernatoribus ac delegatis Prouinciarum alijsq; confœderatis,ex altera parte: promittentes confirmare omnia literis noſtris patentibus, indebita, & conſueta forma,intra tres menſes ab hodierno die.* A

Belgiū in partes diductum. Atq; ſub his conditionibus Artheſiēſes,Annones,Inſulenſes,Duacenſes,Orcheſienſes,Regi recōciliati ſunt: Brabanti, Holandi,Zelandi,Flandri,Friſij, alijs conditionibus Alenconio & Aurantio adhæſēre: atque ita Belgium miſerè in partes diductum, maiori, quàm antea, deſolationi expoſitum B fuit. *Cur non acceptent pacem Aurantiani.* Hi pacis tranſactionem, Regis nomine propoſitam, vt ſuſpectam ac inſidioſam, multiſque periculis plenam, recipere noluēre; palàm adſerentes,(ſicuti ex Arnhemenſium ad Commiſſarios reſponſo videre eſt) nihil ab Hiſpanis ſincerè fieri: ſed omnia ſubdolè ac fraudulenter, in totius Belgij perniciem, cuius prouincias, atque ciuitates maximè inter ſe diſsidere,& in varias partes ſcindi cupiunt, victoriæ ſpem in Belgarum diſsidijs ponentes: oblatas pacis conditiones, non ſolùm pacificationi Gandauenſi, & edicto perpetuo, ſolenniter ab ipſo Rege approbatis, & confirmatis: verùm eti- C am iuri, & naturali æquitati contrarias: contra omnem rationem eſſe,tam duram & intolerabilem legem eccleſijs reformatis præſcribere, vt relicta patria, liberis, parentibus, cognatis, & paternis bonis, à procuratore ſcilicet adminiſtrandis,in voluntarium eant exilium,diſsipandæ per totam Europam: vbi fortaſſe nullum ſit tam amplum regnū, quod hanc exulantium multitudinem hoſpitio excipere velit: aut ſi maximè etiam cupiat,capere poſſe videatur. Hæc diligenter expendenda, & in primis cauendum, ne, quæ dantur leges,omnia,quæ ad ſinceram pacificationem ſtabiliēdam im- D penſa ſunt, irrita reddant, Belgasq; ſimul eluſos huiuſmodi pactorum tenore,cum ſumma ignominia tandem in labyrinthos inextricabiles conijciant. Quamuis autem diuturno bello ita attenuati eſſent,vt pacem expetere, & poſtulare debeant, & belli conſiliorum prorſus obliuiſci: tamen extrema experiri ſatius ſibi videri, quàm eas pacis conditiones recipere,quæ Belgas in eas anguſtias reducant,vt eorum alij vxores,liberos & facultates, ſcientes volentes, Hiſpanis mox vbi

A vbi velint redituris, aut eorũ aſſeclis, & coniuratis ſubijciant: 1579. alij in voluntarium exilium relictâ patriâ abeant.

Parmenſis interim vt ex ſua parte pacis conditionibus ſatisfaceret, exteros milites dimiſit, vti antea Auſtriacus fecerat: Annones verò & fœderati, ne promiſsis deeſſe videretur, in exterorum abeuntium locum indigenas ſubſtituerunt, & vt pacis edictum non verbis tantùm, ſed facto etiam confirmarent, Statibus, quos pro hoſtibus habebant, ipſorũ adminiſtratione, præſertim in religionis negotio, malè cõtenti, Cor-
B tracũ oppidum ademerunt: idq; in hunc modum: Fuêre quidam ex ipſis Malecontentis in ædibus Scabini cuiuſdam hoſpitio excepti, alij multi alijs in locis per ciuitatem ſeſe abdiderunt, eouſq; latitantes, donec per incẽdium domus vnius, dato ſigno, Edgmontanus ad portam Inſulanam cum valida equitum manu appropinquans, ab ijs, qui in vrbe erãt, intromitteretur. Hi Scotos, excubias in porta & cuſtodias agentes, occiderunt, alij cum reliquis Scotis, (erant eorum duæ cohortes) ſtrenuè ſe defendentibus, ab hora quinta vſque ad nonam acerrimè pugnârunt.

Executio conditionũ pacis.

Cortracũ à Malec. interceptum.

C Eo tempore ab Ordinibus Noęi auſpicijs vrbs Ninoua, ad motis mœnib. ſcalis, intercepta eſt: capti in ea duo Edgmontani, qui poſtea Bruxellas miſsi ſunt. Paulò pòſt Noæus ipſe, prope Cortracum, à Vicecomite Gandauenſi captus eſt: habebat quindecim peditum ſigna, quorum pars cęſa, pars profligata fuit.

Ninoua capta.

Noæus captus.

Sub hæc tempora in Colonienſi conuentu exhibitum poſtea à Terranouenſi & Commiſſarijs Cæſareis ſatis prolixum ſcriptum, quo de Ordinibus grauiter conquerebantur: *Eos decoris & ſalutis oblitos, & nullâ ratione Cæſareæ ſublimitatis ha-*
D *bitâ, quæ pro ipſorum quiete & commodo intercedebat, per ſuos delegatos. Cùm ante ſeſquiannum ærumnarum ac ſumtuum belli pertæſi illam demiſsè oráſſent, vt apud Regem pro populo Belgico intercederet, eumq́; ipſi reconciliaret: nunc cùm res ſeriò ageretur, non ſatis ampla mandata legatis ſuis dediſſe, ſuſpicionem animis hominum relinquentes, ſe clàm belli conſilia, inconſulto populo, meditari, aut de Legatorum ſuorum fide & candore dubitare: intempeſtiuam & iniquam de Parmenſi, generali Belgij Præfecto, querimoniam eodem ſpectare, quòd auctor fuerit non ſolùm diſtractionis Prouinciarùm, ſed etiam grauiſsimorum diſsidiorum,*

Querela Commiſſ. de Ordinib.

T

1579. quæ inter ſubditos excitata ſunt. Non hunc, ſed Aurantium & ipſius fautores (ſicuti ab Atrebatibus & ſocijs, partim priuatis ſcriptis, partim publicis accuſati ſunt) violatæ pacis Gandauenſis, edictiq; perpetui, atque vnionis ſubſequutæ, autores fuiſſe: atque iſthinc cauſam diſtractionum manâſſe: Maiori moderatione ſemper vſum Regem, non habitâ maieſtatis & præcellentiæ ratione, quàm Ordines. Illum enim officiarios ſuos, Ordinum partes ſequutos, non puniuiſſe: hos omnes, qui ſuas partes ſequi, abdicatâ Regis cauſâ, recuſârunt, ab officijs & muneribus depoſitos, in hoſtium numero habuiſſe, & nunc etiam à priſtinis ſuis functionibus arcere velle: quo facto eneruatur vis & poteſtas primi articuli pacificationis Gandauenſis, qui ſta- B
tuit de vniuerſali obliuione omnium eorum, quæ hactenus in mutuam perniciem procurata & patrata ſunt. Nam hoc pacto veteres ſuſpiciones, odia, ſimultates & diffidentiæ refricantur, & velut de nouo inſtaurantur. Impudenter & inſulſè allegari, & in exemplum trahi, Holandorum & Zelandorum factum, qui edictum, in publicis & generalibus vniuerſorum Ordinum Belgij comitijs conceptum, præfractè & proteruè repudiârunt. Iure enim cautum, & naturali ratione confirmatum, non eſſe in poteſtate paucorum, qui ſunt de collegio, dum lubet, ſe eximere à vinculo & nexu publici decreti; quod maiori ac ſaniori parti Comitiorum placuit, id ratum, & firmum haberi debere. Non plus ponderis ea habere, quæ de Barone Sellio, Re- C
gis Commiſſario, deq; regijs literis: ſimul & ipſa iuſtificatione Ordinum, ob pacem Gandauēſem minùs ſincerè ſeruatam, ac deniq; ob religionem Catholicam, admodum temerario auſu varijs in locis, non ſolùm Holandiæ & Zelandiæ: ſed etiam extra earum Prouinciarum limites, violatam ac eiectam. Exploratæ enim certitudinis, Regem & Auſtriacum, Gubernatorem generalem, nihil vnquam ardentioribus votis optâſſe, quàm pacem Gandauenſem, vnionemq; ſubſequutam cum edicto perpetuo, in omnibus ſuis articulis, ad amuſſim, omni tempore, & quauis occaſione, inuiolatè ſeruare. Aurantium verò, cum ſuis ſectatoribus, omnia interturbâſſe, qui ſtatim poſt Auſtriacum, ad rerum gubernacula admiſſum, cœpit animum non ſolùm ad ca- D
lumnioſas quasq; & contortas pacificationis interpretationes conuertere: verùm etiam ad inſidias graues contra perſonam Gubernatoris, & cæteros miniſtros regios à ſe ſuiſq; ſtudiis (vti ſuſpicabatur) alieniores, quàm ferre poterat. Qua de cauſa Rex planè inuitus, & prorſus contrà quàm animo apud ſe conſtituerat, cogebatur, arma iterum ſumere, gladioq; vltore iniuriam, ſibi ac fratri illatam, propulſare: vnde etiam occaſio nata, quòd ipſo Barone in Belgium abs ſe deſtinato, Ordinum delegatis ſignificari curauit, non tam ipſam pacem Gandauenſem ſibi diſplicere, quàm iuſtiſſimis de cauſis ſe diffidere,

A *diffidere, quòd Aurãtius vnà cum ſuis ea pace, ſecūdum verum & genuinum* 1579.
intellectum, vnquã vſurus eſſet: ſibi planè exploratum, quàm indigenè tra-
ctati fuiſſent, Harlemẽſes, Amſterodamẽſes, & pleriq; alij Holandiæ populi,
gubernationis Aurantianæ iugũ recẽter ſubire coacti: vt ſilentio prætereãn-
tur dogmata emiſſaria, ad ſeducẽdum plebẽ in religione & fide, & ad quid-
uis audendum contra ſalutem publicam, ter aduerſus pacis Gandauenſis iu-
rata & pacta ſubmiſſa. Mirari admodum, quid delegati Ordinum ſint ad ob-
ligatoria pacta reſponſuri, quibus ſe conciuibus & Prouincialibus ſuis iura
mento adſtrinxêre, atq; etiã Deo omnipotẽti, quem in pacta generalis vnio-
B *nis iurantes, ſibi tum teſtem tum vltorem ac iudicem conſtituêre, ſi paterẽtur*
extra Holandiam, circa religionis Catholicæ obſeruantiam, vllam defectio-
nem obrepere. Solos fermè Arthesienſes, Annones, Duacenſes, Inſulenſes, Va-
lecenenſes, Mechlinienſes, Boſleducenſes, decreta pacis Gandauenſis obſer-
uâſſe; alios iniquo iure de illius violatione cõqueri, cùm eam nequaquam ſin
cerè obſeruârint. Minimè itaq; decere, eos culpam propriã in Regem ſuosq;
duces & conſiliarios, vel alios quoslibet reijcere: ſed potius pœnitentiã &
emendatione, quod peccatum eſt, corrigere. Neminem videri velle erratum
commiſiſſe, cauſamq; turbis dediſſe; vnde non mirum, Deum iram ſuam in po
pulos peruicaces, & in peccatis obduratos iugiter effundere. Pro mutata re-
C *ligione vaniſſimas rationes adferri, nempe neceſſitatem publicam, ciuilium*
diſſenſionum & periculorum, quæ ab hoſtili exercitu timentur, vitationem.
Nam quæ potuit tanta eſſe neceſſitas publica, quam Ordines auertere non
potuiſſent, ſi officio ſuo diligẽter ſatisfeciſſent. Nam tunc populum in fide &
Aurantium intra cancellos ſui iuramenti continere non erat difficile. Anno
milleſimo ſeptuageſimo octauo, poſt inchoatos poſteriores tumultus, poſtq;
aduentum in Belgium Archiducis Matthiæ, illos ad Cæſarem ſcripſiſſe con-
ſtat; ſe nunquã fuiſſe, nec eſſe, nec fore alterius ſententiæ, quàm vt in Belgio
Catholicæ ſanctæ Romanæ Eccleſiæ religio coleretur, & Regi ſua vbiq; con
ſtaret autoritas. Nullam ſubeſſe cauſam, cur populus Regi diffidere debeat,
D *qui educto milite peregrino, & armis poſitis, haud poſſit è longinquo, etiam*
ſi maximè velit, Ordinibus ex improuiſo negotium faceſſere: diſſimilem ra-
tionem in prouincialibus eſſe, qui ſoli Prouinciarum gubernaculis præfici-
undi, quandocunq; volent, arma ad tutelam ſui ſemper in promtu ſunt habi-
turi. Ridiculum etiam eſſe, quod de eneruatione decretorũ Archiducis Mat-
thiæ in medium adducitur: cùm planè conſtet per articulos ipſi parem auto-
ritatem indulgeri, quam legitimorum Gubernatorum generalium quiſpiam
ante habuerit. Sic omnes, quæ contra Regem adferuntur, rationes nullo fun-
damento firmo niti.

1579. Eo tempore Ordines ad Commiſſarios literas dedêre, qui- A
Ord. ad Comm. poſtulata. bus eos rogabant, vt cùm hactenus, ſtudio reconciliationis & pacis conſtituendæ inter Regem & Belgas, ipſius ſubditos, per tot menſes, neque ſumtibus neque laboribus peperciſſent, in extremo actu non vſqueadeo præcisè ſuum diſceſſum pararent: ſed paulò diutiùs vltra præfinitum tempus ſubſiſterent, donec ipſi Ordines de reſponſo dando deliberarent, & quæ omnium calculis ſtatuta & probata eſſent, Coloniam ad conuentum mitterent. Prouinciarum Belgicarum maximè intereſſe, ſemel finem imponi cœpto pacifica- B
tionis negotio; non nouos pacis articulos ſe poſtulare: ſed propoſitorum moderationem & ſecuritatem maiorem, tam pro ijs, qui Romanam religionem, quàm qui Reformatam profitentur. Si quid minus firmum in reſponſo ſuo reperiretur, ſe paratos, meliores rationes abſque vllo contendendi ſtudio admittere, atque per omnia æquitatem ſequi. Si Coloniæ vltra præfinitum terminum morari vellent, donec plenum & abſolutum reſponſum Ordinum generalium eſſet acceptum, & quæ in negotio pacificationis reſtabant, peracta eſſent, ſe omni ſtudio gratiam cumulatè refer- C
re conaturos.

Commiſſ. reſp. Commiſſarij ijs Ordinum literis nihil permoti ſunt, & Coloniâ diſcedere ſtatuerunt. Ne verò inconſultè abitum parâſſe, & præcipiti iudicio res ſuas adminiſtrâſſe dicerentur, ſcriptum exhibuerunt, quo receſſus ſui cauſas explicabant: *Optare ſe (dicebant) grauiſſimum Belgicæ pacificationis negotium, tantis laboribus, moleſtijs & ſumtibus per tot menſes tractatum, & ad finem, quem Cæſar & omnes boni viri ſperârunt, perduci, & pacem priſtinumque nitorem Belgicis Prouincijs reſtitui poſſe. Cum verò eius voti compotes fieri non potuerint, patienter ipſis ferendum, quod mutare non poſſent, &* D
ſuſceptæ negotiationi, non eum, quem cuperent, ſed quem poſſent, finem imponendum. Illud onus ſibi à Cæſare impoſitum, difficillimum & graue à principio æſtimâſſe, valde metuentes, ne malum hoc diſſidiorum tam altas radices plurimorum animis egiſſet, vt illi ſalutaria remedia adhibere per hanc tractationem non poſſent: ideò eam Prouinciam à ſe reijcere, omni excuſatione adhibitâ, conatos fuiſſe: ſed vt ratio dictitabat, Cæſaris voluntate & mandato tandem obtemperare decreuiſſe: quòd videret autē, populos Belgicos per tot annorum curriculum varijs cladibus attritos, eos

com-

A *commiſeratione dignos æſtimâſſe, & ſpem nõ vulgarem cõciliandæ pacis ex* 1579.
eo cõcepiſſe,quòd Regem Hiſpaniarum nihil aliud ab Ordinibus,& popu-
lis Belgicis exigere intelligerẽt, quàm vt catholica Romana religio integrè
ſeruaretur,& ipſi Regi ſua auctoritas cõſtaret,fideliſq; obedientia,de more,
præſtaretur:cùm etiam Ordines literis ad Cæſarem declarâſſent,ſe nunquam
aliam religionis formam amplexuros, quàm eam,quæ à maioribus ſuis tra-
dita fuiſſet,in fideq; atq; obedientiâ,Regi debitâ,perpetuo manſuros: nemi-
nem tunc ſuſpicatum fuiſſe, Ordines,& plebem Belgicam ſuæ promiſsionis,
& proteſtationis immemores fore, neminem etiam iudicaſſe, illos tam diu-
B *turnis bellis adflictos, ceſſantibus etiam & ſublatis ſumtorum armorũ cau-*
ſis,promtiores futuros ad ferale bellum continuandum,quàm ad pacem, be-
nignè à Rege oblatam,& à Cæſare ſtudioſè quæſitam,amplexandam. Ordi-
nes in hac pacis negotiatione moram de induſtria , tanquam ſubdolâ tergi-
uerſatione , traxiſſe , & tardiùs,quam decebat, Legatos ſuos ad condictum
locum miſiſſe, ac ipſis mandatum mancum & inſufficiens, ad ſex hebdoma-
das reſtrictum,dediſſe . Hinc factum eſſe,quòd cum prouinciarum Delega-
tis, legitimo & pleno mandato carentibus, nec de inducijs quicquam certi,
vel intra breuiſſimũ terminum ipſis præfixum, vel poſtea tractare & trãſi-
gere Commiſſarij potuerint. Non ſine admiratione recenſeri poſſe , illos,
C *qui intra plurimos menſes,de formula certi mandati ſuis Legatis dandi,con-*
uenire nõ potuerint,totius huius grauiſſimæ controuerſiæ deciſionem intra
cancellos ſex hebdomadârum concludere,& coarctare conatos fuiſſe. Hiſce
remoris,& velut ſubterfugijs ab Ordinibus quæſitis,Commiſſarios nõ fuiſſe
impeditos,quominus ſuo officio ſatisfacerent, & nõ ſine tædio, labore, &
grauiſsimis ſumtibus per ſeptem integros menſes Coloniæ manſiſſe. Vt verò
ex prioribus pacificationibus,varijſq; ſcriptis intellexerunt,Ordines Belgij
nõ tam ad nouam religionem introducendam , eiuſq; exercitium tuendum,
quàm ad amouendum ſeuerius quorumdam magiſtratuum imperium, pere-
grinum militem expellendum , priuilegia conſeruanda , libertatem com-
D *mertiorum inſtaurandam,& exactiones immodicas,inſolitaq; tributa excu-*
tienda & ob ſimiles politicas cauſas aduerſus Regem eiuſq; officiarios arma
ſumſiſſe:ita ſummo ſtudio & labore has belli cauſas per propoſitas pacis
conditiones è medio tollere conatos fuiſſe. Quod autem præter politicas cõ-
trouerſias,etiam ſeueriora contra alienæ religionis homines decreta,cauſam
huic bello dediſſe pleriq; putant,ſi articulos pacis, à Terranouenſi in nego-
tio religionis propoſitos,ſincero animo legerit,atq; exactè perpenderit: eos
diffiteri non poſſe,per eoſdem eiuſmodi ſeueritatem ita mitigatam, vt nemo
iuſtè conqueri poſsit,Regem ſub religionis prætextu , vel in corpora ſubdi-

1579. *torum ſæuire, vel bona illorum appetere, & in fiſcum redigere, vel etiam* A
ipſorum conſcientijs vim inferre velle. Has æquißimas conditiones Ordines
non ſolùm reieciſſe, ſed famoſos libellos per totum Belgium, *& vicinas regiones, contra pacificationis negotiationem, ſpargi permiſiſſe. Itaque cùm iudicarent Commiſſarij, ſe omnem operam ludere, cùm nulla ſpes reliqua ſit, quòd aliquid apud homines iſtos peruicaces obtineri vlterius poßit, infauſtæ tractationi finem imponere voluiſſe, & ad proprios lares redire.*

Legat. reſp. & petitio. Legati lecto Commiſſariorum ſcripto, breuibus verbis reſponderunt, ſe vehementer dolere, finem cõuentui imponi, vbi primùm fructum eius cognituri, & percepturi erant: B ſpem enim ſe habere, vix vnum atque alterum diem præteriturum, quin Ordinum generalis reſolutio ventura ſit, vnde multa commoda percipere liceret. Nam in primis omnia iſta diſſoluerentur, quibus nunc in receſſu Commiſſariorum, Ordines grauari viderentur: deinde æquitas vel iniquitas petitionis eorum cognoſceretur, item interceſſionis Commiſſariorum officium, & poteſtas, tum demum vim & effectum ſuum adſequeretur. Petere ideò obnixiſſimè, quemadmodum & Ordines proximè per literas petierant, vt adflictiſsimæ patriæ ad priora beneficia hoc adderent, vt quatuor adhuc dies expectarent: fieri non poſſe, quin C iam literæ Ordinum in itinere eſſent; pro certo habere, nihil aliud præter Terranouenſis ſcriptum, quod importunè editum fuit, Ordinum reſolutioni remoram attuliſſe. Interea immortales gratias pro moleſtijs, laboribus, quos tot menſium curriculo, reconciliationis & pacificationis cauſâ, ſuſtinuiſſent, agere: non dubium ſibi eſſe, quin Ordines gratum ſuum animum declaraturi ſint, pro tot exantlatis laboribus, & quum occaſio ſe offeret, factis ipſis relaturi. D

Hæ Legatorum preces atque obteſtationes nequicquam apud Commiſſarios valuêre, ſed in propoſito diſcedendi perſtitêre, relicto ſolo Comite de Schvvarzenberg.

Paucis interiectis diebus Legati literas ab Ordinibus acceperunt, quibus adiuncta erat inſtructio, & communis omnium prouinciarum reſolutio, vnà cum literis ad Commiſſarios, & Schvvartzembergenſem. Huic, quia ſolus aderat, traditæ literæ fuêre, conſultatumque cum illo ſuper Ordinum

A dinum reſolutione. Sed cùm vlteriorem tractationem Terranouenſis denegaret, ex ipſius Schvvartzenbergenſis conſilio reſolutio illa ad Imperatorem miſſa eſt. Illa viginti articulis in hanc ferè formam comprehenſa eſt: 1579. *Reſolutio Ordinum.*

Primò pacificatio, anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſexto, die octauo Nouembris, Gandaui inita, & inſtituta, vnio quoque Bruxellis, nonâ Ianuarij anni ſequentis ſubſequuta, edictum inſuper perpetuum, Bruxellis decimo ſeptimo februarij anni eiuſdem publicatum, vnà cum approbatione regia, ſaluis ijs, quæ in ſequentibus articulis mu- B *tata aut aliter ſtatuta inueniuntur, in omnibus ſuis punctis & articulis ſeruabuntur, & executioni mandabuntur. Et quia præter ea, quæ à tempore primorum motuum acciderunt, poſt tractatus illos pacis Gandauenſis, vnionis, & edicti perpetui, vltrò citróque facta, dicta, & admiſſa fuêre, tam in generali quàm particulari: hac præſenti quoque pacificatione non minus poſteriorum iſtorum factorum & dictorum, quocunque modo & loco commiſſorum, ſiue demolitionem caſtellorum, arcium, munitionum, ſpectent, ſiue quiduis aliud, quàm eorum, quæ antea contigerunt, perpetua obliuio conſtituatur: ita, vt nulla amplius fiat mentio, exprobratio, aut inquiſitio, neque per fiſcales, officiales pu-* C *blicos, neque per alios, cuiuſcunque conditionis fuerint, quaſi ea nunquam accidiſſent, idque ſub pœna exemplaris correctionis contrà facientibus, tanquam perturbatoribus tranquillitatis publicæ infligendæ. Ad quem finem, & maiorem ſecuritatem, omnes ſententiæ, decreta, proſcriptiones, & arreſta, occaſione tumultuum prolata ſeu facta, tam in his, quàm in alijs ditionibus Regi ſubditis, irrita habebuntur, & è publicis regiſtris, & protocollis expungentur & delebuntur: neque caſtella aliqua reſtaurabuntur, quæ diruta ſunt, aut de nouo ædificabuntur à Rege aut eius ſucceſſoribus vllo vnquam tempore. Rex catholicus eiúſque ſucceſſores, vaſallis ſubditiſque ſuis ſeruabunt, tuebuntur, & ſi o-* D *pus videbitur, etiam de nouo confirmabunt, & per omnes in poſterum Gubernatores, tum generales tum particulares, inuiolabiliter obſeruari curabunt, cum præſenti tractatu omnia & ſingula iura, vſus, conſuetudines, immunitates, exemtiones & priuilegia quarumlibet ditionum, ciuitatum, oppidorum, communitatum, aliorúmque priuatorum omnium, tum in genere tum in ſpecie. Omnes regij milites extranei, tam pedites, quàm equites, Hiſpani, Itali, Albani, Burgundi, Galli, Germani, cæteríque omnes peregrini, ſiue propter præſentes motus in Belgium venerint, ſiue antea accerſiti fuerint, intra quin-*

1579. decim dies, poſt publicatam pacem, egredientur ciuitates & arces atq; om- A
nes munitos locos, & intra viginti dies inde ſequentes, Luxemburgo, adeoq́;
toto Belgio, & poſt alios viginti dies, Burgundiâ: nec reuertentur, nec alij
in ipſorum locum ſuccedent, niſi externi belli cauſâ, aut alterius neceſſitatis,
Ordinibus cognitâ & probatâ. Ipſi etiam milites in deceſſu ex ciuitatibus,
caſtellis, arcibus, relinquent omnem commeatum, tormenta, & alia bellica
inſtrumenta, in illis inuenta, quæ inde educta, euecta, translatáue aliò, reſti-
tuent, & primâ opportunitate reponent in locis, vnde ablata fuerunt, nihil
quidem efferent, ſed omnia manebunt ad vſum & tuitionem locorum ſecun-
dum diſpoſitionem inferiùs ſequentem, & pro maiori ſecuritate dicti arti- B
culi. Gubernatores & Ordines, tam generales, quàm particulares, Luxem-
burgi & Burgundiæ, iurabunt obſeruationem omnium articulorum præ-
ſentis tractatus, nec permittent aut patientur vnquam reditum vel tranſitum
aliquorum extraneorum militum in damnum, & detrimẽtum iſtarum ditio-
num. In cuius cõfirmationem exhibebunt publicum documẽtum Guberna-
tores, curabunt viciſſim Ordines mutua commercia dictis prouincijs redin-
tegrari, & cum omni ſecuritate ſeruari. Eodem tempore, quo exteri illi Bel-
gij finibus excedent, Artheſienſes eorumq́; belli conſortes reddent cum com-
meatu & Bellico inſtrumẽto ciuitates & munita loca, ab ipſis in alijs pro-
uincijs occupata, quæ in ipſorum poteſtate ſunt: viciſſim eodem tempore & C
modo reſtituentur omnia loca, quæ aliarum prouinciarum Ordines in ipſo-
rum ditionibus occupant, aut detinẽt: & ad maius leuamẽtum ſubditorum
inducẽdamq́; maiorem cõfidentiam & firmiorem amicitiam, vtraq; pars re-
uocabit, & cõtinebit omnes ſuos milites intra proprios ſuæ dictionis limites,
conſtitutis vtrinq; Commiſſarijs ad deſignationem locorum, in quibus hinc
inde degent, ſpatio menſis, aut ſex hebdomadum, vt interea pecuniâ, ſolutio
ni ſtipendij neceſſariâ, confecta, omnes vtrinq; eodem tempore dimittantur.
Et vt mutua ditionum concordia & ſecuritas ſit magis diuturna & firma:
Ordines Artheſienſium eorumq́; cõſortes cautionem præſtabunt ſe nõ da-
turos tranſitum exteris ad interiores ditiones ſimilem illi, de qua in ſuperio D
ri articulo, reſpectu Luxemburgenſium & Burgundorum, actum eſt. Viciſ-
ſim Ordines aliarum ditionum ad eamdem cautionem Luxemburgenſibus
Burgundis, Artheſienſibus, eorumq́; cõſortibus, præſtandam tenebũtur: hoc
tamen ſtatutum ſit, ſi præter exteros aliqui regij milites adhuc inueniantur,
qui partibus Artheſienſium eorumq́; conſortium nõ acceſſerunt: ij exaucto-
rabuntur, & dimittentur eodem tempore, quo exibunt exteri, & ciuitates,
caſtella & arces, è quibus exibunt, reſtituentur Ordinibus ea lege & con-
ditione, vel libera maneant ab omni militari præſidio (quo ſecurius reuer-

tantur

A *tantur incolæ, & liberiorem vſum commerciorum ſuorum habere poßint)* 1579.
niſi ea loca in finibus fuerint, vbi ante hos tumultus, ex antiqua conſuetudine, præſidia eſſe conſueuerunt. Quantum ad exactiones, cæteraq; vectigalia & onera, præſentium turbarum occaſione indicta, attinet, quandoquidem conſtat, ditiones regias horum tumultuum ac præcedentium cauſâ magno ære alieno prægrauari, ita vt periculum ſit, ne ſubditi peregrè proficiſcentes detineantur, & mercatorum commercia impediantur, niſi prouideatur. Rex Ordinibus *permittet, eo modo proſpicere, quo ad leuamen ſubditorum, patriæ libertatem & ampliationem commer-*
B *ciorum iudicabunt expedire, approbatis & confirmatis omnibus conſtitutionibus redituum, penſionum, & aliarum obligationum & ſecuritatum, hactenus per* Ordines *factis.* Et *ne quæ ſemina altercationum aut querelarum relinquantur. Omnes eccleſiaſtici proceres, nec non illuſtrißimus princeps* Aurantius, *aliiq; omnes ſeculares, tam indigenæ quàm inquilini, recuperabunt pacificè omnia immobilia ſua bona ſecularia & eccleſiaſtica, iiſque, ſiue in* Burgundia, Luxemburgo, Hollandia, Zelandia, *ſiue quouis alio loco conſtitutis, ſtatim vti ac frui poterunt: eo nimirum ſtatu & qualitate, quibus in præſentiarum illa ipſa reperientur, idque omni dolo, ac fraude ſemotis, quacunque alienatione non obſtante,*
C *à tempore pacificationis Gandauenſis factâ: in contrarium exceptis iis, quæ in capitulis, de religionis exercitio diſponentibus, inferiùs ſubiicientur: ſimiliter reſtituentur liberæ poſſeßioni mobilium, titulorum, actionum & debitorum non alienatorum. Quæ verò ante pacificationem Gandauenſem acciderunt, eiuſdem diſpoſitioni relinquentur, quemadmodum etiam diſpoſitioni decimi quinti & ſedecimi articulorum eiuſdem pacificationis Gandauenſis relinquuntur reditus & onera, quibus ipſa bona immobilia grauantur, vſque ad natalitia proximè ſequentia. Similiter quoque ſubditorum quilibet hinc inde redintegrabuntur in ſuis honoribus, dignitatibus & beneficiis eccleſiaſticis, nouis epiſcopatibus omnibus, digni-*
D *tatúmque ac beneficiorum incorporationibus ceſſaturis & in perpetuum abolendis. Similiter quoque recuperabunt gubernationes, officia ac functiones publicas, nondum aliis collatas, niſi malint rationabili compenſatione eſſe contenti.* Illis *verò, quorum officia & functiones aliis iam ſunt collatæ, æquabilis fiet compenſatio, intra quatuor menſes, poſt pacem publicatam, diſcernenda, & ſtatuenda per Commiſſarios, hinc inde committendos; ne in ipſo pacificationis principio & fine priorum tumultuum noua turbarum naſcatur occaſio.* Hoc *tamen ſtatutum, quod eiuſmodi redintegrandi tenebuntur præſtare iuſiurandum, cuius in ſequenti articulo*

1579. *fit mentio; prout facturi quoque cæteri, ad nouas functiones & officia in* A *poſterum cooptandi, reuocando, abrogando, annullando, quicquid hinc inde factum, decretum, pronunciatúmue fuerit. Nulli admittentur ad conſilia rerum Status, priuatum, ærarij aliáque officia maioris momenti, & quæ vniuerſitatem reſpiciunt, niſi grati Ordinibus generalibus, nec ad gubernacula prouinciarum, ciuitatum, caſtellorum, & munitorum locorum, aut præfecturas militares, ſtatus & officia principalia, ad ſingulas prouincias ſpectantia, niſi grati Prouincijs, in quibus exercebuntur. Omnes autem illi, ſiue ad munera vniuerſalia, ſiue alia officia aſſumendi, erunt indigenæ prouinciarum, illis muneribus idonei, ſecundum pri-* B *uilegia; qui etiam ante receptionem ſolenniter iurabunt Regi & Ordinibus fidelitatem, & obſeruationem iſtorum articulorum, promitténtque fideliter & ſincerè reuelare Ordinibus cuiuſque ditionis, ſi quid intellexerint, contra honorem, vtilitatem, aut tranquillitatem eorumdem tractari, ſub pœna periurij, & amiſſionis functionis, & officij. Captiui vtriuſque partis, qui ob dictos tumultus adhuc dum detinentur, ſtatim & abſque vllo redemtionis pretio laxabuntur: niſi iam antea de eo aliud inter eos fuerit conuentum, & conſtitutum. Comes Buranus ſuæ libertati & patriæ reſtituetur, intra tres menſes à die huius pacificationis. Decreta, diſpoſitiones, & ordinationes per Archiducem Matthiam, ſuóſque* C *adſeſſores & Ordines Statuum, à tempore vltimorum tumultuum emanatæ, tam ante ſeperationem quarumdam ditionum, quàm poſt, pro legitimis & validis habebuntur, ſuóſque debitos ſortientur effectus, quoad beneficia, dignitates, officia, aut alias res quaſcunque, quæ ſolent eſſe poteſtatis ac diſpoſitionis ordinariæ illorum, qui tenent locum Gubernatoris earum prouinciarum: & inſuper, ad preces Ordinum, Rex catholicus ratas habebit diſpoſitiones factas etiam de ijs, quæ propriæ ſuæ perſonæ reſeruantur: idque pro hac vice duntaxat, & ijs exceptis, quæ per hunc tractatum aliter ſunt diſpoſita. Ad creationem magiſtratuum, aliorúmque particularium officiariorum, in ciuitatibus & alijs locis, procede-* D *tur futuris temporibus, prout olim, & ſicut ex iuribus & priuilegijs cuiuſque prouinciæ, vrbis, & loci decet. Auctoritas atque obedientia Regi cum primis reſtituetur, & ſeruabitur, qualis merito iuxta præſcriptum diuini, & humani iuris, nec non priuilegia, vſus & conſuetudines patrias, & pacificationem Gandauenſem vnionémque ſubſequutam, edictum perpetuum, & præſentem tractatum eſſe debet. Ad regimen & gubernationem prouinciarum rex eliget Principem de ſanguine & ſtemmate ſuo, Statibus gratum, qui rerum experientia pollens, habeat dotes,*

A tes, ad id arduum munus neceſſarias, & de quo ſubditi iuſtam cauſam ſa- 1579.
tisfactionis ſint habituri: Gubernabit autem cum omni iuſtitia & æquitate, præſertim ſecundum vſus, iura, conſuetudines, & priuilegia dictarum ditionum, etiam comprehenſis pacificationibus ſupradictis, & hoc præſentis pacificationis edicto, quod ſe obſeruaturum ſolenni iuramento promittet. Et quoniam Archidux Matthias in maximis iſtis tumultibus moderatiſsimè ſe geſsit, cupiunt & ſupplicant Ordines, vt Rex Archiducem vel continuare, vel de nouo rerum adminiſtrationi committere dignetur, ſub obligatione & iureiurando, ſuprà recitatis. Ciuitates, vrbes, ar-
B ces, tormenta, & aliud bellicum inſtrumentum, commeatus, arma, & naues, aliáque omnia, ad Holandiam, Zelandiam & confœderatos ſpectantia, relinquuntur diſpoſitioni pacis Gandauenſis: per alias verò ditiones, quæ ſunt in poteſtate Ordinum, adminiſtrabuntur per eos, quibus officia Gubernatorum, capitaneorum & aliorum officiariorum per Archiducem & Ordines commiſſa ſunt, præſtito iureiurando Regi & Statibus, de quo in nono articulo ſuperiùs eſt actũ. Et ciuitates, caſtella, arces, ex quibus Hiſpani & alij exteri excedent, aliaq; officia, quæ in poſterum vacabunt, committentur, auctoritate regiâ, indigenis harum ditionum, qui ſecundum priuilegia ad ea admitti poterunt, & cuiuſque regionis Ordinibus grati erunt:
C qui, antequam illarum ciuitatum, caſtellorum & arcium, gubernationem & cuſtodiam ſuſcipiant, iurabunt iuſiurandum, in nono articulo ſuperiùs propoſitum; donec de conſenſu Ordinũ generalium, ſolenniter congregatorum, aliter de ijs fuerit diſpoſitum. Interim verò, & confeſtim ad manus Gubernatoris patrimonium aliaq; omnia bona, ad Regẽ pertinentia, tradentur: permittente nihilominus Rege, & quidem merè, in huius reconciliationis gratiam, vt quod hactenus ex eius patrimonio ſeu populi ſubſidijs deſumtũ & collectum fuit, id ita collectum receptúmque maneat: ſic tamen, vt in poſterum ab huiuſmodi detentionibus deſiſtatur. Ordines renunciabunt omnibus fœderibus pactiſq;, cum exteris, occaſione tumultuum, initis, exceptis
D ijs, quæ cum Regina Angliæ, & Alenconio duce tractata ſunt. Comprehenduntur hoc tractatu ipſa Regina Angliæ, dux Alenconius, omneſq; Principes, & alij cuiuſcunque conditionis fuerint, qui Ordinibus quoque modo fauorem & auxilium præſtiterunt. Et quoniam, propter commercia ſubditorum cum vicinis, diuerſam religionem obſeruantibus, diuturnam Regis abſentiam, & tumultus excitatos, tanta in religione mutatio orta ſit, vt ſine manifeſto diſcrimine maiorum periculorum res ad priſtinum ſtatum reduci non poſsit, Rex ad ſupplices preces ſubditorum ſuorum, & ne inteſtina diſsidia cum maiore periculo religionis Romanæ augeantur,

1579. *tolerabit tam religionis* Reformatæ, *quàm confeßionis* Auguſtanæ *exerci-* A
tia,in ciuitatibus & locis,in quibus nunc publicè obſeruantur,vicißim Or-
dines in omnibus ciuitatibus & locis ſupradictis curabunt ſtatim publicatâ
pace reſtaurari exercitium religionis catholicæ Romanæ,*propoſitis pactis*
æqualibus,inuiolabiliter obſeruandis.Præterea poſt pacem publicatam, &
*dimiſſos vtrinque milites,rebúſque pacatis,*Ordines *conuenient, & præſen-*
tibus Commiſſarijs Regis,*dabunt operam, ad minus, vt reducatur vſus reli-*
gionis Reformatæ *ad certas ciuitates & loca, ſecundum exigentiam cuiuſq;*
prouinciæ, Hollandis Zelandisq́; *atq; eorum fœderatis,nihilominus manē-*
tibus in terminis pacificationis Gandauenſis.*Studebunt quoque* Ordines,*vt* B
etiam per Hollandiam *&* Zelandiam *aliquibus locis vſus religionis catho-*
licæ Romanæ *recipiatur:donec progreſſu temporis per vlteriorem conuen-*
tum plenius prouideatur, ſi in priori congreſſu omnia abſolui non poſſunt.
De *cæteris, ſpectantibus ad confirmationem, publicationem, perpetuamq́;*
ac firmam obſeruationem huius pacificationis, poſtea agendum erit, cùm
omnia fuerint pacta & tranſacta:

Conuentus ſolutus. Cęſarei Commiſſarij & Terranouenſis,quòd Colonia iam
diſceſsiſſent,cùm hęc Ordinum reſolutio allata eſt,& eorum
reditus haud ſperaretur: Legati Ordinū domū reuocati ſunt:
& ita finis,ſine fructu,qui à principio ſperabatur,negotiatio- C
ni de pace impoſitus eſt.Res prouidè & diligenter conſulta,
diu multumq́; deliberata, ac varijs diſceptationibus agitata,

Defectio ab Ord. pro ſopiendis tumultibus, maiores turbas excitauit,& Ordi
num vires,iam multum attritas, duarum prouinciarum de-
fectione plurimum adhuc debilitauit, & Malecontentorum
partes, quæ ab initio contemnendæ videbantur, maximè
confirmauit. Nam Atrebates, & Annones,ſecundum Mon-
tenſe edictum Regi reconciliati, ſe cum illis coniunxerunt.
Hæ communi conſilio decreto aduerſus Ordines bello, ad
Bruxellas copias duxêre,ad impediendum, ne milites in vr- D
bem intromitterentur, vt ciues, iuſto præſidio deſtituti, re-
bus ſuis timere cogerentur.

Decretum. militare. Decretum eſt Antuerpiæ,ne Iuriſconſulti aut literati Co-
mitia de rebus bellicis ingrederentur, quia res ſegniùs a-
gi apparebant, quàm opus fuiſſet, pro his delecti ſunt vi-
ginti & quatuor rerum bellicarum periti, quorum decreta
rata firmaque forent, abſque vlteriori diſputatione: quòd
præter rationem eſſet, vt Jureconſulti de rebus bellicis de-
cerne-

Accernerent. Vbi illi viginti quatuor militares viri conueniſ- 1579.
ſent Antuerpiæ, ſanxerunt, vt promulgaretur edictum Ordinum nomine, vt omnes arbores & ædificia circa vrbem, ad certum loci ſpatium, intra quindecim dies, excinderentur & ſuccenderentur: ne his tegerentur hoſtes, cùm mœnibus appropinquarent. Miſſa præterea quinque Scotorum peditum vexilla Lyram & Verboden, & alia quædam oppida; quoniam quinque Gandauenſium cohortes paulò antè ab Hiſpanis, non procul à Gandauo, profligatæ fuerant.

B Mechlinia, quoniam denuò cum Malecontentis conſpirabat, & propoſitis quibuſdam conditionibus partes ipſorum fouere velle dicebatur: Malecontēti quinquaginta carros, vario commeatu onuſtos, eò cum ducentis equitibus & peditibus quadringētis miſerunt. Id cùm ad Nuenſem regulum, qui aliquot turmis Ordinum nomine præerat, fuiſſet delatum: procedit obuiam cum mille ferè peditibus atque equitibus quingentis. Commiſſo ad Alſtum oppidum prælio, Malecontentorū copiæ, quæ carris præſidio eſſe debebant, fuſæ ac profligatæ ſunt, & carri omnes Bruxellas abducti. *Mechlinia Mal. ſequitur.* *Malecont. copiæ profligatæ.*

C Non multò pòſt natum eſt nonnihil controuerſiæ inter illos populos, qui deſciuerant à communi Belgarum fœdere, ab iiſq; Mansfeldius Comes, cum aliquot aliis, ad Parmenſem miſſus eſt, qui ab ipſo flagitaret, vt primæ pactionis conditiones ſeruarentur: quæ erant; vt Hiſpani è Flandria excederent, & bellicum omne inſtrumentum Flandris reſtituerent, ſecundum pacificationis Gandauenſis præſcriptum: niſi id fieret, profitebantur: ſe velle ab Ordinum partibus ſtare. Cùm diſsimulationibus variis atque tergiuerſationibus vterentur Hiſpani, Neruorum & Atrebatum Commiſſarii, cum

D aliquot Flandriæ proceribus, Brugas ad primores Ordinum adceſſēre, vbi erat Aurantius, ſe ad illorum fidem confugere dēclarantes, quòd à Parmenſi fœderis conditiones non ſeruarentur. Illi benignè excepti fuēre, & leges tranſactionis propoſitæ. At Ordines, quòd Hiſpanos è Belgio non eſſe exituros iudicarent, milites vndique ad ſigna vocant, maximè in Holandia, Zelandia, Geldria & Brabantia: copias iam collectas recenſent, & Germanos equites accerſunt. *Neruii & Atrebates deficiunt à Parm.* *Ord. copias colligunt.*

Interea Nuenſis regulus cum quadringentis equitibus in

1579. agrum circumiectum vrbium, quæ Hiſpanorum partes ſe- A
quebantur, quotidie excurrebat, atque omnia igne ferroque populabatur.

Gandauenſes & populi finitimi ad trecenta millia florenorum in vſus bellicos Aurantio concedunt, vt copiæ ad defenſionem patriæ colligerentur: neq; ita multò pòſt, quòd copiæ Ordinum quotidie creſcerent, & Niuella in ipſorum po-

Hannutũ & Zenum ab Orb. occupata.

teſtate eſſet, Hannutum & Zenũ, caſtella propinqua, ab illis è Malecontẽtorum manibus erepta ſunt, dedentibus ſeſe, qui in præſidio erant, militibus: quo fermè tempore Hiſpani Vil- B

Villebruchũ imprudenter deſertum ab Hiſp.

lebruchum deſeruêre, quòd cõmodum eſſe non exiſtimarẽt, vt vires ipſorum ita diſpergerentur. Illud oppidum, quòd bello gerendo aptiſsimum Ordinibus videretur, & magnam ſecuritatem Bruxellenſium rebus daret. Eò Aurantius acceſsit, & magnâ diligentiâ muniri iuſsit. Parmenſis, quòd ad impediendam commeatuum conuectionem Mechliniam, plurimum momenti haberet, Hiſpanorum factum maximè improbauit, illisq; minitatus eſt, niſi quod per inſcitiam amiſerant, per virtutem recuperarent, ſe illos exauctoraturum: ſed res ardua, & periculo plena videbatur, quòd nouæ munitiones ab C
Aurantio ſolerter additæ fuiſſent.

Interea Valencenæ, Baganum aliaque Atrebatum oppida legationes ad Archiducem Matthiam miſêre, vt illi, tãquam ſummo Ordinum Gubernatori, & Aurantio ipſius Legato, obedientiam præſtarent.

Ipſe Matthias quia compererat Mechlinienſes perfidè ab Ordinibus ad Hiſpanos defeciſſe, per publicum edictum pro-

Decretum cõtra Mechlinenſes.

poſuit capitis ſupplicium, ſi quis Mechliniam commeatus importaret, ciuibusque ſignificauit, vt intra quatriduum ad priſtinam amicitiam & fœdus cum Ordinibus redirent, detre- D
ctantibus grauiſsima ſupplicia denuncians. Ea cum Mechliniæ renunciata eſſent, non parua inter incolas exorta eſt contentio: quoniam magiſtratus Ordinum iram ex iuſtis cauſis conceptam formidantes, ad vrbis defenſionem Hiſpanos introducere volebant, & populus arreptis armis, huic decreto reſiſtebat, cædéq; magiſtratibus minitabatur, ſi id facere tẽtarent, quòd ex æquo & commodo non videretur, libertatem ciuitatis his aut illis prodere: ipſos ſatis viriũ ad tuenda mœnia

A nia habere, ſi concordibus animis defenſionem pararent. 1579.

Varijs in locis bellum tunc gerebatur. Nam Parmenſis copias, Rempenum verſus, ad Berghenas expugnandas, duxerat, & qui Lillæ in præſidio erant, cum Hiſpanis & Malecontentis illius tractus, cōiunctis viribus, Mennium adorti ſunt: *Menninū adoriuntur Hiſp.* quòd locus ille ad res Hiſpanorum in Flandria promouendas magnā opportunitatem habēre videretur, & magna ſpes prædæ, ob opulentiam loci, milites ad inuadēdum incitaret. Conuenerant iam ad Menninum triginta Vvalonum turmę,

B & aliæ Malecontentorū copiæ, quæ inter Lillam, & Menninum caſtrametatæ erant: ſed cum pluries mœnia tentata fuiſſent, oppugnātes cum magna fortiſsimorum militum clade *Oppugnatio irrita.* à propugnatoribus reiecti ſunt; & ita, vt vlteriùs tentare non auſi fuerint, ob id maximè deterriti, quòd locus validiſsimo præſidio muniretur, (erant enim ad duo millia delectorum peditum) & quòd tormentorum violentia deiectum, aut minus firmum in mœnibus erat, pertinaci incolarum diligentiâ repararetur. Nō minorem difficultatem ad loci oppugnationem adferebant ingentes Ordinum copię, apud Halleuinum

C caſtrametatæ, quæ quotidie nouis cohortibus adcedentibus augebātur: vnde fiebat propter vicinitatem caſtrorum, vt minutis prælijs ſingulis diebus certaretur.

Haleuini præfectus, quòd hoſtium vires maiores eſſe cerneret, quàm vt auxilia in vrbem intromitti poſſent, deditionem fecit. *Haleuinū deditum.* Ipſe liber dimiſſus eſt, oppidum euerſum & ſolo ęquatum, quod Mennino nimis eſſet propinquum. Etenim ſi hoc ab hoſtib. ſemel caperetur, illud difficulter retineri poſſet. Fuerat Menninum paulò antè à Scotis interceptum, cùm Malecontentorum copiæ, quæ ibi in præſidio collocatę fue-

D rant, ad Cortracum excurriſſent.

Parmenſis cùm Ordinum copias adauctas videt, delectus *Parm. apparatus.* militum, tum peditum tum equitum, haberi iubet, vt illorum conatus impediret. Enimuerò cùm nouis & crebris acceſsionibus virium Ordinum caſtra aucta eſſent, auctus etiam illis animus atque ardor pugnandi. Quamobrem Nuenſis *Nuenſis progreſſus.* non amittendam occaſionem ratus, cum expeditiſsimis equitum ac peditum turmis, ex improuiſo, Verunichum per vim occupat, ducētis & quinquaginta militibus præſidiarijs

1580. ſeruatis. Verunicho capto Rizierenum verſus mouet. Malecontenti de eius profectione & conſilio certiores facti, oppidum ſuccendunt atque in pacatum abeunt. Nuenſis perterritis inſtandum ratus, Vaſtentum & Cauernam adgreditur, illiſq; potitur: tum hoſtilium equitum quinque vexilla, facta ipſi obuia, commiſſo prælio, in fugam vertit, fermè octingenti, partim cæſi partim capti ſunt, cæteri in varia diſpalati. Cùm res Ordinum tam feliciter ſuccederent, iam Malecontentos, ſe ab Hiſpanis diuulſos, pœnitebat: ſatis enim intelligebant, ſine illis hoſtium vires ſuſtinere non poſſe: idcirco cum ipſis copias coniungere maximè cupiebant. Id vt commodiùs fieri poſſet, indicta ſunt à Malecontentis Valencenis comitia, in quibus de ſumma belli communi conſilio decerni poſſet. A B

1580. *Motus Levvardenſis.* Inchoante anno octuageſimo, Levardę Friſiæ magnus, inter ciues & præſidium arcis, motus excitatus eſt. Cùm fortè milites, quibus vrbis cuſtodia erat adſignata, ſtationem prope arcem collocâſſent, arcis cuſtos, ne quid contra ſe pararetur, metuens, ad arma conclamari iuſsit: Tympanorum ſonitu à ciuibus audito, quaſi ad pugnam vocarētur, ipſi cum præſidiarijs militibus arma capiunt, foſsiſq; ductis, arcem circũuallare cœperunt: ad quod opus faciundum, Monachorum operâ, ſacrificulorum, atque vxorum militum, qui in arce erant, vſi ſunt. Hi milites, quòd magna ex parte ciuium filij eſſent, & religionis Pontificiæ, in conciues & contribules familiareſq; ſuos, atque ſacrorum præſides, ſcloppettos diſplodere non auſi ſunt, nec defenſionem, quam ex iuramento debebant, ſanguinis & religionis reuerentiâ moti, parârunt. Tribunus ignauiâ & conſternatione ſuorum territus, vitâ & rebus ſaluis, deditionem ciuibus fecit, in eorumq́ue manus arcem tradidit. Eâ receptâ, promiſcuæ plebis concurſu, ſtatim aggeres deiecti ſunt, foſſæ impletæ, & tormenta, quæ in propugnaculis & aggeribus erant, à pueris, ſtupentibus cunctis, funibus attracta. Inde cohortes ad arcem Harlingenſem ductæ. Qui arcem cuſtodiebant, diu reſtitêre, tormentis ſedulò rem agentes, à quibus tres viri occiſi ſunt. Sed cùm nullum auxilium expectarent, & ſatis tolerabiles conditiones ab obſidentibus proponerentur, arcem dedidêre, quæ ſtatim à populo C D

Arx Levvardenſis et Harlingenſis dirutæ.

A pulo euerſa eſt, & ſolo æquata. Eodem tempore Stauerenſe castellum ſimili modo euerſum. 1580.

Dum hæc agebantur Levvardæ, eſt in alijs oppidis ac pagis Friſiæ in diuorum imagines ſæuitum, Friſijs à vicinis Holandis, vti dicitur, exemplum ſumentibus. Euerſis altaribus, & deiectis imaginibus, ſupellex templorum & monaſteriorum vẽdita, & bellicis vſibus, pro defenſione patriæ, pretium eius addictum. *Iconomachia.*

Tunc temporis naues quædam Holandicæ, militariter inB ſtructæ, ad Coloniam vſque Rhenum infeſtantes venêre: idcirco Electores illi quatuor, quorum ad Rhenum præcipua iuriſdictio eſt, Palatinus, Moguntinus, Colonienſis & Treuirenſis, quatuordecim naues inſtrui curârunt, quò Rheni nauigationem tutam redderent.

Areſcottanus, qui Legatus Coloniam ab Ordinibus miſſus fuerat, ſatius eſſe ratus, ſi illis relictis in Annoniam ſe conferret: per Aquiſgranum ac Leodiũ ad Duciſſam Parmenſem, quæ Namurij erat, rectà tendit, à qua fuit benignè acceptus. *Areſcottani defectio.*

Georgius Lalænius, Rennebergenſis comes, Grunningæ C tunc erat, qui ab vnione Traiectenſi ad Malecontentos deficiens, cùm in ſuas partes complures Grunningenſes traxiſſet, illis diem adſignauit, quo in eos, qui reformatam religionem amplexati fuerant, impetus ex improuiſo fieri debebat: Ad condictam diem omnes coniurati in foro præſtò adfuêre, qui, vt ſeſe mutuo à cæteris dignoſcere poſſent, faſcias albas in ſiniſtris brachijs deferebant. Cùm in forum venêre, Rennebergenſem equo inſidentem offenderunt, manu diſtrictum gladium tenentem, qui ſuos altâ voce compellans, rogauit, hortatusque eſt, vt ipſum iuuarent, ad rem laude diD gnam & neceſſariam peragendam, vt quæ ad Regis dignitatem adſerendam, & propriam cuiuſque defenſionem pertineret. Vix ea effatus erat, cùm coniurati omnes in domos Reformatorum, effractis portis, irrupêre, eosque captiuos fecêre. Interea equites per vicos diſcurrebant, quibus cùm nullus è Reformatis obuius fieret: eos, qui è feneſtris proſpiciebãt, ſcloppettorum glandibus impetebant. Fuit magnus in vrbe tumultus; pauci tamen interfecti ſunt, in queis vnus fuit, decurionatus officio in ciuitate functus, qui cum Hennebergẽ- *Lalenij facinus & proditio.*

X

1580. ſem duriùs appellâſſet, exprobratâ illi tyrannide in populum,& iuramenti violatione, ab vno adſtantium glande caput traiectus eſt. Capti fuêre è Reformatis ciues circiter trecênti,quorum alij in templo vno aſſeruati ſunt, alij in carceres coniecti.Ad hunc modum Grunninga fuit à Malecontentis intercepta. A

Levvardenſes. Levvardenſes,dum hoc reſciuêre,in cõciues ſuos, qui Pontificiæ religionis erant,manus iniecêre, eodẽ iure cũ illis agere volentes,quo Grunningenſes cum ſuis, qui reformatæ religionis cauſam tuebantur, egerant: ſed re maturè inter eos deliberatâ,nihil durius decreuêre, quàm quòd eorũ aliquot in proprias ædes relegârunt, qui poſtea exulârunt. B

Friſiorum conatus in recuperanda Groninga. Friſij tam doloſè & perfidè Grunningam interceptã, ægrè admodum tulêre,quã vt recuperarent, vndiq; captis armis ad eam obſidendam confluxêre.Qui Rennebergenſis partes ſequebantur,vt obſeſsis opem ferrent, delectus militũ per Friſiam habuêre ſub Martini Schenki auſpicijs, qui Hohenloenſi obuius factus,in planitie Hardebergenſi, commiſſo ſtatim prælio, eius copias fudit & fugauit. Hohenloenſis ob eam iacturam animum non deſpõdet;ſed ſuos diſsipatos & in varia diſperſos recolligit, & nouas copias, tum equeſtres tum pedeſtres,prioribus addit:ſed cùm iterũ cum hoſte prope Lingenum collatis ſignis conflixiſſet ab eo denuò ſuperatus eſt. Hæc iterata Schenki victoria Grunningam ab obſidione liberauit.Nam qui eã obſidebãt, victoris exercitus aduentum nõ expectandum rati,collectis vaſis,properè abiêrunt, vnde ingens metus fœderatis vrbib. incuſſus eſt,quæ omnes,ne quid graue ab hoſte paterentur,militare præſidium recepêre. C

Conſilium Aur. Ord. datum. Conuentus Ordinum Delfti Holandię tunc agebantur,in quibus Aurantius Delegatis Prouinciarũ ſcriptum exhibuit, quo eos monebat, vt populis, à quibus erant miſsi,declararent,diligentiùs & attentiùs rebus bellicis aduertendum eſſe: potentes & bellicoſos hoſtes eſſe,vigilantiſsimos, induſtrios & omni occaſioni intentos, atque Belgis libertatis amantibus infenſiſsimos. Conſentientibus animis communibusque ſuffragijs Ordinibus decretum, pacis conditiones ab hoſtibus propoſitas, vt iniquas, nequaquam recipiendas, & belli conſilia neceſſariò reſumenda, quòd aliter commu- D

mu-

A munem libertatē, facultates ſingulorum, honores, liberos, & 1580
vxores tueri ac defendere nō liceat: ſed de modo gerēdi belli nihil eſſe definitū, quod omnibus, qui hęc audierint, admirationem mouere poteſt. Etenim quandiu res in eo ſtatu erit, conſilia, conatus & labores omnes irriti erunt, & grauiſsimis difficultatibus ac periculis patria implicabitur. Optimè quidem in qualibet Prouincia conſilium conſtitutum, quod ingruentibus neceſsitatibus prouideat: non minus autem neceſſarium videri, commune & generale conſilium conſti-
B tui, quod de ſumma rerum deliberare & ſtatuere, conatibus hoſtium obuiam ire, conſilia peruertere, etſi occaſio ſe offerat, totâ virium mole ipſos inuadere poſsit: etſi enim Ordines numeroſas copias habent: tamen quòd in varia loca diſtractæ ſunt, eas parum aut nihil vtilitatis adferre: quoniam nec hoſtium impetum infringere poſſunt, nec pericula depellere. Ad vitandam quæ inde timentur, pericula, conflandum neceſſariò exercitum eſſe, qui pro occaſione hoſtes inuadat, aut repellat. Propter confuſionem, quæ eſt inter fœderatos Belgas, multas vrbes ab hoſtibus manu ca-
C pi, plures ad eos vltrò deficere, integras Prouincias in eorum partes tranſire; ſingulorum animos labaſcere, nullam alacritatem, in defendenda communi cauſa, qualis in belli initio viſebatur, in populis amplius conſpici; nullum exterum principem, nullam vicinorum remp. amicitiam Belgarum expetere, nullam ex vrbibus, quæ ab hoſte tenentur, Ordinum cauſam amplecti; illos magnas paſsim facere iacturas, in tanta rerum perturbatione, nemini mirum videri debere. Multorum locorum defectionem & amiſsionem expectādam eſſe, niſi promtiſsimum remedium adhibeatur. Hoſtium vires
D ſuſtineri, & conatus impediri non poſſe, niſi paretur exercitus, qui ſaltem quatuor equitum millia & duodecim peditum habeat, & iuſtum tormentorū apparatum; non annumeratis ijs militibus, qui in præſidijs vrbium erunt. Si veteranos & exercitatos milites habere lubet, ſicut ratio belli poſtulat; Ordinum ductores, de recipiendis ſuis & militum ſtipēdijs, certiſsimam cautionem habere debere; quoniam veterani aliter paciſci non ſolent. Copias autem collectitias habere velle, nihil aliud eſſe, quàm patriæ vaſtationem quærere: quòd

1580. id militum genus, non gloriam & decus, ſed ſpolia tantùm A adpetat. Cùm vero equitatus ex Germanica gente ſolùm parari poſsit, neceſſarium videri, cum columellis, qui Ordinibus operam ſuam locare vellent, in tempore, & antequam hoſtis vrgeret, tranſigere. Vrbes omnes, dum in periculis verſantur, ad ipſum Aurantium confugere, quaſi penes eum ſumma rerum adminiſtratio eſſet, quas ſine ſpe auxilij abs ſe dimittere cogitur. Supremum itaque conſilium ex viris, ſingularis peritiæ & notæ probitatis, conſtituendum, exercitumque conflandum ex veteranis militibus & bello induratis, qui B ſimul coniuncti formidabiles hoſtibus erunt, patriam à periculis tutam & ſecuram reddituri ſunt, & ſingulis ciuitatibus multorum ſumtuum & onerum datari leuamentum. Aliter facientibus Belgis certiſsimum exitiũ imminere. De his Ordinum Delegatos admonere voluiſſe, quòd id officij ſui eſſe putaret, qui populi neceſsitatib. prouidere cupiebat, & quòd fideliter in tempore admonenti, venturarum ob ſocordiam & negligentiam cladium, culpa imputari non poſſet.

Illud Aurantij cõſilium omnibus quidem Ordinibus probabatur; effectu tamen caruit; ſiue quòd populus ſumtibus C parcere vellet, ſiue quòd magnates inuidia inter ſe laborarent, & nullus eorum honorem ſibi ab alio præripi pateretur.

Cùm verò Parmenſis ipſum Aurantium tam diligentem & ſedulum, in procurandis Belgicorum populorum negotijs, videret, & eum eſſe ſolũ, qui rebus afflictis ſuccurrere poſſet:

Aurantius proſcribitur. proſcribendum curauit, exiſtimans, magnam eorum partem, qui ei adhærebant, metu pœnæ, quæ in proſcriptione proponebatur, ab illo dilapſuram, & ita ipſum à multis deſertum, nullam amplius facultatem, qualem antea habuerat, nocendi regiæ cauſæ habiturum. Proſcriptionis formula typis fuit D in varijs linguis excuſa; *In qua exprobratis ipſi plurimis beneficijs, à Rege Hiſpaniarum & eius patre acceptis, in quibus hæc præcipua; quòd in numerum Velleris aurei equitum cooptatus eſſet; præfecturâ prouinciarum Holandiæ, Zelandiæ, Traiecti, Burgundiæ donatus; vnus è conſiliarijs Status delectus: ingratitudinis, perfidiæ, rebellionis, perduellionis & hæreſeos damnatur; vt qui per varios aſtus obæratos, nouarũ rerum ſtudioſos, Lutheraniſmi et Caluiniſmi ſuſpectos, ſibi cõciliauerit; nobiles aliquot, ſibi familiares, ad offerendũ libellum ſupplicẽ Auſtriacæ Gubernatrici, pro tollenda*

Inqui-

A *Inquiſitione, in religionis negotio, induxerit, conciones, & alia nouæ reli-* 1580
gionis exercitia, in Belgij Prouincias *introduxerit; vnde furentes populi*
templa, ſacris vſibus dicata, profanârunt, Diuorum *imagines perfregerunt,*
& altaria euerterunt: E Belgio *pulſus, cum copijs militaribus è* Germania
veniens, Regis *ditiones hoſtiliter inuaſerit, inde cum ignominia fugatus, fe-*
rocior redierit, & ſuſceptâ Holandiæ *&* Zelandiæ *adminiſtratione, hære-*
ticam Doctrinam, *per ſuos emiſſarios, in omnes earum* Prouinciarum *vr-*
bes & pagos diſſeminauerit, eiectis inde veris paſtoribus & religioſis ac
pijs viris. Et cùm omnia dißidia inter regios ſubditos, prudentiâ atq; indu-
B *ſtriâ* Auſtriaci, *fratris* Regis, *pacata eſſe viderentur, bellum priori acrius re-*
nouauerit, regias ditiones in grauißimas turbas adduxerit, hæreticos exules
in patriam reuocauerit, exercitium omne Catholicæ *religionis, ijs in locis,*
qui eius autoritatem reſpiciebant, prohibuerit, Auſtriacum Ordinibus *&*
populo malis artibus ſuſpectum reddiderit; vt protector Brabantiæ, *quem*
Revvartum *vocant, dein prolegatus regius totius* Belgij, *&* Gubernator
Flandriæ *crearetur, procurauerit, totam* Holandiam *&* Zelandiam *tumul-*
tu populari repleuerit, direptionibus templorum, prophanationibus ſacra-
mentorum, captiuitate Eccleſiaſticorum *hominum, mutatione magiſtra-*
tuum defœdârit, æquißimas pacis conditiones, à Commiſſarijs, Coloniæ *con-*
C *gregatis, oblatas, reſpuerit; in natale ſolum, ad ſedandos tumultus, redire no*
luerit. Propter *has cauſas perduellis, &* Regis *ipſiusq; ditionum hoſtis, de-*
claratur, & in perpetuum ex omnibus terris, quæ Regis *imperio ſubditæ*
ſunt, proſcribitur, atque ſubditi omnes, cuiuſcumque ſtatus & conditionis fue
rint, prohibentur cum illo publicè & priuatim familiariter conuerſari, eum
tecto recipere, commeatu aut alia re ad victum neceſſaria iuuare, ni regiam
indignationem ſubire velint. Permittitur *etiam omnibus regijs ſubditis &*
peregrinis, pro exequutione regiæ ſententiæ, eum prehendere, detinere, ſiſte
re, quouis modo offendere, ſiue in perſona, ſiue in bonis, tanquam publicum
generis humani hoſtem, danturq; eius bona, tum mobilia tum immobilia, v-
D *bicunque inueniri poterunt, primo occupanti: ijs exceptis, quæ iam in pote-*
ſtate Regis *ſunt.* Promittitur *inſuper illi, qui ipſum occiderit, præmium vi-*
ginti quinque millium aureorum; & ſi quod crimen vel atrocißimum com-
miſerit, venia conceditur; ſi ignobilis fuerit, nobilitatis titulus, qui ad poſte-
ros tranſmittetur. Quoniam *verò receptatores, fautores, & amici eiuſmodi*
tyrannorum, eos conſeruant, & in ſua malitia & nequitia tuentur; decla-
rantur omnes, qui intra menſem, à publicatione proſcriptionis, eius partes
non deſeruerint, quin potius cum fouere, tueri, & iuuare, quoquo modo, di-
rectè vel indirectè, perſeuerauerint, ſimiliter in numero rebellium, & quie-

1580. *tis publicæ hoſtium, habebuntur; omnibusq; bonis, nobilitate, honoribus, gratia, fauore, ſpoliabuntur, eorumq; perſonæ & facultates primo occupanti, & prehendenti dabuntur: cõceſſa tamen iis veniã, qui antea ſequuti eius partes ad obedientiam Regis redibunt, & tractatum Atrebatenſem, Montibus Annoniæ confirmatum, aut articulos à Commiſſariis Cæſaris Coloniæ conceptos recipient.* A

Cameracũ Alen. deditum. Parmenſis exemplar proſcriptionis nomine Regis Hiſpaniarum magiſtratibus quibuſdam tranſmiſit; quo ferè tẽpore Cameracum, perſuadente Inſio, arcis præfecto, ſe Alenconii patrocinio permiſit, ciuib. & eccleſiaſticis, qui in verba eiuſdem iurare noluerunt, vrbe exactis. B

Aurantii Apologia. Ad proſcriptionis formulam ſcripto publico Aurantius reſpondit, in quo hæc maximè continentur: *Primùm gratias Deo agit, quòd luculentum teſtimonium habet internecini odii eorum, qui non ſolùm implacabiles hoſtes ſunt ipſi: ſed etiam patriæ: à quibus, dum perſeuerabũt in tyrannide, nec fauorem nec amicitiã vllam poſtulat, qui ſuo virulento ſcripto manifeſtè declarãt, ſe in arte maledicẽdi quãplurimos antecellere: vt quẽ neq; veneno neq; gladio occidere potuère, nec ſubdolis & fallacib. promiſſis decipere, linguarũ ſuarũ toxico interficere conẽtur. Poſtea obiecta ſibi crimina diluit: ingrati animi labẽ & perfidiæ notam à ſe reiicit, cõtraria officia cõmemorans, quòd ſcilicet fidelẽ operã Carolo Cæſari, Regis patri, ipſiq; Regi præſtiterit, non ſolùm in bellis, ſed in aulico ſplendore etiam atq; legationibus, vbi cùm magnos ſumtus feciſſet, nullam vnquam dignã factis compenſationẽ recepit. Fatetur cõſilia & conatus omnes adhibuiſſe, vt Hiſpani omnes è Belgio eiicerẽtur, quòd introducẽdæ Hiſpanicæ Inquiſitionis prætextu, libertati patriæ, vitæ & honorib. nobilium, & ditiorũ facultatib. inſidias molirẽtur, & ſub emẽtito religionis Catholicæ zelo, intolerandã & barbaram tyrannidem exercere, & omnia tanquam in hoſtico prædæ exponere vellent: ad id aũt non obæratos & capitalia auſos in partes traduxiſſe, ſed viros eximios, nobilitate, dignitate & autoritate cõſpicuos. Se in cauſa fuiſſe, quòd ſupplex libellus Gubernatrici fuerit à nobilibus exhibitus, non negat: hoc tamẽ factum tumultibus initium non dediſſe, cõtendit: ſed eorũ culpã in illos reiiciendam, qui ſupplicãtium preces rigidã fronte reiecerunt, cùm hoc Roboam dicto: Pater vos virgis flagellauit, filius vos verberabit ſcorpionibus: receptionem etiam nouorum Epiſcoporũ, & priuilegiorum patriæ violationem, huic incendio faces ſubminiſtráſſe: conciones Reformatorum Doctrinæ, ſuo inſtinctu & ſuaſu, fuiſſe apud populum introductas, negat: licet Gubernatrici pòſt ſuaſor fuerit, vt ad maiorem tumultum vitandum, eas* C D

per-

A permitteret: ruptas à tumultuante plebe Diuorum imagines & deiecta alta- 1580.
ria fuiſſe; eam inſolentiam ſummopere improbâſſe: Se Belgium deſerere, &
in Germaniam ſe recipere coactum fuiſſe, falsò adſeuerari, anno antè à Rege
miſsionem poſtulâſſe, quòd ex ipſius literis, quas reſcripſit, ſciri poteſt. De
ſumtis armis hanc rationem reddit: Mutuam eſſe obligationem inter domi-
num & vaſallum; ita, vt cùm dominus promiſſa nō ſeruârit, nullo iuramenti
vinculo vaſallus ampliùs teneatur: contra Brabātiæ priuilegia & præſtitum
Ordinibus iuramentum Buranum Comitem, ipſius Aurantij filium, ex Aca-
demia Louanienſi, in Hiſpaniam, Regis iuſſu, abductum fuiſſe; facultates &
B reditus fiſco adiudicatos, populi Belgici Legatos, ſuppliciter priuilegiorum
conſeruationē poſtulantes, immaniter trucidatos: hæc ſatis iuſtam cauſam ſu-
mendi arma videri: notoriam enim vim depellere iura omnia, tum diuina,
tum humana, permittere: defenſionem Holandiæ & Zelandiæ, petentibus
incolis, ſuſcepiſſe: hommines, Rom. Eccleſiæ ritus ſequentes, non ſuâ autorita
te eieciſſe; ſed Ordines, & neceſsitate quidem ad id coactos, quòd nonnulli
ex illis aduerſus communem patriæ quietem conſilia agitarent; de ijs culpam
immeritò in ipſum reijci, cùm Holandi & Zelandi omnes, rem aliter ſe ha-
bere, teſtari poſsint, & in Bredana pacis negotiatione oſtenſum fuerit, id cō-
muni omnium ciuitatum conſilio factum. Accuſationem infirmo niti funda-
C mento, quæ ſimplici negatione dilui poteſt. Qui religionem reformatā pro-
fitentur falsò hæreſeos crimine apud populum traduci, cùm id per tot anno-
rum curriculum, quo hæc cauſa agitatur, non potuerit probari. Belgium in-
uadendi iuſtam cauſam habuiſſe, nempe vt immanem tyrannidem Hiſpano-
rum vindicaret, & patriæ libertatem reſtitueret: quòd non omnia ex vo-
to ſucceſſerint, id cum multis viris inſignibus commune habere; turpius au-
tem, Hiſpanos Holandiæ & Zelandiæ poſſeſsionem amiſiſſe: ipſum in eas re
giones non veniſſe, niſi ab incolis vocatum, quas tamen pro præfecti officio
& patrimonijs, quæ in eis habet, peculiari affectu proſequebatur. Gandauen
ſem pactionem à Rege, Sellio Barone declarante, improbatam fuiſſe, & ab
D Auſtriaco nunquam obſeruatam. Belgas cùm eam conceperunt, non cum Re
ge, ſed inter ſe fœdus iciſſe, vt communi conſilio & viribus Hiſpanis & a-
lijs, qui ipſorum libertati inſidiabantur, ſe opponerent: non Holandos &
Zelandos primos, nec ipſum Aurantium ab illa tranſactione reſiliiſſe: Ordi-
nes Holandiæ & Zelandiæ quoſdam articulos pro ſua ſecuritate ampliâſſe,
quos omnino mutare, exigentibus negotijs, poterant; quoniam illud edictum
non à ſuperiori poteſtate habuerint, ſed conſentientibus ſuffragijs, in commu
nem vtilitatem conceperint. Voce & ſcriptis ſæpius demonſtratum, nihil ab
Ordinibus in illa tranſactione mutatum nec antiquatum fuiſſe; vt impuden-

1580. *tes meritò dici debeant, qui eam ab ipſis violatam & ſpretam fuiſſe adſerũt.* A
Prohibitum quidem in ea Holandis & Zelandis, quicquam innouare, ſed nõ aliis Prouinciis, quibus poteſtas relicta eſt, vt ſuæ ſecuritati, quauis ratione, prouiderent, quod ex vndecimo & duodecimo, articulis, videre licet. In Holandiæ & Zelandiæ quibuſdam vrbibus nonnihil innouatum fuiſſe; ſed abſq; ipſius Aurautij conſilio & conſenſu. Qui ſe cum Malecontentis coniunxère, tumultuantium militum proteruiam confirmantes, eos cum publicis hoſtibus in patriæ perniciem conſpiràſſe, & à fœderatis impiè defeciſſe, cõmuni cauſà proditâ: hoc verò eſt, totam Gandauenſem tranſactionem, non vnum illius aut alterum articulum, violare. Illorum improbâ defectione Maſtrichum fœ B
dè amiſſum, & viros ſtrenuos, de rep. bene meritos, hoſtium crudelitati expoſitos fuiſſe: qui tam graue vulnus cõmuni patriæ inflixère, eos eſſe, qui Mãſfeldium, Viglium, & alios ſecretioris conſilij viros Bruxellis cuſtodiæ tradiderunt. Eorum non ſolùm impietatem, qui patriam perſequuntur, ſed fatuitatem omnibus conſpicuam, qui à fœderatis deſciſcentes, iis, quos captiuos fecerunt, viam ſternunt, ad pœnas de ipſis ſumẽdas. Quod non ſeuerè animaduerterit in eos, qui inſolenter & proteruè ſe geſſerunt, id non ideo factum, quòd turbulentos & factioſos homines fouere voluerit, & eorum flagitia approbare; ſe grauibus verbis ipſorum inſolentiam & temeritatem arguiſſe, vt qui maximè cuperet ad ſaniora conſilia reducere: quod nihil in cohor- C
tandis illis profecerit, nõ propterea in gratiam hoſtium illos internecioni dare debuiſſe. Etenim patresfamilias inſanientes liberos non perdere & excindere; ſed quocunque modo poſſunt, admonendo, corrigendo, tolerando, emẽdare ſolent. Burſium Montignium & ſocios in teſtimonium vocare, quod omnem operam atque diligentiam adhibuerit, vt gliſcentes in Flandria tumultus ſopirentur, & quòd omnes rei tranſigendæ articulos, ab ipſis propoſitos, ſine vlla tergiuerſatione, receperit, quos neglecto iuramento impudenter violàrũt. Furorem, amentiam, ambitionem, odium in reformatam religionem, atque dominandi cupiditatem illos ad capienda arma incitàſſe, quod immane facinus pacificationis Gandauenſis tuitione tegere voluère. Falsò ipſi ob- D
iici, quòd protectoris Brabantiæ titulum atque officium ambierit, cùm, illud munus oblatum reſpuiſſe, facilè probari poſſit. Legati generalis nomẽ, non niſi ex communi omnium ducum exercitus cõſilio & ſuaſu recepiſſe. Quod ipſi concuſſiones, exactiones, proſcriptiones obiiciunt, putidas eſſe calumnias, & de his ad Ordinum iudicium adpellare. Popularem fauorem, quem ipſi exprobrant, ſibi honori ducere, non malis artibus, ſed honeſtis officiis illum promeritum eſſe, quo etiam ad commune populi bonum vtitur: ſe ingenuè profiteri, populi Belgici libertatem & priuilegia, quandiu viuet, defendere velle,

A *velle, conditiones pacis, à Commiſſarijs Cæſaris oblatas, Ordines communi* 1580.
conſilio reieciſſe, quod eas nimis duras & iniquas iudicarent. In Germa-
niam, quæ ipſi natale ſolum eſt, ſe recipere paratum eſſe, ſi ita viſum Ordi-
nibus fuerit, quos ſine perfidiæ & violati iuriſiurandi nota deſerere non po-
teſt. Quod percuſſoribus ipſius tam grandis pecuniæ ſumma, & amplum
infamis operæ nauatæ præmium, proponitur, hoc oſtendere ignauos & de-
generes hoſtium animos, qui verâ vi aduerſarium vincere poſſe diffidentes,
ad inſidias & dolos ſe conuertunt; ipſius etiam potentiam atque induſtriam
clariorem oſtendi, quòd ad infamem ſicariorum operam confugiant. Hinc
B *enim manifeſtum facere, ſe aperto marte cum ipſo congredi non audere.*

Hanc apologiam Ordinum delegatis, qui Delfti erant, ex- *Offert.*
hibuit, quibus iudicium de omnibus, quorum in proſcriptio *Ord. & mo*
ne damnabatur, deferebat, vt qui ipſius vitam, mores & facta *net.*
probè nôſſent, & ciuilium tumultuum cauſas ſatis intellige
rent. Hortabatur inſuper eos, vt fortes & conſtãtes eſſent, nec
minis proſcriptioni additis terrerentur, illas eò ſpectare, vt
confœderati Belgæ in partes diducantur, aut negligenter res
ſuas agant, quò immanibus tyrannis prædæ fiant. Reforma-
tæ religionis homines hac potiſsimum de cauſa in Ordinum
C tutela & patrocinio eſſe debere, quòd auita priuilegia & li-
bertatem conſtanter defendant, nullo reformidato periculo,
& nemo inter illos repertus ſit, qui ad hoſtes defecerit: plebẽ
ad ipſos Ordines, tanquam ad communes patriæ parentes,
reſpicere. Viriliter itaque agerent, & communem Belgici po-
puli cauſam alacriter defenderent, vires ad reſiſtendum ſuffi-
cientes eos habere, ſi ſumtibus parcere minimè velint, & bo
nam diſciplinam inſtituant, atque obſeruent. Se nec exilium
nec mortem metuere; alterutrum ſubire paratum, ſi libertati
patriæ, & communi quieti, ac tranquillitati prodeſſe poſſe
D cognouerit.

Ordines ad eam apologiam & literas Aurantij reſponden *Approbata*
tes, illius cauſam contra Regem iuſtam pronunciant, & cum *ab Ord.*
rerum adminiſtrationem, quam gerebat, non ambierit: ſed vl
trò ab Ordinibus & populo ſuſceperit, rogabant, vt officium
ſuum expleret, omne auxilium & fauorem atque obedien-
tiam polliciti; & vt ab hoſtium inſidijs tutus eſſe poſſet, tur-
mam equitum, pro ipſius ſatellitio, ſe alere velle dixêre.

Miſit poſtea Aurãtius proſcriptionis formulam, cum Apo-

1580. logia ſua, & Ordinum ſententia contra Regem Hiſpaniæ, ad A omnes alios Europæ Reges ac Principes, vt ipſius integritas ac innocentia omnibus eſſet cõſpicua, & noti eſſent, qui tumultibus initium dederant.

Ad Eur. Prin. miſſa.

Renneberg. ſiſis copiæ & geſta.

Rennebergenſis obſidione liberatus, bellum, quod antea ægrè ſuſtinebat, inferre decreuit: ſed cum ſatis virium non haberet, ad obſidendam aliquam magni nominis vrbem, vndecim peditum cohortibus, & aliquot equitum turmis copias auxit, & ad Odenzellem vrbem ſtatim mouit, quę vltrò ei portas aperuit. B

Stenvvitzum obſeſſum.

Stenvvictzenſes de Oldenzeellenſium caſu certiores facti, militare præſidium receperunt, vrbemq; diligenter munierunt, quò hoſtium conatibus reſiſtere poſſent. Neque enim dubitabant, Rennebergenſem cum tota mole copiarum pro pediem ante mœnia ciuitatis adfuturum, ſicuti accidit. Habebat ille peditum, maxima ex parte Germanorum, viginti cohortes, equites mille & quingẽtos. Oppidani cùm hoſtes ad mœnia acceſsiſſe vident: duas portas materia, virgultis, atque humo obſepſêre, ne multis in locis militum ſtationem habere cogerentur. Rennebergenſis, quò magis obſeſsis C terrorem incuteret, ductis ſtatim foſsis, tormenta ad quatienda mœnia promouit: Non ſegniores in ſui defenſionem oppidani viſebantur. Nam frequentes eruptiones, ad diſturbandos hoſtes, quò minus ad mœnia accederent, fecêre: in quibus ſæpius ſuperiores euaſêre, illato obſidentibus detrimento, quandoquidem confertâ cùm illis pugnâ, ſemper aliquot occidebant aut capiebant, & cæteris fugatis, eorum munitiones deijciebant. Quod verò longam fore obſidionem præuiderent, leges & ſtatuta de cibariorum precio tulêre, ne caritas aut penuria à quoquam ſentiretur. Rennebergenſis, D erectis munitionibus, & promoto omni tormentorum apparatu, tubicinem ad obſeſſos miſit, ad petendum, vt ſibi in Friſia proregi portæ ciuitatis aperirentur. Reſponſum ab oppidanis, ſe Hiſpaniarum Regi vrbem, ſub Ordinum Belgij atque Aurantij patrocinio, ſeruare. Hoc reſponſo Rennebergenſis irritatus, tormẽtis vrbem quatere cœpit. Erant nouem muralia, quæ continenti impetu mœnia & domos diuerberantia, multum ciuitati detrimenti intulêre: Molendinis maximè,

A ximè,quæ ita perfregêre,vt inutilia prorſus redderentur. Etſi 1580.
aũt magna mœnium pars,vi tormentorum,deiecta fuit,ita,vt
oppugnantes hoſtes per ruinam facilè in vrbem peruaſuros
appareret,ſi totis viribus anniterentur:nulla tamẽ oppugna-
tio inſtituta, quòd ij oppidanorum vim atq; audaciam in va-
rijs eruptionibus experti,manus cum ipſis cõferere reformi-
darẽt: Idcirco ad obſidionẽ cõuerſi, obſeſſos aſsiduis vigiliis
& laboribus fatigare & ad cibariorũ penuriã redactos ad de-
ditionem cõpellere nitebãtur:quod illi animaduertentes, ad
B Ordines & Aurantiũ miſerunt, rogantes, vt ſibi ab hoſtibus 1581.
circũuentis properè ſubueniretur; quorũ precib. Ordines & *Subſidium*
Aurãtius obtẽperantes,copias pedeſtres & equeſtres illis ſub *ab Ord.*
ſidio miſêre.Eæ maxima ex parte ex Anglis cõſtabãt,ductore *ſummiſſũ.*
Norritio,viro impigro. Hic ſuos ad ſyluã vrbi ꝓpinquã adpli
cãs,poſt varia leuia certamina,cũ hoſte cõſerta, eũ obſidionẽ
ſoluere coëgit, cùm per quatuor integros menſes duràſſet.

Dum hæc in Friſia gerebantur,Alenconius,qui Cameracũ, *Alenconij*
paciſcentibus ciuibus,in poteſtatem redegerat,validum præ *geſta.*
ſidium ibi conſtituit,quò ſecuriùs illius poſſeſsionem retine
C ret Parmenſis,ne Galli ex vſu victoriæ longius excurrerent,
nouas munitiones circum erexit,in quibus firmiſsima prȩſi-
dia impoſuit,quȩ omnia itinera ita obſedêre,vt nullus in vr-
bem commeatus introduci poſſet: proinde obſeſsi rerum ne
ceſſariarum copiâ maximè laborarent. Alenconius cùm au-
dîſſet, quibus difficultatibus ſui premerentur, ad Caſtellum
Theodorici copias coëgit, vt de ſe bene meritis opportunè
opem ferret.Cum ijs,quas collegerat, copijs ad vrbem profe
ctus eſt,in quam ſine vllo impedimento commeatus introdu
xit.Hoc negotio feliciter confecto,ne rei bene gerendæ occa
D ſio amitteretur,& ſuorum militum animi morâ & otio lan-
gueſcerẽt,ad oppidum Condȩum mouit,quod ſtatim primo
appulſu captũ fuit. Tunc intercepti etiã ſunt bellici appara-
tus,qui in Parmẽſis caſtra deferebãtur.Is ob eam iacturam ca-
ſtra transferre coactus eſt. Alenconiani ad Cambraſinum ca-
ſtellum progreſsi,illud vi cœperunt,quàplurimis è Malecon-
tentorum factione trucidatis.

Gallorum proſperis ſucceſsib. Ordines aucti animis, vrbẽ
Eyndouenã adgreſsi,cũ multa oppidanorũ cȩde expugnãrũt,

1581. fanum etiam Giſlæni in Annonia ab Eſpinello regulo, Tornaci præfecto, Malecontentis ereptum: Boſleducum, quod militare præſidium ab Ordinibus recipere noluerat, obſeſſum fuit: ſed qui illud obſidebant, re infectâ abire coacti ſunt. Giſlæni fanum, poſt duos menſes, à Malecontentis recuperatum fuit: quod poſtea Tornacenſibus maxima incommoda attulit: Eyndouena ſimiliter ad priſtinos dominos redijt. A

Gand. cum Montignio velitatio-nes. Gandauenſes Moruillium oppidum cœperunt: Montignius, vt locum recuperaret, ad eos progreſſus eſt: Illi viribus diffiſi, oppidum incenderunt, & ad ſua redierunt. Id Montignius occupauit, aggeribusq; munire cœpit. Gandauenſes, qui oppidum deſeruerant, exiſtimârunt, Montignium præ metu locum illum munire: idcirco ad eum oppugnandum copias duxerunt: quorum conſilio cognito, Montignius collectis copijs ad eos progreſſus eſt, & ex improuiſo adortus, ad nongentos trucidauit, maiori ex parte equites. *Mont. impedimenta amittit.* Poſt cùm Tornacum verſus iter haberet, impedimenta, quæ multa illi erant, amiſit, cæſis eorum ductoribus, præſertim calonibus, lixis & propolis, à quadringentis equitibus, qui Tornaco exierant. Captum inſuper fuit, cum impedimentis, quamplurimum commeatus. B C

Breda prodita. Capta etiam fuit, ab Altapenna Barlemontij filio, Breda Aurantij vrbs, quadraginta præſidiariorum militum, qui erãt in arce, proditione, quos Inſij, Cameracẽſis arcis præfecti frater, eo in loco Ordinũ captiuus, pecunijs ac amplis promiſſis corruperat; quorum conſilium cùm ex arce diſploſis tormentis ciuibus innoteſceret, conſtanti animo illi militum perfidiæ ſe opponentes, ab hora quarta matutina vſque ad octauam ſtrenuè dimicârunt: ſed viribus impares, deſideratis è ſuis circiter trecentis, hoſtibus cedunt, qui magnam à captis ciuibus pecuniæ ſummam pro redemtione extorſêre. Inde aliquot ante diebus Mauritius, Aurantij filius, diſceſſerat. Parmenſis ne à Statibus oppidum recuperari poſſet, in ſubſidiũ octingentos pedites & Epiſcopum Ruremondanum, qui collapſam ibidem religionem Pontificiã, cum Ieſuitis aliquot, reſtauraret, confeſtim miſit. D

Archidux cùm videret, ſe adhibitâ omni diligentiâ apud Ordines Belgicos nihil efficere potuiſſe, quominus Hagæ ac

poſtea

A poſtea etiam Antuerpiæ publicè Regem naturalem dominũ 1581.
abiurarent, exterumq́; Principem aſſumerent: diutius apud
eos hærere noluit, ſed Antuerpiâ diſcedens bona cum Ordinum gratia in patriam redijt. Fuit autem abiurationis formula in hanc formam, in Haga Holandiæ, ab Ordinibus concepta: *Ego N. iuro, me poſthac nequaquam reſpecturum Regem Hiſpanorũ, neq; ei obedientiam præſtiturum, nec eum dein etiam pro principe, ac domino meo agniturum, vt quem repudio, omnibusq́;, quibus illi aliquando, quocunq; iure, tenebar, obligationibus renuncio. Atq; ita hinc nexibus abſo-*

Archidux excedit Belgio.

Abiurationis reg. formula.

B *lutus, de nouo promitto, iuroq́;, me Statibus Belgij, vnitis illis, nominatim verò in prouincijs Brabantiæ, Geldriæ, Flandriæ, Holandiæ, eorumq́; fœderatis ſimul, atq; magiſtratibus ac ſuperioribus, ab illis conſtitutis, fidelem fore, obedientiam, auxilium atq; fauorem pro viribus, contra Hiſpaniarum Regem, illiq́; adhærentes, & alios quoſcunque patriæ hoſtes, præſtando, non ſecus ac decet fideles patriæ dictarumq́; Prouinciarum incolas, ac ſubditos ſuperioribus ſuis magiſtratibus obedire, tam verè quàm omnipotentem Deum me adiuuare velim.*

Statim poſt hanc formulam conceptam, regij contra abiurantes inſigni victoriâ potiti ſunt, dum Ghoer oppidum oc-

Gober captum.

C cupârunt, conſulesq́;, Campenſem, Zuolenſem ac Dauentrienſem, cum multis alijs, cœperunt. Ex altera parte Alenconius ad Cameracum inſignem quoq; victoriam adeptus eſt.

Sub id fermè tempus, Alenconius Brabantiæ Dux & Flandriæ Comes, ſummo Ordinum ac populi conſenſu, declaratus eſt. Fuit promulgatum Hagæ primùm, ac deinde Antuerpiæ, Gallicâ atque Teutonicâ linguâ conceptum, edictũ Ordinum generalium cõfœderatarum Prouinciarum nomine: cuius argumentum & ſumma ſic habet: *Declaratur propter rationes, amplè & diffuſè in eo contentas, Rex Hiſpaniæ cecidiſſe dominio &*

Edictũ de Alenconio D. Br. & C. Fl.

D *principatu ipſarum Prouinciarum, & inſuper prohibetur vſus in poſterum in ijſdem Prouincijs eius inſignium & ſigilli. Declarat edictum, principem Prouinciarum à Deo ordinatum ſupremum caput ſubditorum, vt eos defendat ab omnibus iniurijs & violentijs, non aliter atq; paſtor oues ſuas ſeruat. Eos verò ſubditos non eſſe à Deo creatos pro Principe, vt illi ſcilicet obediant, in omnibus rebus, quas mãdare placuerit, ſiue æqua ſiue iniqua fuerint, vt illi videlicet tanquam ſerui pareant: imò potius principem creatum pro ſubditis, ſine quibus princeps eſſe nequeat, vt eos iure, ac ratione regat, & velut filios amet, tanquam oues ſuas paſtor cuſtodiat, qui vitam pro ouibus*

1581. ponit, vt eas tueatur. Quod ſi princeps non fecerit, ſed eos opprimat, bonis A
priuet & priuilegijs, & ſubditis tanquam ſeruis vti velit tum non eſſe habendum pro principe, ſed tyranno; ideo ſubditos iuſtè eum poſſe deſerere, maximè ſi hoc fecerint ex Ordinum Prouinciæ iudicio, & iu eius locum alium conſtituere, qui eos tueatur & defendat. Eo magis cùm ſubditi illum ſupplices orârunt, vt à tyrannicis factis deſiſteret, nec ipſis alia vlla ratio relicta eſt, libertatem ſuam antiquam tuendi, & vxorum & liberorum ac poſteritatis, quæ vt tueantur, naturâ & iure obligantur, vitam & bona omnia expendere. Id quod multis Prouincijs euenit ſimilibus ex cauſis, eiusq; rei recentia adhuc eſſe exempla, eaq; nota. Idem locum habere debere in Belgio, cùm Re B
gi id oporteat, ſecundum iuramentum, à principibus ex formula præſtitum, cum à Prouincijs recipiuntur, & ſecundum earum ab ipſis iurata priuilegia, cùm poteſtatem illi nullam habeant, ea infringendi, & recepti ij ſint ſub certis conditionibus, mutuò iuratis, quas ſi princeps infringat, ipſo iure à ſuperioritate Prouinciæ cadit. Hac ratione poſitâ, narrat edictum, omnes adminiſtcandi actiones & modum, ab Imperatoris Caroli in Regem filium ceſſione, & maxima ex parte tyrannicas fuiſſe declarat, & eâ ob cauſam ipſum principatus iure planè cecidiſſe: Alenconiũ ideò, qui eos tueatur, elegiſſe. Hiſpani cum conſilium, aiunt Ordines, in Belgas odiũ cõcepiſſe, quod Hiſpanis nõ liceret in Belgio magiſtratus gerere, & ad ſummas dignitates euehi, quẽ- C
admodum in Italia & Sicilia atq; Indijs; præcipuè cum Belgiũ ſit quàm ditiſſimum, & quoſdam conſilij regij ſæpe perſuadere tentâſſe, magis ex Regis dignitate fore, Belgium recens acquirere, vt in eo merũ imperiũ haberet, nulla iuramenti aut priuilegiorum ratione habitâ. Id conſilium Regem ſequutũ, omnem lapidem mouiſſe, vt Belgium Hiſpanicæ gubernationi in ſeruitutem ſubderet. Primũ enim religionis prætextu Epiſcopos nouos creâſſe, & in potentioribus vrbibus eis abbatias, & Inquiſitionis munus attribuiſſe, qui abbatiarum iure prima ſuffragia in Ordinum conuentibus laturi eſſent, Inquiſitionem introduxiſſe, & exequutionem Concilij Tredentini, quod eſt priuilegijs contrarium: Marchionem Bergenſem, Dominum Montignium & Co- D
mites, Edgmontanum & Hornenſem, iniuſtè morti deſtinâſſe; ducem Albanum miſiſſe, qui in omnibus tyrãnicè adminiſtrauit negotia Belgica, talemq; ſe geſſit, ac ſi recens ab eo Belgium armis acquiſitum fuiſſet. Dein Requeſenij actiones perſtringunt, qui Albano ſucceſſit, ac demum Ioannis Auſtriaci: quas omnes ad ſuum inſtitutum accommodant; & actiones etiam Hieronymi Rhodæ. Poſtquam hæc omnia narrârunt, poſtremò tandem concludunt, ob illa eadem ſibi plus ſatis occaſionum fuiſſe præbitum, vt Regem deſererent, atque aliquem potentem principem ac benignum quærerent, qui ipſis auxi-

lio

A lio foret tuendæ libertati; & eo accedere fuiſſe coactos, per annos viginti à 1581.
Rege deſertos, quo toto tẽpore fuerint tractati vt hoſtes, & Rex eos conetur vi ſubigere & planè euertere. Explicant, quomodo poſt obitum Auſtriaci Rex eos, prætextu pacis, in naſſam pertrahere, ac decipere voluerit. Deſtituti itaque omni ſpe reconciliationis cum Rege, vt ſe iuxta naturæ iura tueantur, extremâ neceſſitate preſſi declarant; Regem cecidiſſe iure ſui dominij, principatus iuriſdictione, & hæreditate Prouinciarum, proteſtantes, ſe illum non ampliùs agnituros principem nec dominum, nec ſe permiſſuros, vt quiſquam agnoſcat, liberantq; omnes à præſtito iuramento. Et quia propter ſu-
B præſcripta, maxima illorum pars confœderatarum prouinciarum, ex communi membrorum earumdem conſenſu, ſeſe ſub dominium & gubernationem ducis Alenconij ſubiunxit, certis pactionibus & conditionibus vtrinq;, tum quòd Archidux Matthias reſignauit Belgij gubernationem generalem in illorum manus, quam ceſſionem admiſerunt; iubent, ne quis amplius vtatur nomine, titulo, magno vel paruo ſigillo Regis. At donec abſens erit, propter vrgentia negotia, Alenconius, quantum pertinet ad prouincias, quæ cum eo tranſegerunt, & alteras, quæ cum eodem ſunt ſociatæ per formam prouiſionis, vtentur titulo & nomine capitis & conſilij ipſarum confœderatarum Prouinciarum. Interim autem, dum ij caput & conſilium nomina-
C buntur, Ordinum nomine vtentur: Holandi tamen & Zelandi, vti priùs, Aurantij nomine vtentur, & Ordinum ſuorum. Pòſt ſequitur, quod concluſum fuit ſecundum inſtructiones, de eodem conſilio conceptas & factas cum eodem Alenconio pactiones. At loco ſigilli regij vtentur dictorum Ordinum ſigillo magno & contraſigillo in negotijs, ſpectantibus ad gubernationem generalem. In aliis, quæ ad iuſtitiã ſpectant, cõcilia Prouincialia vtẽtur nomine & ſigillo Prouinciæ, cuius factũ erit, ſub pœna nullitatis expeditionum. Ob hæc ergo mãdant, omnia Regis ſigilla ad Ordinũ manus, vbicũq; fuerint, & qualiacũq; ſint, deferri. Item mãdant, ne vllis in monetis poſthac ſculpãtur Regis inſignia eiuſq; nomẽ, ſed ea, quæ præſcribẽtur. Mandant aũt omnib. præ-
D ſidibus & cãcellarijs dictarũ Prouinciarũ, magiſtris cõputorum, et omnibus officiarijs, vt nouum iuramentum præſtent in manibus Ordinum Prouinciæ, cui ſubſunt, fidelitatis dictis Ordinibus generalibus contra Regem; & illius fautores ex præſcripta formula. Dabũtur dictis cõſiliarijs, magiſtris cõputorũ, & officiarijs, qui cum Alẽconio pacti ſunt, noſtro nomine (inquiũt) acta cõtinuationis officiorũ, quæ cõtinebũt loco nouæ cõmiſſionis ceſſationẽ præcedentis ſuæ cõmiſſionis, idq; per formã nouæ promiſſionis, donec Alẽconius venerit. Alijs verò cõſiliarijs, computorũ magiſtris, & officiarijs Prouinciarũ, quæ nõ tractârũt cũ Alenconio: dabitur noua cõmiſſio ſub noſtro nomine.

1581. *& ſigillo. Poſtremò additur clauſula mandati executorij, vt in pactis, in communi forma; quia ſic nobis placet, & pro commodo Prouinciæ nos inuenimus, id ita conuenire.* A

Parmenſis, quòd Tornacum plurimum momenti, ad gerendum in Annonia bellum, habere cerneret, illud expugnare, & in poteſtatem ſuam redigere, ſtatuit: ſed quòd valido præſidio teneretur, & ob id difficilis & periculoſa ipſius oppugnatio omnibus copiarum ducibus videretur, aſtu perficere ſtatuit, quod vi tentare non audebat. Famam itaque ſpargi curauit, Aurantium Grauelinis arctiſsimè obſeſſum B eſſe, atque in maximo periculo verſari. Ea fama cùm ad præſidiariorum Tornacenſium aures peruaſiſſet, de ſalute Aurantij ſoliciti, ad ipſum liberandum animos conuerterunt: Tornaco ideò exeuntes, iter ad Grauelinas ſuſcepêre: Parmenſis eos perſequi ſimulauit, ſed reflexo ſtatim itinere, cum omnibus, quas habebat, copijs ad Tornacum obſidendum profectus eſt: quod ita primo appulſu complexus eſt, vt nemo ipſo inuito ingredi poſſet. Præſidiarij Tornacenſes, cùm Grauelinas peruenêre, rumorem, de obſeſſo Aurantio, cui temerè crediderant, falſum eſſe deprehenderunt: ideò eò, vnde venerãt, C properè redire ſtatuêre: ſed cùm vrbi appropinquarent, eam arctiſsimè obſeſſam inuenerunt. Cùm verò ad ſuos per medios hoſtes penetrare nõ poſſent; in proximum oppidum, quod Ordinum præſidio tenebatur, ſe recepêre. Parmenſis continuatã obſidione, vrbem triginta ſex maioribus tormentis acriter diuerberauit, & deiectã muri parte, oppugnationẽ inſtituit: ipſius milites alacriter mœnia ſubiêre, & diu, collato pede, cum oppidanis acriter prœliati ſunt: ſed his ſtrenuè ac conſtanter depugnantibus, cùm multa ſuorum cæde repulſi ſunt paucis interiectis diebus, cẽtum octoginta Scoti, noctu D per media Parmenſis caſtra penetrantes, in vrbem venêre, qui obſeſſos maximè recreârunt: ſed cùm obſidio per duos integros menſes cum dimidio durâſſet, & multarum rerum penuriam oppidani ſentirent; & ſi hoſtes ad tentanda iterum mœnia venirent, ſe ad ſuſtinendum eorum impetum impares futuros perſpicerent, deditionem fecerunt.

Alenconius in Angliam proficiſcitur.

Alenconius in Ducem Brabantiæ electus, & è protectore Flandriæ Dominus factus, in Angliam traijcere ſtatuit, vt cũ Regi-

A Regina colloqueretur, quam in ſocietatem belli pertrahere 1581.
conabatur: atque ſuas copias in Zelandiam miſit, quas iuſsit ſeipſum præſtolari, donec ex Anglia reuerſus fuiſſet.

Antuerpienſes non ſolùm de futuro auxilio, quod ab Alenconio expectabant, ſed de Anglorum etiam conſortio, quod ipſis per Alenconium contingebat, maximè recreati, in lætitiæ ſignum omnia tormenta, quæ in mœnibus erant, cùm de ipſius Alenconij in Angliam profectione audiuêre, diſploſerunt. Multorum enim animi, propter illud nouum fœdus, in *Lætitia Antuerpienſium.*
B magnam ſpem erecti erāt: non ſolùm ex Belgis, ſed ex exteris nationibus, quæ Ordinibus bene cupiebant.

Rex Galliæ Legatum ad Hiſpaniæ Regem miſit, per quem ſe excuſauit, quòd Alenconius frater ei bellum moueret. Rex verò Hiſpaniæ Gallico Legato reſpondiſſe fertur, ſe malle Regem Galliæ apertum hoſtem habere, quàm tectum amicum: viciſsim etiam Legatum in Galliam miſit, qui ad Regem admiſſus, cum magna animi libertate loquutus eſt, & apertè, nihil diſsimulans, dixit: Hiſpanos non eſſe adeò vecordes & ſtupidos, vt non intelligerent, quid gereretur, & bene perſpi- *Hiſp. & Galli Legatio.*
C cerent, Alenconium omnia ex Regis fratris arbitrio, conſilio & auxilijs gerere: nec ipſos ignorare, quid Cameraci ipſe egerit: ſimulationes eius probè ipſis cognitas eſſe.

Sub id fermè tempus Bergua oppidum, ad Zoom amnem poſitum, duodecim circiter milliaribus ab Antuerpia, à Malecontētis, Barlemontij filio duce, propemodum interceptū fuit: qui cùm trecenti milites expediti in armis, ruſticorum habitu, in vrbem penetrâſſent, propugnantibus magnâ conſtantiâ ciuibus & Gallis præſidiarijs, maiori ex parte trucidati ſunt, cæteri captiui facti. *Bergua ferè intercepta à Mal.*

D Aurantius cùm Alenconium ex Anglia in Belgium breui 1582.
venturum, literis & nuncijs reſciuiſſet; conſcenſâ naue, Vliſſingas cum ornatiſsimo comitâtu petijt, vt illum ibi operiretur, & Antuerpiam deduceret. Eò appulſus, Senatui Antuerpienſi mandauit, vt omnia pararent, quę ad Alenconium, quē in Ducem Brabantiæ elegerant, pro dignitate recipiendum neceſſaria videbantur. Alenconius, multis ex Anglica nobilitate comitatus; in queis Leſtrenſis Comes, Hauardus, & Honſedonius, reguli, eminebant; & Gallis familiaribus, in *Alēconius redit ex Anglia.*

Z

1582. Zelandiam ex Anglia peruenit. Cùm Vvalkerenſi Inſulæ ap- A propinquaret, naues circiter triginta, militariter inſtructæ, obuiam illi proceſſère, in quibus primarij viri Belgij, & Prouinciarum delegati aliquot vehebantur. Modico interiecto temporis ſpatio, venit ad eum Aurantius, Eſpineo principe, conſiliarijs Status, prætoribus, decurionibus, & tribunis aliquot Antuerpienſibus, Bruxellenſibus, Gandauenſibus, comitatus, qui ipſum Vliſsingas deduxit, vbi cū maxima totius populi alacritate ſummoq; applauſu receptus, feſtis ignibus vbiq; collucētibus, & tormentis, per tota mœnia intonantib. B

Exceptus Vliſsingæ.

Mildeburgi.

Poſtridie ipſe Alenconius Mildeburgum, primariam inſulæ vrbem, inuiſit, vbi magnificentiùs adhuc, quàm Vliſsingis à ciuibus receptus eſt.

Antuerpiæ.

Non diu in ea inſula moratus, quòd belli negotia eum aliò vocarent, circiter nonaginta nauibus, militariter inſtructis, deducentib. Mildeburgo ſoluens, Antuerpiam contēdit. Ingredientē vrbē comitati ſunt Aurātius, Dalphinius, Eſpineus, Principes; Leſtrenſis & Lauallius, Comites; & Hauardus atq; Hoſedorius, reguli; cū plurimis Gallis, Anglis & Belgis nobilib. cōſiliarijs Status & primarijs ciuibus Antuerpienſib. C

Pompa.

Exceptus eſt à ciuibus, multis arcubus triumphalibus, varijs theatris, imaginibusq; erectis & elogijs affixis. In porta S. Georgij, quam erat ingreſſurus, arcus erat magnificentiſsīmus, cui erat inſcriptum;

Abſtulit vt regni Dominus moderamina Sauli,
Et reprobum ſancti priuauit Numinis aura,
Præfecitq; ſuo Regem Dauida popello:
Sic modò depulſis patriâ regnoq; Tyrannis,
Dux generoſe, tuo voluit nos Marte tueri.

Hic Alenconio Senatus obuius venit, adducens virginem D formoſiſsimam, quæ aureā clauē offerebat. Non procul hinc alius arcus erat, aut pegma potiùs, cum hac ſcriptura:

Aduerſus veluti Saulis promiſerat omnes
Tutari Ionathas Regem Dauida furores:
Sic contra inſtantes, Princeps generoſe, tyrannos,
Nos tibi commiſſos ſerua, rege pacis amantes.

Ventum deinde ad tertium theatrum, huiuſmodi carmine inſignitum: *Gratia*

A *Gratia, nata Deo, cultu veſtita niuali,*
Et folijs ornata manu pallentis oliuæ,
O Princeps Patriæ Pater, & ſpes maxima, noſtræ
Virginis Antuerpæ iuſſit te celſa ſubire
Mœnia, & afflictum populum pietate leuare,
Iuſtitiaq́; ſuis depellere finibus hoſtes.

Erat & triumphalis porta iuxta Monetam exædificata, tali tetraſtycho inſcripta:

B *Illa potens, nimiumq́; viget Reſpublica felix,*
Cœlitùs omnigenis accumulata bonis:
In qua Dux populi caput eſt, popúlusq́; relata
Obſequitur, capiti ceu ſua membra, vice.

Magni præterea ſumtus in periſtylijs, facibus & candelis; Gigantibus & piſcibus fingendis, ſunt facti. Eo die tum intra, tum extra mœnia vrbis ad viginti hominum millia in armis fuiſſe dicuntur. A tam amplo comitatu & tantâ pompâ vſq; ad theatrũ, quod inter Scaldim fluuiũ & portam Bruxelléſem erectum erat, deductus, adſtáte cũ magiſtratu ingẽti po-C puli turbâ, Dux Brabantiæ & Marchio ſancti Imperij creatus eſt, cõſuetis adhibitis ceremonijs, quę eiuſmodi fuêre: primũ perlecta ſunt priuilegia & leges municipales Ducatus, ciuitatis Antuerpienſis & Marchionatus ſancti Imperij: Deinde lecta ſunt iuramenta, quæ primarij viri cuiuslibet Prouinciæ præſtare ſolent. Iuramentum etiam Duci perlectum per Cancellarium Brabantiæ, & ſimiliter iuramentum Marchionis ſancti Imperij. Peractâ eâ cæremoniâ, Alenconius ſtolâ ducali ſericâ, purpurei coloris, & armelinis pellibus ſuffultâ, veſtitus fuit: pileus item ſericus, ſimilibus pellibus ſufful-D tus, eius capiti impoſitus eſt: hoc officium autem præſtitit Aurantius. Qui pontificiæ religionis in vrbe erant, quoniam rectores maiori ex parte Reformatorum doctrinam profitebantur, à nouo Duce poſtulârunt, vt plenum ſuæ religionis exercitium habere liceret, & templum aliquod deſignaretur, in quo Miſſa, more Eccleſiæ Romanæ, celebraretur; quod facilè impetrârunt, maximè indignantibus miniſtris, & alijs Proteſtantibus, quòd ritus ab ipſis damnati, & exploſi, in vſum reuocarentur. Conceſsit autem illis

Al. Marchio Imp. creatus.

Pontificij petunt templa Antu.

1582. Dux,quod petebant, ſub ijs conditionibus,vt iuramentum A præſtarent,quod ab illis exigebatur, & in abbatia, diui Michaelis memoriæ dicata,ſacrum fieret,ibiq; tantùm ſacraméta,Eccleſiæ Romanæ probata, adminiſtrarentur.

Hiſtoria de Aurantio à ſicario vulnerato.

Aduenit menſe Iulio anni præteriti ex Hiſpania in Belgium adoleſcens quidam,nomine Ioahnes Iauregius, Bilbano Cantabriæ metropoli oriundus, & in Gaſparis Anaſtri Cantabri mercatoris, cui ſanguine iunctus erat, viri admodum diuitis (vt putabatur) familiam receptus, & pro ipſius cubiculario.Ipſe Gaſpar Antuerpiæ, vbi tunc degebát, Calendis B Martij foro ceſsit, ære alieno ducentorum ſedecim millium florenorum grauatus. Diſceſsit verò ſaluti ſuæ propter futuram cædem conſulturus.Paucis antè diebus, Antuerpiæ quũ ſe adoleſcens ad eam cædem patrandam adcingeret, paſſus erat maris tempeſtate in duabus nauibus cladem ad Dunkerkam, ex quibus merces ad littus expoſitæ oſtendebant damnum fuiſſe duodecim millium florenorum. Credebatur hic, qui animo erat elato, quique etiam publicè propter religionem malè de Aurantio loqueretur, adoleſcentem ad id facinus impuliſſe,cuius literæ ad eũ fuêre repertę;quib.monebat C tectis verbis,vt ſcloppetto globos duos imponeret,& Aurantium à tergo impeteret.Cùm Iauregius ille ad meditatum facinus exequendum deceſsit: capſulari ſocio ſuo domeſtico dixiſſe fertur:Eo,vt terrarum orbem ſæuo maximoq; tyranno liberem, ac licet fortaſſe Belgæ ſecus nunc ſentiũt, poſtea tamen probabunt.Tyrannum nominabat Aurantium, quòd ei ſuæ religionis tolleret libertatem. Cur verò mercator ille tam audax facinus promouerit,an religionis ſuæ tuẽdæ cauſâ;an maioris alicuius iuſſu; an ſpe præmij conſequendi, viginti quinque millium coronatorum,quod edicto regis Au- D rantij percuſſori conſtitutum erat; an priuato aliquo odio; incertum,quòd tantum coniecturis id aſſequi liceat. Adoleſcens diem ſolis ad patrandum facinus delegit, quòd celebris futura eſſet militaribus ludis,quos poſt meridiem Alenconius exhibendos populo indixerat, & magnificâ cœnâ, ad quam primus omnium Aurantius, vnà cum primarijs nobilibus,ſenatoribus, ac ciuibus erat inuitatus. Ea itaque die ſcloppettum cœpit dodrantali magnitudine,ac pugionem la

teri

A teri accinxit,rectaq; in Aurantij domum, hauſtâ prius gene- 1582.
roſi vini paterâ,contendit. Eum in conclauis, vbi prandebat, ianua,videlicet ad aliud egreſſurum à prandio, deambulans expectat;aduenienti porrigit libellum ſupplicem. Subſtitit Aurantius (erat hora ſecundâ à meridie) tum ille ſcloppettum ad collum ſub mento adegit,diſploſitque. Crepat ſclop pettũ ex nimio puluere,& tenenti pollicem auulſit; pugioni nihilominus manum admouet ad perficiendam cædem; ſed eum Holachius Comes, qui propè aderat,medium corripu-
B it.Ignis Aurantio crines ac barbam combuſsit,globus autem in palatum intrans, ſub dextra aure exiit, vtramq; maxillam perforans, vno vel altero dente excuſſo, & abſciſſâ ceruicali venâ, linguâ & cæteris partibus illæſis, quod mirum omnibus viſum. Adoleſcens è veſtigio ab Aurantij ſatellitum vno alabardâ confoſſus,& à reliquis ſeptem ac viginti vulneribus cæditur. Nullâ autem interiectâ morâ accerſiti Medici & chirurgi,qui ſatis in tempore cum remedijs adfuêre,quòd abſciſſa vena ſanguinem non emiſerit,corripiéte ſulfureâ flammâ: adeo propè ſicarius diſploſerat: & ideò pro cauterio vulneri
C fuit.Globum non fuiſſe veneno infectum, omnes adſerebát, & proinde ictum non lethiferum. Licet verò non loqueretur Aurantius: ſcribere tamen,& per literas expedire negotia poterat. Cadauer occiſi adoleſcentis, quo populus, aſpectu intentati ab eo facinoris,commoueretur, ſanguine, quo fœdatum erat,abluitur,& ex theatro populo agnoſcendus percuſſor exhibetur. Poſtridie in quatuor partes ante prætorium ciuitatis diſſectum eſt:ſingulæ verò ſupra totidem portas ſuſpenſæ,terrendis alijs,ſi qui forent, & vt ob oculos omnibus facti memoria & atrocitas poneretur.

D In vulgus ſparſum eum magica incantatione quædam ſecum tuliſſe, quibus vel ſe inuiſibilem fore crederet,vel poſt commiſſam cædem ex perſequentium manibus elabi poſſe.

Ædes Anaſtri populi concurſu direptæ, captus in ijs illius *Capti.* capſularius, captus etiam rationarius cum rationum libris ac literis,ex quibus huius facinoris ceſsionisq; fori quædam detecta,quæ ſubobſcurè rẽ indicabãt. Captus etiã Monachus dominicanus ſacerdos,& ſummi tẽpli paſtor, cui adoleſcẽs peccata fuerat cõfeſſus;captus etiã, qui ſcloppettũ vendidit.

1582. Contigit autem ex hoc facinore maximus tota vrbe ter- A
Tumultus. ror, tantusque ſubitò motus, ac tot tantæque ſuſpiciones obortæ, vt qui ibi reformatæ religionis erant, exiſtimarent in ipſorum caput per Catholicos, Alenconio duce, coniurationem fieri, vel Alenconium Aurantio cædem intentare, quò liberius in Belgio rerum potiretur. Magna omnium vbique conſternatio fuit: vrbis enim portæ clauſæ, omnesque
Periculum Alenconij. incolæ in armis fuêre: populus paſsim clamabat, ſibi parari Pariſienſem lanienam: quæſitus Alenconius eiusque comitatus ad cædem. Arma ſtatim ipſis tanquam facinoris con- B
ſcijs ademta. Is metu conſternatus, ſuum ſatellitium iubet ea ponere, atque columellis tradere, quò ſuſpiciones omnes amoueret; deinde Aurantium quàm celerrimè de periculo ſuó admonet, rogans, vt opem ferret. Hic iam loqui poterat, & quamquam decumberet, illius rationem habere potius, quàm ſui duxit, ne ſi ſe mori ex vulnere contingeret, ſummus
Aur. excuſat Alenc. belli dux deeſſet, qui populi libertatem defenderet. Cùm multa loqui propter obligatum vulnus prohiberetur, epiſtolam columellis ciuium ſcripſit, qua Alenconium omni culpa liberabat, diſertiſsimis verbis conteſtatus, ipſum Fran- C
cosq; omnes, qui cum eo erant, admiſsi facinoris nullo modo conſcios eſſe: Optimum principem, qui ipſorum libertati bene cupiebat, ſeruandum atque colendum: nullum magis idoneum reperiri poſſe, qui ipſorum tutelam aduerſus omnem tyrannidem ſuſcipiat. Tanta fuit autoritas Aurantij, vt populus depoſitâ animorum ferociâ, atque omni in Alenconium ſuſpicione, ipſum, vti priùs, dominum & protectorem agnouerit. Ille de populi fauore certus, Aurantium decumbentem inuiſit, & qui cum eo erant, columellis & populo liberè ſeſe permiſerunt. Portæ vrbis aliquot diebus D
clauſæ, nec vlli egreſsi ſunt, niſi qui cum literis, ab Aurantio ſubſignatis, ad alias vrbes & Prouincias fœderatorũ, ne quis motus vel defectio fieret, dimiſsi fuêre.

Amor populi in Aur. Non dubium, quin, ſi hoc facinus cędem attuliſſet, vel vox Auratio defuiſſet, longè teterrimam lanienam in Francos & pontificiæ religionis homines patratam fuiſſe. Erat enim Aurantius in tanta exiſtimatione apud plebem ijs in terris, vt eum tanquam communem totius patriæ parentem venerarētur,

Atur omnes,& tanto amore proſequerẽtur, vt vulgo PATREM 1582.
VVILHELMVM vocitarent.

Eccleſiæ reformatorum ſubſequentem Mercurij diem, conceptis pro illius ſalute votis, precibus & ieiunio dicârunt, & ne quis eo die opus faceret, vel tabernas aperiret, edixerunt;contrà facięti octodecim florenorum ſumma,multâ propoſitâ.

Parm. literæ ad quaſdam vrbes.

Parmenſis vbi primùm accepit illatum Aurantio fuiſſe vulnus: feciales & nuncios cum literis ad Gandauenſes, Bru-
B genſes, Bruxellenſes, & cæteros omnes, qui Aurantio adhærebant, dimiſit: Expoſuerunt, Aurantium de medio ſublatum,illum Belgium in eas, quas omnes cernerent, calamitates protruſiſſe: Regem omnibus ſubditis optimè cupere: Iam igitur ad ipſum redirent, ſe illis gratiam atq; clemẽtiam impetraturum; habere ſe ampliſsimam è Rege poteſtatem; ne prætermitterent oblatam ex re occaſionem: ſed ſurdis fabula canebatur.Etenim omnes rem ſicuti geſta erat reſciuerant,& vulnus non eſſe lethale cognoſcebant,& tantum abeſt,vt Parmẽſis monita gratis auribus acceperint,vt erga Hi-
C ſpanicã gentẽ infenſiori animo,quàm antea facti ſint, vnius ſicarij culpam in omnes,qui factum probabant, torquentes.

Capti in partes diſſecti.

Antonius Venereus Anaſtri rationarius,& Antonius Timmermannus dominicanus,tanquam coniurationis in ipſum Aurantium conſcij,ſententiâ iudicis damnati ſunt,qui criminâ ſacerdoti ex vſu Rom. Eccleſiæ confiteri,& ſacram ſynaxin ſumere permiſsi,tandem in quatuor partes,vt Iauregius, diſſecti ſunt.

Aliquot ſtatuta Ordinum.

Ordines Belgici poſt inflictum Aurantio vulnus prohibuẽre,ne principibus tranſeuntibus turmatim populus occurre-
D ret,ſed eos èlonginquo ſpectaret.Item iuramentũ Pontificijs imperatum,ſi ſuâ frui religione vellent, vt Regem Hiſpaniarum abiurarent,& Alenconium in Principẽ, ac dominum agnoſcerẽt:ſuſpenſum eſt ab illis reſponſum,donec ex cõmunibus Ordinum ſuffragijs ea de re deliberaretur & conſtituerετur. Item remiſſa ſingulis mulcta centum coronatorum, ijs impoſita,qui Miſſæ ſacrum audiuiſſent.Senatus Antuerpienſis,ex Ordinum autoritate,certum diem feſtum indixit, ſub ſex florenorũ mulcta,prohibens,ne quis eo die opus faceret,

Feſtus dies pro ſalute Aur.

1582. vel tabernas aperiret. Ille dies ſacer foret agendis immortali A Deo gratijs, quòd Aurantium ipſis ſeruâſſet, & Alenconium rebus ijs inſtruxiſſet, quibus ſe tueri contra hoſtem poſſent tum quod hoſti Aloſtum eripuiſſent.

Rumores de Aur. morte. Vix Pontificijs perſuaderi potuit, reualuiſſe Aurantium. Etenim quamuis multi adſererent, illum interfuiſſe concioni: quidam dicebant, ipſius tantum cadauer viſum, in quod magicis artibus, atque coniurationibus malus genius eſſet ingreſſus: quidam verò perſonatum hominem, qui eum referret. Alij autem hominem non quidem perſonatum, ſed ei pla B nè ſimilem fuiſſe ſubſtitutum, prorſus affirmarent.

Edicta Alēcon ij. Alenconius ijs diebus duo promulgauit edicta: primum ne quis confœderatorum negotiationum vllum omnino genus exerceret cum Malecontentis, neue ad eos ſub graui pœna annonam mitteret. Alterum, ne quis miles aliúsue redimeretur captus, qui militari matriculæ ſub aliquo copiarum duce non eſſet inſcriptus.

Parm. reſcriptum. Parmenſis, ne, qui iuſiurandum fidei & obedientiæ Alenconio præſtiterant, abiurato Hiſpaniæ Rege, planè propter id deſperarent, ſe Regi poſſe vnquam reconciliari, edicto pu- C blico Regis nomine ſanxit, Regē eiuſmodi homines eo metu liberare, ipſisq; clementer hoc iuramētum tanquam coactum, & vi ac metu extortum, relaxare, ſeq; illos pro fidelibus ſubditis agnoſcere, & agniturum non minus, quàm ſi id minimè præſtitiſſent: proinde ſe viros oſtenderent, Regem & ſe in tam iuſta cauſa iuuarent.

Lentium oppidum captum & amiſſum. Sub id ferme tempus, qui Cameraci in præſidio erant, cùm varijs excurſionibus Arteſiam vexarent, Lentium oppidulum interceperunt, quod peditum & equitum præſidio firmârunt: ſed non multis interiectis diebus à Malecontētis eſt D recuperatum; miſsis à Parmenſi viginti peditum ſignis, & valida equitum manu, qui oppidum vndique cinxerunt, ne diripiendi facultas illis, qui oppidum occupârant, daretur: fuêre illorum duces Crucius & Quinquibaldus, qui tandem ijs conditionibus ſeſe dediderunt, vt relictis in id obſidibus, promitterent, ſe eos omnes, quos cœpiſſent, & Cameracum aliòue miſiſſent, corā exhibituros viuos ac liberos, oppidum verò Parmenſi cæderent.

Namu-

A Namuriũ ſub auroram, abſente Barlemontio, vrbis præfe- 1582.
cto, tria Francorum peditum millia, & ſexcenti equites, ſca- *Gallorum*
lis arcis & vrbis mœnibus admotis, capere conati ſunt. Erant *irritus co-*
ſcalæ illæ plicatiles, quo equis imponi vehiq; poſſent, & de- *natus in ca-*
nigratæ vt minus eſſent conſpicuæ. At vbi ſe detectos cogno *piendo Na-*
uerunt, relictis ſcalis omnibus aliquotq; curribus & impedi *murio.*
mentis, eò vnde venerant, properè rediêre. In poſtremos eru-
pêre, qui erant in præſidio, nonnullosq; cœperunt.

Parmenſis cùm Aldenardam obſidere ſtatuiſſet, quæ Flan- *Aldenar-*
B driæ ciuitas munitiſsima eſt: vt eum vrbi metum eximeret, *dum obſeſ-*
quo imparatos & incautos adgrederetur: Menenas oppidum *ſum.*
propinquum ſe adgredi velle, ſimulauit, eoque cum ſuis co-
pijs profectus eſt. Vbi verò ex ſex pręſidiarijs cohortibus tres
egreſſas vider, progreſſus obuiam, eas partim cecidit, partim
cœpit, atque è veſtigio Aldenardam, dimidio præſidio nuda-
tam, obſidione cinxit. Ad quatienda mœnia tormenta vigin-
ti quinque promota ſunt, & ne auxilia obſeſſę vrbi liberè mit
ti poſſent, vi Gauerâ captâ, aliquot ante diebus, arx Caſtene *Caſtenetũ*
tum aſtu intercepta eſt, & è Francorum manibus hunc in mo *quomodo ca-*
C dum erepta: Malecontenti quindecim è ſuis Francico habitu *ptum.*
veſtiêre, qui ſimulantes coram hoſtibus perſequentibus fuge
re, ad arcis portam vnam venêre, vt intromitterentur poſtu-
lantes, quò hoſtium manus effugerent, præſidiarij eos mili-
tes ſuarum partium eſſe exiſtimantes, portam aperuêre, quã,
qui fugere hoſtes ſimulabant, vi factâ, occupauêre, & ſuos qui
ſequebantur intromiſêre. Viſus eſt ſuper caſtra Aldenarden- *Cometes.*
ſia Cometes, caudâ bi furcatâ cum cruce Burgundica.

Parmenſis deiectâ mœnium parte, quia foſſa profunda, a-
quis plena, intercedebat, pontes fabricari curauit. Tribus ho-
D minum millibus recens auctæ copiæ eius, nimirum mille &
quingentis Burgundis & totidem Germanis. Tunc locus tor
mentis ad diuerberationem mutatus, & muri triginta duo-
bus tormentis, magno cum impetu fulminantibus, dirui cœ-
pti ſunt, integris duodecim horis. Oppugnatio tamen nõ in-
ſtituta, quòd emiſsis aquis ab oppidanis magna agri pars in-
undauerit, ita, vt Gandauenſes ad obſeſſos ſcaphis ſubinde
adcederent. Miſerunt ſemel magna auxilia; ſed à Marchione *Velitatio-*
Riſſemburgio ad Gandaui portas vſq; repulſa, occiſis ex eis *nes.*

1582. equitibus octoginta. Extans magnum propugnaculum ex- A pugnauit Parmenſis, ſed diu id ſeruare non potuit: Siquidem obſeſſi erumpentes, impetu in illud facto, ſtatim recepêre, amiſsis circiter centum è ſuis, ex obſidentibus quatuor cæſi, & aliquot vulnerati. Parmenſis ſub porta vna cuniculos egit, & per eos adiacenti propugnaculo potitus eſt. Ea de cauſa in mœnibus contiguis præſidia collocauit: at obſeſsi aggerem & foſſam lunari forma oppoſuêre.

Alenconius vndiq; ex vrbiũ pręſidijs equites ac pedites ad ſe accerſiuit: in primis Noritium Anglum, cuius virtuti pluri B mũ fidebat, ex Friſia euocauit. Videbatur res ad prælium ſpectare, ſi diutiùs obſidio durâſſet: ſed pręſidiarij & ciues citiùs, quàm pleriq; putabãt, deditionẽ fecerũt. Conditiones eędem propè fuêre cum ijs, quibus Tornacũ in Parmenſis poteſtatẽ venit: vt ciues intra ſex hebdomadas triginta millia florenorum, ne vrbs à militibus diriperetur, perſoluerẽt. Anni ſpatiũ omnib. ijs, qui ex vrbe migrare vellent, cõceſſum, intra quod ipſi præſentes, vel procuratores, bona venderẽt, tam mobilia quàm immobilia. Præſidiarij milites vnà cum ſupellectile armati, ſed cõplicatis vexillis, diſcederẽt, & quo vellent, abirẽt. C Nullâ annonæ aut vllius rei penuriâ vrbs premebat: abundabat enim omni genere commeatus, & ſulfurei pulueris habebat ad viginti librarũ millia. Durauit obſidio per tres mẽſes. Præfectus vrbis fuit Borchius Flander, præſidiariorũ militũ, qui numero quadringẽtos nõ exceſſêre, Sonhaius Leodiẽſis. Captâ vrbe è veſtigio Parmenſis ad Alenconij caſtra, quę non procul aberant, copias duxit; ea ſtatim diſsipata ſunt, ſingulis properanti paſſu ad Gandaui portas ſe recipientibus.

Aldenardũ deditum.

Alenconius, amiſſâ illâ vrbe, ne Ordinum animi turbarentur, vbi multa magnificè de ſuis apparatibus bellicis expoſu- D iſſet, Antuerpiâ Vliſsingam ſoluit, Antuerpienſibus pollicitus, ſe per quadrimeſtre tẽpus tantùm abfuturum: vrbis administratione Eſpinoyo Principi & Fromontio cõmiſſâ: Vliſsingâ Brugas profectus eſt, vt omnes ſuas copias ad vrbem Gandauum cogeret, quo perterritis Flandris animos adderet.

Parmenſis, qui Tornaci hærebat, Namurij expectabatur, vt Hiſpanicas aduentantes copias exciperet; quæ ſex millium Hiſpanorum, & quinq; millium Italorum eſſe, dicebantur.

Alen-

A Alenconius,antequam Antuerpiâ diſcederet,fœcialem mi 1582.
ſit Bosleducenſibus,vt ſeſe ipſi tanquam Brabantiæ Duci tra *Alenc. elu-*
derẽt:Buchainum, Flandriæ munitionis regium præfectum, *ſus.*
iam per integrum ſemeſtre multis præmijs ad defectionem
ſolicitauit:accepit munera,& Francum, inſignem fraudis architectum,callidioribus technis eluſit.

Vicorum vrbis Antuerpiæ magiſtri ſingulis domibus tri- *Tributum*
butum,pro modo facultatum, impoſuerunt, in quinq; heb- *Antu.*
domadibus perſoluendum,præter quintam omnium bono-
B rum partem,& multa alia ſolita vectigalia.

Circiter hoc tempus Malecontenti ſcalis Dieſtum tentâ- *Dieſto*
runt:namq; mœnia tranſcẽderant, forum etiam occupârant, *Malc.*
cum prçſidiarij vrbis portas adiêre ac tenuêre,ne equites,qui *pulſi.*
foris adſtabant,præſtolantes,vt intromitterentur,ijs potirentur.Qua ex re contigit,vt qui in foro pugnabant,equitum auxilio,in quibus ſpem victoriæ ponebant,deſtituti,vrbe pellerentur:plurimis illorum cæſis & captis,quorum numerus circiter ducentorum fuiſſe dicitur.

Alenconius à ſingulis patribusfamilias iuramentum fidei *Quare A-*
C & obedientiæ,vnà cum abiurationis Hiſpaniæ Regis formu *lenc. iure-*
la,per columellas exegit,& obtinuit: vix centeſimus id præ- *tur.*
ſtare recuſauit,metu,vt qdam putant,exilij,aut cõfiſcationis omniũ bonorum, vt alijs videtur, maximo Hiſpanorũ odio.

Sub id fermè tempus Templarius Bruxellarum præfectus *Aloſtum*
oppidum Aloſtum, mœnibus ſcalis admotis, & ponte foſſæ *captum.*
ſuperiecto è Malecontentorum manibus eripuit,vbi ſacrificuli quamplurimi,qui ex agris eò ſe receperant, interfecti ſunt. Omnes ciuium facultates in prædam verſæ,homines captiui facti.Eius oppidi expugnatio Bruxellenſes,& circũiectos po
D pulos,maximè recreauit,quòd à præſidiarijs militibus grauiſſima incõmoda reciperent. Huius autem facti gloria architecto cuidam tribuenda, qui cum pontem ligneum artificioſè *Pons arti-*
extruxiſſet:certis machinis & inſtrumentis à labro foſſæ ad *ficioſus.*
ſummitatem mœnium ita adplicauit, vt quini equites ſimul, & octoni pedites facilè aſcenderent.

Aurantius poſtquam à vulnere, quo per bimeſtre ſpatium *Aur. vxor*
decubuerat reualuit:vxorem ardẽti febre correptam amiſit. *moritur.*
Fuit Monpenſerij Ducis filia,& Antuerpiæ, vbi diem clauſit,

1582. extremum, honorificè ſepulta eſt, comitantibus funus plu- A
rimis belli ducibus atque nobilibus.

Montignij clades. Dum hæc in Brabãtia fierent, Montignius, inter Malecontentos dux celebris, cum Gallicis copijs, quas in Arteſia obuias habuit, conſertâ atrociſsimâ pugnâ, ab illis cum ingenti ſuorum cæde ſuperatus eſt. Cladem etiam nobilitauit tormentorum apparatus, quem Montignius nauigio deuehi curabat, in flumine à Gallis demerſus.

Sicarius captus. Alenconius dum Brugis, vbi cum inſigni pompa & maximâ lætitiæ ſignificatione receptus fuerat, moraretur, detectæ B
ſunt cuiuſdam Pedemontani inſidiæ, qui in ipſius necem cóiurârat. Captus in quæſtione crimen faſſus eſt, ſed ne publicum ſpectaculum hominibus fieret, in carcere ſua manu ſeipſum interemit. Cadauer eius lata à iudicibus ſententia in quatuor partes diſciſſum.

Rex Hiſpaniæ, quòd videret Ordines, acceſsione Gallorum, Malecontentis, qui ipſius partes ſequebantur, multo fortiores eſſe, ſubſidium ſuis mittere decreuit. Id per Sabau-

Subſidium Parm. à Rege miſſum. diam & Lotharingiam itinere facto, in Lucemburgenſem agrum deſcendit. Cùm ibi aliquandiu à labore itineris ſe re- C
creâſſet, Namurium peruenit, vbi Parmenſem obuium habuit. Copiæ erant ex Italis, Hiſpanis & Germanis: dux ſummus Martinengus fuit. Parmenſis cùm ſuas copias in vnum

Parmenſis pugnæ auidus. coëgiſſet, ad hoſtem contendit, manus conſerere volens, antequam fieret potẽtior, quòd validæ copiæ ex Gallia ad eum venirent. Alenconius commodè admodum inter Dunkerkam & Vvinocibergam caſtra metatus fuerat. Erant enim vtrinque fluminibus cincta, quo fiebat, vt Parmenſis prælio decertare, ſicuti maximè exoptabat, non potuerit: pontes tamen extrui curauit, vt copias tranſmitteret. Cæterùm cùm D
videret Alenconius, Hiſpanorum peditum quadraginta & vnam cohortes, & aliquot turmas equitum, in hoſtilia caſtra perueniſſe, in quibus præcipuum robur exercitus & victoriæ ſpem conſtitueret, ac Mauriqueſij Germanicam legionem, Bohemicorumque foſſorum duo millia, relictis ſuis caſtris, Gandauum contendit, vt ibi, ſicuti dicebat, Flandriæ Comes inaugurararetur, vtpote cui abſenti iuramentum præſtare noluiſſent. Parmenſis verò hæſit interea Meſsinæ, partim vt au-
xilia-

A xiliares copias, ad Alenconium venientes, à recto itinere auerteret, partim vt expectaret pecuniam, ad ſtipendia, quæ militibus debebantur, perſoluenda. 1582.

Captus eſt veredarius in Francia, qui ex Hiſpania ad Parmenſem cum Collybij literis miſſus fuerat, & quia non potuit in tempore ad eum venire, inde effectum eſt, vt licet præpotentem haberet exercitum, nihil egregium dignum ſuâ famâ patrare potuerit: ſed coactus ſit Meſsinę ſubſiſtere, donec alter veredarius mitteretur.

Veredarius captus.

B Franci centum & quinquaginta veterani excluſam villam quandam, opportuno in loco inter Cameracum & Duacum ſitam, occupârunt, eamque cum quinque ſexue tormentis tueri conati ſunt. Eſt locus aquis, & paludibus circumſeptus, difficilis expugnatu. Eò ſtatim cum exercitu profectus eſt Parmenſis, quod hoſtem ſibi à tergo relinquere, nec ex commodo ſuo, nec è dignitate eſſe exiſtimaret. Productis tormentis, qui villam tenebant, deditionem his conditionibus fecerũt, vt ipſis, quocunque vellent, abire liceret, enſe & pugione accincti. Aliquot etiam alia loca, Cameraco vicina, Parmenſis C ſibi ſubiecit, eo quidem conſilio, vt eius vrbis præſidia ab excurſionibus in Atrebates & Annoniam prohiberet. Inde ad Cambraſinum copias duxit, & per fœcialem ſibi dedi poſtulauit. Qui in præſidio erant, centum quinquaginta, eâ conditione deditionem fecerunt, vt ſibi, quo vellent, gladio accinctis abire liceret.

Villa quædã à Gall. occupata, & amiſſa.

Cambraſinum deditur Parm.

Firmatis demum præſidio finibus, Tornacum profectus eſt, ſequuturus exercitum, qui Boſſutum Annoniæ arcem & vicum Montibus propinquum appulerat: Cùm verò Holachius Comes keppelum, & Bronchorſtum, arces, aggredi, atque D Blenbeckum & Carpenam obſeſſurus diceretur, & iam Alenconius in Geldriam aduentaret, in Brabantiam cum exercitu contendit. Likerkam tormentis quaſſauit ac cœpit, & Gasbekum, quod Ordines antea ſibi ſubiecerãt; militibus albo cum bacillo armis depoſitis diſcedere permiſſum, præfecti Parmenſis arbitrio relicti: Is Bruxellas vndique cingere ſtatuit, quo terrorem oppidanis incuteret, fluminis repagula diſiecturus, vnde nauigationi inutile redderetur. Vrbs metu perculſa, triginta quinque peditum ſigna, præter totidem,

Likerka & Gasbeckũ Parm. cedunt.

Bruxellæ fruſtrà obſeſſæ.

1582. quæ habebat, præſidio accepit. Parmenſis diligenter diſpoſi- A
tis circùm militibus ad hiberna, & maximè ad Hiſquanum pagum altero ab vrbe milliari. Germanus Italuſque miles, quòd aëri non aſſueuiſſet, & inopiâ commeatus premeretur, paſsim dilabi, vel morbis planè perit. Hac de cauſa, & quòd planè inundati eſſent agri, vnde loco moueri tormenta non poterant, quòd rotæ cœno abſorberentur, inde diſceſsit. Prętereà auxilium Alenconio ex Frâcia venire, & in propinquo eſſe dicebatur, cui obuiam ire decreuerat.

Niuontum Parm. capit. Niuontum Flandriæ munitum oppidum, propugnaculo vno potitus, duobus B
tormentis diſploſis deditione cœpit, in quo nouem Francorum ſigna erant, militibus cum alba in manu virga abire permiſſum, tribunis conceſſus cum pugione enſis.

Edictum Alenc. Promulgauit edictum Antuerpiæ Alenconius, quo ſub cõfiſcationis bonorum pœna mandabat, vt omnes viri pariter ac mulieres, qui è Belgio exceſſerant, vbicunq; foris degerent, intra ſex à promulgationis die hebdomadas, in patriam redirẽt, & ipſi fidei & obedientiæ obſequijque iuramentum, velut legitimo ſuo Principi præſtarent. Continet & alia capita edictum, contra illos præcipuè, qui Regis Philippi par- C
tes quomodocunque ſequebantur. Omnium regiorum bona publicabat, abſentesque delectis à ſe quibuſdam ſeſe ſiſtere, & abſentiæ ſuæ cauſas adferre, quas ab illis probari oportebat vel improbari.

Rationes iuramenti. Rationes, quibus Belgæ ad iuramentum præſtandum incitabantur, hæ ſunt: Regem Hiſpaniæ Catholicos deſerere ſaltem, illis opem ferre non poſſe: hic non agi de abrenuncianda religione Catholica, ſed inſtaurandâ eiuſque exercitio retinendo. Etſi quid peccati in hoc iuramento eſſet, metum amittendi facultates id prorſus tollere: nullum autem in eo D
peccatum committi, cùm vi expugnatâ ciuitate victor victum ad præſtandum fidelitatis iuramentum cogit. Similiter enim hic accidere, coactionem quantum ad ſingulos de plebe attinet, qui non tenerentur inquirere de negotijs & adminiſtratione reipubl. Imo deberent ſinguli obedire magiſtratibus diſcolis etiam atque tyrannis; tametſi nouus & electus princeps à toto & pleno Collegio Statuum electus non eſſet, & quædam Statuum membra deſiderata fuiſſent.

Hæc

A Hæc enim ſingulos de plebe non teneri inquirere aut conſi- 1582.
derare; ſed mandatis obedire: cùm omnis poteſtas à Deo ſit
etiam tyrannica. Addebat inſuper ignorãtiam & errorem, (ſi
quis eſſet) ſcilicet eorum, quæ quis non tenetur ſcire, à pecca
to populum excuſare. Item obligationem, qua ſinguli de ple
be principi ſuo ſunt obſtricti, non tantam eſſe, vt in gratiam
principis onerati vxore & liberis, ſedes ſuas relinquere, è Bel
gio profugere, per orbem vagari, mendicare, & in miſeria cõ-
tabeſcere debeant; qui non habent, vnde foris vitam ſuſtenta
B re queant. Hæc quia plauſibilia multis videbantur, idcirco
prodijt Epiſtola duorum Doctorum Louanienſium Baij &
Lenſei, quæ prolixè, ſumtis ex ſacra ſcriptura rationibus, ar-
gumenta Alenconianorum refutat.

Scotus quidam, nomine Lichfeldius, cognomento Sim- *Scotus prodit Lyram.*
plex, in Lyra, oppido Belgij totius longè munitiſsimo, tri-
bus ab Antuerpia milliaribus ſito, cohorti peditum præpoſi-
tus, cùm ſtipendiorum ſolutionem ab Ordinibus ſępius fru-
ſtra petiiſſet, & oppidi præfectus Hirtfeldius, ciuis Antuer-
pienſis, (cuius intereat) ei adiumento eſſe nollet, odio in Or
C dines concepto, cum vicinis regijs egit, de tradenda illis vr-
be. Pactione factâ, præfecto declarauit, ſe poſſe certo loco ma
gnam prædam facere, & captos aliquot ex ſuis ab hoſte li-
berare, ſi concederet, vt nonnullos ex præſidiarijs ſecum du-
ceret. Permittente pręfecto, à prandio egreſſus, boues, equos,
captiuos ab hoſtibus, cum quibus rem communicârat, ſe-
cum Lyram abduxit, quo ſub horam ſecundam matutinam
appulit, pecoris atque vinctorum hominum prædam oſten
dit, ſibique oppidi portam aperiri poſtulauit. Præfectus
portulam ipſi patere iuſsit, qua vnus tantus homo intro-
D mitti poteſt. Intromiſſus vrgebat, vt maior porta aperire-
tur, quo abactum pecus & quatuor onuſtos aliâ prædâ cur-
rus introduceret, ſed id facere præſidiarij renuebant, expe-
ctaret ipſe auroram iubentes. Ille verò ſubſequi hoſtem con-
tendebat, & illum vniuerſam prædam, ſi differretur, rece-
pturum, & qui eam adducebant, milites cæſurum. Ne hoc
accideret, præfectus cauendum eſſe ratus, valuas pandi man-
dauit. E veſtigio capta ab illo porta fuit, & cæſi, qui reſtite-
runt. Equites ex vicinis regijs præſidijs maximè Altipennij

1582. Barlemontij, qui propè in inſidijs latebant, intromiſsi ſtatim A ſunt. Trucidati omnes, qui cum armis facti ſunt obuij, & occupatum ab eo ſtatim forum, oppidum partim diripuerunt, partim ciues captiuos fecerunt, à quibus pecuniæ vim, vitæ ſeruandæ cauſâ, non exiguam extorſerunt. Ad tumultum excitatus præfectus, induſio tantum tectus, nauigiolo effugit ex vrbe.

Vbi primum Antuerpiam de hac proditione nuncius perlatus fuit, mira animorum conſternatio viſa. Portam, quâ ad Liram itur, claudi & muro obduci curârunt. Magnum certè B incommodum ea vrbs intercepta Ordinibus attulit, quoniam Mechliniæ, Bruxellis, Villevvordæ, Dieſto, commeatus intercludebat, & circumuicino agro vaſtationem adferebat.

Antuerpienſes amiſſâ Lyrâ de incendenda Campinia, viciniſque ſibi locis deliberârunt. Monaſterium diui Bernardi, à regijs derelictum, quod prope ad Scaldim ſitum ſit, muniêrunt, trecentos inſuper equites, vt tuta redderentur, conſcripſerunt: Mechlinienſe præſidium turmâ equitum & duobus peditum ſignis auxerunt.

Scoti proditores. Lirenſes Mechliniam per Scotorum præſidia proditione C capere tentârunt, quâ detentâ Scoti in vincula conjecti ſunt, è quibus quinque Antuerpiæ extremo ſupplicio affecti. Alenconiani viciſsim Louanium intercipere conati ſunt; ſed ſcalis mœnibus admotis à Louanienſibus fortiter repulſi ſunt.

Malecontenti ſancti Vedaſti apud Atrebates abbatem in Hiſpaniam Regi miſerant, qui eum certiorem faceret, de ipſorum propenſa voluntate & firma in eum fide, ipſiſq; perplacere diceret, vt in Belgium Rex Hiſpanos, Italos, Sequanoſq;, tum alios exteros milites, pro libito, mitteret. Gratum hoc Regi fuit, & abbatem expeditis negotijs redeuntem pro D ſequutus eſt munere duorum millium coronatorum, totidemque viatici cauſâ: Illius frater equitis aurati titulo donatus, & coronatis quingentis. *Legatus Malc. à Reg. bene exceptus.*

Diſsidium in Conuentu Arnhemienſi. Arnhemi Geldriæ Ordinum Prouinciæ conuentus habitus eſt, de abiurando Rege & inaugurando in Ducem Geldriæ Alenconio. Re infectâ diſceſſum eſt, diſsidentibus ſuffragijs. Aliqui tamen priuato nomine iurârunt: quod iuramentum expeditis literis appenſo Nouiomagenſi ſigillo confirmârunt.

A mârunt. Hoc vbi conſul Arnhemenſis cognouit, illos infide- 1582.
litatis & perfidiæ arguit: præter patriæ morem etiam illos fe
ciſſe dixit, quia ſi id facere licuiſſet, Arnhemenſi ſigillo vti o-
portuiſſet. Itaq; eos acriter obiurgans, cuidam ex præcipuis
colaphum impegit.

Cùm aliquandiu Brugis Alenconius moratus eſſet, Gan-
dauum ſe contulit, vbi à ciuibus cum magnifico apparatu &
populi applauſu exceptus fuit. Gandauo diſcedens Dendre-
mondam petijt: non diu ibi moratus, Antuerpiam redire con
B ſtituit, quòd à Delegatis Ordinum ibi expectaretur, vt de toto
belli negotio conſilium caperetur: hoſtes enim propter Ly-
ram occupatam Antuerpiæ imminebant.

Malecontenti cùm de profectione Alenconij in Brabantiã
audiêre, eum in itinere adoriri ſtatuêre, exiſtimãtes, quòd vi-
ribus inferior eſſet, facilè deleri poſſe; aut non ſine graui ſuo-
rum clade ſe in pacatum recipere. Alenconius de conſilijs ho
ſtium certior factus ſuos admonuit, vt cùm hoſtes in conſpe-
ctum ſe darent, ad Gãdaui mœnia ſenſim ſeruatis Ordinibus
ſe reciperent, & non conferti ſed rari & vitabundi, vt in veli-
C tationibus fieri ſolet, pugnarent. Cùm itaque per quatuor
milliaria ludificati hoſtem fuiſſent, atque eius impetum ma-
gnâ dexteritate atque induſtriâ eluſiſſent: ad Gandauũ Galli
venerunt, & mœnibus vrbis ſe adplicantes, acie inſtructâ ad
pugnam ſe parârunt, non amplius timentes, ne ab hoſtium
multitudine circumuenirentur, aut duplici fronte pugnare
cogerentur. Malecontenti, pugnam è manibus elabi dolen-
tes, Gallos in acie ſtantes quocunq; periculo adoriri ſtatuê-
re; ſed cùm propius vrbem acceſsiſſent, Gandauenſes diſplo-
ſis, quæ in mœnibus erant, tormentis, temerè progreſſos ho-
D ſtes cum magna ſuorum cæde ſe recipere coëgêre. Ita Galli
depulſo periculo incolumes Antuerpiam peruenêre.

Malecõtenti ſine fructu Alenc. adoriũtur.

Dum hæc in Flandria gerebantur, vrbs Lochomum, in di-
tione Zutphemenſi, aliquãdiu à Malecontentis obſeſſa, à Co
mite Hohenloenſi periculo liberata fuit, qui per media ho-
ſtium caſtra, vi patefacto itinere commeatum in vrbem intro
duxit. Cùm verò obſeſsis omnibus itineribus hoſtes in eas
anguſtias redegiſſet, vt neque militum ſubſidium, neq; com-
meatus habere poſſent, in deſperationẽ coniecti, tentare for-

Lochomum obſeſſam et liberatum.

1582. tunam ſtatuêre. Itaque magno irarum impetu in Hohenloen- A ſis caſtra irruentes, ea cum maxima militum cæde diſsipâ-runt: plenam tamen victoriam cõſequuti non ſunt, quòd ne-quicquam prohibentibus ipſis ducenti milites in vrbem in-greſsi ſunt. Ea ex vſu victoriæ denuo obleſſa, ſed ſubſidio, ab Antuerpia veniente, obſidio ſoluta eſt.

Aliæ Malecontentorum turmæ ad portas Bruxellarum vſ-que excurrêre, eo propoſito, vt vrbem obſiderent, ſed mutatâ ſententiâ Cortracum verſus, pagis Bruxellis & Aloſto circũ-iectis incendio traditis, iter ſuſcepêre. B

Sub hæc tempora Robles Billius Luſitanus, gubernationi Friſiæ præficitur.

Lochemum obſeſſum. Verdugus ad obſidendum Lochemum Tranſiſulanum op-pidum mittitur. Cùm obſeſsi ad multas difficultates redacti eſſent, eò Ordines mille & octingentos, partim equites par-tim pedites, vnà cum commeatu, ſubſidio miſerunt. Appul-ſos magna ex parte ille cecidit ac fugauit, & commeatum o-mnem, quinq; curribus exceptis, qui durante conflictu in op-pidum ingreſsi ſunt, intercepit. Regij equites aliquot in pro-xima vrbi ſylua in inſidijs latebant, qui triginta circiter emi- C ſerunt, qui pecudes abigerent, vt hoſtẽ ex vrbe elicerent. Op-pidani exiguo numero contemto prædam recuperare volen-tes, eos ſunt inſequuti: vbi penitùs in ſyluam penetrâſſent, vndique ab hoſte circumuenti fuêre, ac magna ex parte cæſi. Copiæ profligato à Holachio reparatæ, quę cùm obſeſsis cõ-meatum importare conarentur, à Verdugo profligatæ ſunt, multis ex eis cæſis, & viginti annonæ curribus interceptis. Holachius & duo Bergenſes fratres, Hochſaxius, alijq; com-*Liberatũ.* plures, fuga elapſi ſunt. Reuerſi verò cum maioribus viri-bus, commeatum ciuitati importantes, prædamque, cui re- D gij inhiabant, abducentes, Verdugum obſidionem ſoluere coëgerunt. Erant Ordinum copiæ decem millia peditum, e-quitum duo millia, ab Alenconio miſſa.

Verdugus ſolutâ obſidione, ſuas copias Grollum (diſtat à Lochemo duobus tantum milliaribus) duxit. Altipenni-us & Carolus Mansfeldius cum magna militum parte, quæ auxilio Verdugo mittebatur, ſuos in Campaniam Braban-tiæ adduxerunt, quòd ipſis cum Verdugo non bene conue-niret.

A niret. Abijt poſtea Verdugus, relicto Grollo, Friſiam verſus. Is 1582. cùm certior factus eſſet tribunos, & præcipuos milites Stenvvicenſis præſidij vrbe abeſſe, & ad excurſiones exiiſſe, media nocte cum militibus iter verſus vrbem cœpit, à ruſtico per inſolitam viam ductus: Vada tranſire peditibus iuſſis, aquâ ſupra humeros nonnunquam extante. Vbi ad vrbis mœnia Verdugus peruenit, ſcalis admotis ea tranſcendit, vrbemque in ſuam poteſtatem redegit, cæſis trecentis, qui in ea reperti ſunt, præſidiarijs; ciuibus parſum acceptâ pe- *Stenvvicū interceptū.*
B cuniâ. Verdugus capto Stenvvicko alia quinque munita loca præterea occupauit. Et Mansfeldius cum ſuis cohortibus circiter menſem in Campinia fuit, ita, vt Dieſtum & Sichemum obſeſſurus crederetur, inde nulla re memorabili geſtâ diſceſſit, auxilia laturus Meguæ ab Alenconianis obſeſſæ; ſed irritus ipſius conatus fuit.

Paulò pòſt Boniuetus Francus Endouium, oppidum Bosleduco Brædæque propinquum, ſcalis admotis, cœpit, cæſo Italorum, quod inibi erat, præſidio. *Endonium captum.*

Eo ferme tempore euulgatus eſt liber de immani ſæuitia
C & barbara crudelitate Hiſpanorum, quam in innocuos occidentalis Indiæ populos, nullâ iniuriâ prouocati, exercuerunt; in eum quidem modum, vt in quadraginta octo annorum ſpatio ſupra viginti hominum milliones, gladio, fame & intolerandis laboribus, interemerint. Is liber primum à Barptolomeo de las caſas, qui in India per aliquot annos verſatus eſt, & crudelia illa facinora magna ex parte vidit, in Hiſpanica lingua editus eſt, circa annum milleſimum quinquageſimum quadringenteſimum ſecundum, poſtea à Iacobo Miggrodeo in Gallicam linguam traductus, & prælo tra- *Liber de Hiſp. tyrannide.*
D ditus in hûc finem, ſicuti ipſe aiebat, vt Belgicos populos ad aduertendũ ꝓpiùs rebus ſuis excitaret, cogitâtes, quàm dirũ & potentẽ hoſtẽ habeant, & tanquã in tabula ſpectantes depictũ ſtatum, in quo erunt, ſi truculentus Hiſpanus victor euadat, quod maximè metuẽdum videtur, cùm ſupinâ negligentiâ, ſocordiâ, diſsidijs & cõtrarijs ſtudijs viam illi ad victoriã ſternant. Non ſatis eſſe, iuſtam belli cauſam habere, & propter eam de victoria bene ſperare. In bellicis calamitatibus ad Deum vera animorum pœnitudine confugiendum, & ar-

1582. dentibus precibus auxilium ab eo poſcendum, quoniã Deus A ſcelera in vtraque parte punire ſolet: tyrãnos virgam Domini eſſe, qua in ingratos populos animaduertere cõſueuit. Quã plurimos homines religionis reformatæ doctrinam profiteri, ſed nullam morum emẽdationem conſpici, ſimiles omnino eſſe, qui reformatorum nomen aſſumunt, aut etiam peiores ijs, quos impietatis & idolomaniæ accuſant: hoc patriæ excidium minari & proculdubio allaturum, niſi Deus propitius auertat: ob id præcipuè, quòd omnes ad aliorum facta car penda mirum in modum ſint attenti; & pauci ad publicum B commodum procurandum promti, & quod multi reperirentur, qui cum communi hoſte, quacunque ratione, paciſci non detrectent. Hoc certum excidium patriç portendere: nõ enim hoſtem alicui parſurum, ſi plena victoriâ potiatur.

Liber in vulgus ſparſus omnium populorum odium in Hiſpanicam gentem, maximè adauxit, qui barbaram ſæuitiam & immanem lanienam, aduerſus innocuos & imbelles Indię populos patratam, animis horrebant, nihil mitius ab ea natione expectantes, ſi victoriam pro votis adipiſceretur: bellica tamen negotia non multum apud Ordines promouit, in C quorum gratiam liber fuerat conſcriptus, quod regij ſuis rebus ſemper attenti fuerint, & nihil temeritati fortunæ commiſerint.

Conuentus Antuerpienſis. Antuerpiæ conuentus vnitarum Prouinciarũ habitus fuit, in quo de monetis diu diſputatum: nihil tamen de illis conſtitutum, vt nec de alijs, quæ propoſita fuerunt. Franciæ Regis legatus, qui ibi aderat, petijt, vt Belgicę Prouincię, ſi Alen*Quid Rex Frã. petat.* coniũ ſine legitimis liberis mori contingeret, omnes ad Franciæ ſceptrum deuoluerentur. Brabantia & Flandria penitùs aſſenſerunt, Gandauenſes reſponſum diſtulerunt, cæteræ omnes Prouinciæ apertè denegârunt. D

Conuiuia Alenconij. In eo conuentu Alenconius confœderatarum Prouinciarum primoribus, qui aderant, duo conuiuia exhibuit: vnum in domo ciuica, alterum domi ſuæ. Quatuor florenorum mil*Belli ſumtus.* liones ipſi ad bellum gerendum fuêre à Prouincijs fœderatis adſignati.

1583. Bironius copias Gallicas, tum pedeſtres tum equeſtres, ad Alenconium adducẽs, cum quatuor Heluetiorum millibus, ad

A ad maris oram prope Caletum appulit. Vt verò hoſtes falle- 1583.
ret,qui itinera obſidebant, mari iter facere ſimulauit,& iam *Copiæ ad-*
aliquot turmas nauibus impoſitas in Brabantiam præmiſe- *ductæ Alen*
rat,cùm ad Grauelinas capto itinere per mediam Flandriam *conio.*
reliquum exercitum duxit, traiectoque Scaldi flumine ali-
quandiu in abbatia diui Bernardi moratus eſt: Poſtea in pa-
gis Antuerpiæ proximis ſuos diſperſit. Erant omnes Alenco *Copiæ A-*
nij copiæ in ijs locis congregatæ, præter Anglos & Scotos, *lenc.*
quatuor Heluetiorum millia, ſeptem Francorum, & Germa-
B ni equites mille quingenti. Erant illi præterea ſexcenti nobi
les pontificiæ religionis omnes & primariæ notæ. Eo exer-
citu ſe Parmenſem adgredi velle, fingebat, luſtratione prius
factâ in conſpectu Antuerpienſis vrbis. Vocantur itaque tur- *Alenc. de*
mæ ad horam duodecimam,cùm omnes in vrbe pranderent. *Ant. occu-*
Ad Iacobeam portam trecẽtos equites Francos, ſub veſtibus *panda cona*
armatos,præmittit, qui in portæ ponte vtrinque ordine mi- *tus.*
litari diſpoſiti conſiſtunt. Adueniens Alenconius pontem
per medios ſuos equites tranſijt, tum galero ſuo, ſurſum ſu-
pra caput iactato ,ſignum illis & exercitui, qui vicinus & in
C procinctu erat,de vrbe inuadenda dedit.Equites portæ cuſto
des è veſtigio trucidant,portamque occupant,& duo adiacẽ-
tia vtrinque propugnacula cum mœnibus è tormentis,quæ
inibi erant,quæ ſtatim in vrbem conuertunt. Quo verò eam
captam eſſe exercitui,qui foris erat,ſignificarent,domum in-
cendunt,maiuſque tormentum diſplodunt. Deinde in alias
duas vrbis portas hinc inde proximas, Rubrã ſcilicet & San-
georgianam excurrunt,vt ijs potirentur:veruntamẽ quia du-
plicatum ijs antea ex ſuſpicione fecerat præſidiũ, pulſi ſunt.
Milites ab exercitu ad Iacobeam captam portam conuolant,
D ingreſsi tres vicos adoriuntur, & per maris pontem, qui di-
citur,in Burſam vſque contendunt. Claſsicum campanæ ſo- *Tumultus*
nitu à ciuibus canitur, vici ferreis cathenis tranſuerſis clau- *Antuerp.*
duntur,quibus equites, ne tranſeant vel inſultent, prohiben
tur.Ad claſsicum vndique turmatim ciues armati adcurrunt,
in equites, qui vrbem cœperant, impetum faciunt, globos è
maioribus tormentis in milites, ad vrbem properantes,iaci-
unt, multiq́; ex ijs cadunt, qui in mœnibus conſiſtebant, ar-
morũ vi,collato pede, pugnantibus ciuibus,& crebris ſclop-

1583. pectorum ictibus è feneſtris proximarum ædium emiſsis pro A pelluntur. Ad cathenas intra vrbem immanes editæ ſtrages, & ad Iacobi portam & alias illas duas, dum miles per eas ingredi vi tentat, egregiè propugnantibus ciuibus. Inter eos piſtor viſus eſt nudus, ad clamores egreſſus, qui multos ad cathenas ſua manu occidiſſe fertur, equitem inter cæteros ex ephippio deturbauit, & equo potitus eques factus eſt. Narratur etiam quendam nobilem, ex Archiducis familia, ſolum burſam contra inuadentes defendiſſe, à nemine læſum. Cæſi intra vrbem è Gallis mille ducenti pedites, equites B ducenti, quinquaginta primariæ nobilitatis; extra mœnia non pauci maioribus tormentis occiſi, multi etiam vulnerati: cæſi è ciuibus centum. Eiectis ex vrbe Gallis, pons ſubductilis Iacobeæ portæ ſtatim ſublatus, & porta occluſa, ne ipſi dolore acceptæ ignominiæ, & mutuâ cohortatione incitati, animos reſumerent, & in vrbem redeuntes, pugnam redintegrarent.

Piſtoris fortitudo.

Quot cæſi.

Iudicia de iſto Alenc. facinore.

Varia fuêre de hoc facinore iudicia: quidam opinabantur id factum fuiſſe, vt exercitui ſoluerentur à ciuibus ſtipendia, quemadmodum, Requeſenio gubernante, Hiſpanis tumul- C tuantibus ſoluerunt. Alij dicebant Alenconium offenſum, quòd Antuerpienſes iuramentum ipſi præſtare, cum abiuratione Hiſpaniæ Regis, noluiſſent: ſe illos vi armorum ſubijcere voluiſſe, quo ex vſu victoriæ pro arbitrio in vrbe dominaretur: ſed probabilior eorum ſententia videtur, qui putant, Alenconium zelo inſtaurandæ & promouendæ Romanæ religionis, & reformatæ doctrinæ abolendæ id ſuſcepiſſe, quum ij equites, qui ad plateam prætorialem vſque penetrârunt, has voces ingeminârint: Viuat miſſa; animo forti eſtote; vrbs capta eſt. Præterea ſatis compertum, eos, qui cum D ipſo Alenconio erant, nobiles Barptolomeanam cædem Lutetiæ patrâſſe: & pleriſque viſum eſt, ſi alia cauſa fuiſſet, pontificios, qui Francicum nomen oderunt, tam inauditum facinus grauibus verbis inſectatos fuiſſe.

Parmenſis labellarius quomodo exceptus.

Parmenſis audito Antuerpienſi tumultu, tubicinem cum literis ad ſenatum vrbis ac tribuum magnum conſilium, ordines & columellas miſit: ſed ille, obuolutis oculis, à porta, per quam intrauit, deductus eſt, frementibus multis, qui pacem

A cem & reconciliationem cum Rege expetebant. Quidam 1583.
auditi ſunt, qui exclamantes, hanc vocem ſæpius repetiue-
runt, quæ in receptionibus Regum à plebe acclamari ſolet:
Viuat Rex.

Vetitum autem edicto, ne quis in fœderatis prouincijs ha- *Edictum.*
bitans, verba de pace cum Hiſpaniæ Rege, vllo modo, faceret,
& ne vllæ amplius literæ à Parmenſi, quas ad vrbes, in primis
Gandauum, Brugas & Antuerpiam perſcribebat, & per fecia-
les, ciues ad pacem exhortans, mittebat, acciperentur. Con- *De pace qui*
B uenerant enim iam Flandri Cortraci ac dein Tornaci & Hal- *dam agũt.*
læ Brabantiæ, vt de reconciliatione ageretur, & hoc nomine
Marollium & S. Gertrudis abbatem, vnaque tres nobiles Par
menſis Gandauum miſerat.

Regina Angliæ miſit ad Belgas legationem, vt cum Alen- *Recõcilia-*
conio breui conuenirent. Nam niſi denuo animis & fœderi- *tio Alenco*
bus coniungerentur, Hiſpaniæ Regem, qui iam ad extrema, *niana inſti*
per commeatus inopiam, redactus eſſet, ſuperiorem euaſu- *tuta.*
rum, quod quanti eſſet momenti, ipſos ſatis intelligere. Rex
Franciæ literas per legatum ad Ordines quoque fœderatos,
C & magiſtratum Antuerpienſem, columellas ac ciues dedit,
quibus Alenconij factum diligenter excuſat, idque ætate mi-
nori ſeditioſoq; militi & malis conſiliarijs attribuit, ſeditio-
nem militarem appellans. Proinde cum Alenconio in gratiã
redirent, ſe illis omnem beneuolentiam & auxilia quæcunq;
deferre velle. Dedit & Alenconius ad Ordines literas, quibus
ſe & geſta paucis excuſat, eiſque omnia ſua defert, & ad ami-
cam reconciliationem lenibus admodum verbis eos inuitat.
Sed irritati populorum animi nullam excuſationem admit-
tebant, & Alenconium non pro libertatis vindice amplius,
D ſed pro infenſiſsimo patriæ hoſte habebant. Optimè tamen
ſibi cõſuluiſſe Ordines res indicauit, ſi Reginæ Angliæ moni
tis parẽtes, Alenconio culpam condonâſſent, & cum ipſo to-
lerabilibus propoſitis conditionib. in gratiã rediiſſent. Nam
ſagaciſsimus & vigilantiſsimus hoſtis, & in omnem occaſio
nem intentus, vt fœderatas Prouincias Protectoris auxilio
deſtitutas vidit: earum conſilia facile diſsipauit, & memora-
biles victorias, nullo propè negotio, de illis reportauit.

Enhouium oppidum, in quo pro Ordinibus præſidiũ erat *Enhouiũ.*

1583. octingentorum militum, Mansfeldio Comiti, regias partes A
tuenti, deditionem fecit, ijs quidem conditionibus, vt qui in præſidio erant, explicatis vexillis, portis egrederētur, & cum armis, quo vellent, abirent. Boniuetus, qui ibi præerat, ad has conditiones deſcēdere coactus eſt, quòd ad inopiam ferè tormentarij pulueris redactus eſſet, & nullum ab Ordinibus auxilium expectaret.

Vveſterloū captum. Mansfeldius iunior Carolus Vveſterloum arcem, flumine Mete circundatam, poſtquam acriter diuerberâſſet, deditione cœpit. Vliedus, præſidij præfectus, ſaluus cum ſuis, vti pa- B
ctum fuerat, Antuerpiam vſq; deductus eſt.

Vaum deditum. Eſt arx non longè à Berghis Zelandiæ, quam Vaum nominant, quæ à centum viginti Italis militibus, & centum quinquaginta ruſticis indigenis tenebatur: ea cùm mœnia vi tormentorum ab Ordinum ducibus proſtrata eſſent, his conditionibus deditionem fecit, vt Italis cum enſe & pugione diſcedere, & in pacatum abire liceret; ruſtici verò in arce retinerentur.

Alen. Brug. excluditur. Alenconius, vt peſtem Dunkerkæ graſſantē fugeret, à Brugenſibus poſtulauit, vt in vrbē reciperetur: at illi Antuerpien C
ſium caſu cautiores facti, eius poſtulata reiecerunt.

Bironij caſus. Bironius cùm ad Roſentalium, collatis ſignis, improſperè conflixiſſet, vbi femur pila traiectum fuit, & equi caſu confractum, vt valetudinem curaret, Berghas ad Zomā ſe recepit.

Alenc. excedit Belgio. Alenconius cùm diu ac multum inter ipſum, & Ordines de reconciliatione, vltrò citroq; miſſis Legatis, fruſtra eſſet diſceptatum, Belgicas Prouincias deſeruit, & in Franciā abijt: poſt eius diſceſſum Dunkerka ſe in Philippi Regis poteſta

Vrbes deditæ Regi. tem dedit. Idem poſtea fecerunt Gandauum, Brugæ & alia munita Flandriæ loca, quæ Gallorum præſidio tenebantur, D
illis inde in Galliam diffugientibus.

Nauarrei legatio. Nauarreus Rex tunc Neraci erat, qui Iacobo Segurio Pardiliano mandata dedit, ad Romani imperij Electores cæterosque principes & Ordines, qui Proteſtantium doctrinam ſequuntur, vt concordiam & fœdus inter ſe aduerſus Pontificios inirent; non pro inferendo, ſed propulſando bello, ſi à Romano Pontifice, vel ipſius clientibus, & ſectatoribus moueretur. Volebat autem Angliæ reginam & Daniæ Regem

eo

A eo fœdere comprehendi, vt coniunctis animis religionem & 1583.
libertatem defenderent. Nam ſi ſeiuncti, vt antea, communem hoſtem ſuſtinere poſſe conſiderent, periculum erat, ne ſigillatim ab ipſo, qui vires immenſas haberet, opprimerentur; ad eam ſocietatem tuẽdam non modò fortunas omnes, ſed vitam etiam ipſam ſe profuſurum pollicebatur: Proteſtantes Principes diligenter perpenderent, quanti ipſorum & totius Chriſtianæ reip. intereſſet, Belgij eccleſias confirmari, & contra Romanenſium tyrannidem defendi, quibus niſi refor
B matæ religionis principes maiori, quàm antea, alacritate & intentiori ſtudio ſuppetias ferrent, aut inſperatum aliquod auxilium à Deo mitteretur, propediem grauem aliquam calamitatem reciperent. Vt autem harum rerum rationes exactâ iudicij lance examinarentur, à Proteſtantibus poſtulabat, conuentum aliquem in Germania haberi, & diem ab ipſis conſtitui, quo Daniæ Regis Legati adeſſe poſſent, ad quem & ipſe Nauarreus ſuos miſſurus eſſet. Hoc autem vt cōmodiùs peragi poſſet, Principes Germaniæ rogabat, vt de ſumma totius Legationis inter ſe agerent, ac pro ſe quiſque Legatum,
C ad promouendam cauſam, conſilio & commendatitijs literis iuuarent. Hæc Nauarrei ad Germaniæ Principes Proteſtātes Legatio Cæſarem grauiter offendit, vt ex literis Segurij *Cæſarem* ad ipſum videre eſt; quibus declarabat ſe ſtatuiſſe ad eum pro *offendit.* ficiſci, & regis ſui nomine omne obſequiū ac amicitiam deferre: Sed cùm intellexiſſet maleuolorum quorundam calumnijs ſuſpectum redditū dominiq; ſui cauſam grauatam eſſe, ita, vt Bauariæ Dux & Solmenſis Comes in mandatis haberent, eum, antequam ad Cæſaris aulam veniret, intercipere, captiuumq;, ac ſi hoſtis eſſet, facere: idcirco vt periculum vi-
D taret, ab inſtituto itinere deflexiſſe. In ijs etiam literis diligēter ſe excuſabat, & ad tria potiſsimum capita, quæ ei obijciebantur, reſpondebat: Primum erat, quòd ſine publica fide Germanici imperij limites ingreſſus eſſet: Alterum, quòd inconſulto Cæſare, cum Principibus Germaniæ ageret. Tertium, quòd conſilia de nouandis rebus in Germanico imperio agitaret. De hac Legatione luculenta oratio edita eſt, contra quā virulentum Ieſuitæ cuiuſdam ſcriptum in publicum prodijt, cui titulus datus eſt: INCENDIVM CALVINISTICVM: huic

1583. reſponſum cum pari verborum acerbitate datum.

Aur. Antu. abit. Sub hoc fermè tempus Aurantius, Antuerpiâ relictâ, ſeſe Vliſsingam, vnà cum familia, contulit, quod ſe exoſum Antuerpienſibus, propter Alenconium, quem è Francia accerſendum curauerat, ſciret.

Oſtendam, Flandriæ portum, cùm Parmenſis obſidere non poſſet, quòd perruptis aggeribus circumiectus ager exundantibus aquis oppreſſus eſſet: ad alium, cui Dixmunde nomen eſt, contẽdit. *Portus deditus Parmen.* Hic ſe ſtatim, præſidiarijs vrgẽtib. qui regiæ cauſæ fauebãt, dedit. Portu illo in poteſtatẽ redacto, Parmẽſis ad B Hypras obſidendas exercitũ duxit. *Hyperæ obſeſſæ.* Vrbem aũt tormentis diuerberare non ſtatuit, ſed tribus ingentibus ꝓpugnaculis, nõ ꝓculà mœnibus excitatis, & tribus militũ millibus in ijs collocatis, omnẽ aditũ ingredi volẽtibus præcluſit, vt ciuitas ad inopiam commeatus redacta, tãdem manus dare cogeretur.

Holachius Campiniam vniuerſam, ne quid victus regijs ſuperesset, incendijs vaſtauit: Altipennius verò, ad reprimẽdum eius impetum, à Parmenſi miſſus eſt.

Aurantius Vliſsingæ claſſem adornabat, ad tuendam contra Dunkerkanos maritimam oram, & Alenconiani exerci- C tus reliquias, quas Ordines in Franciam remittere, paratis ad id nauigijs, decreuerant, manere atque mandatum ſuum expectare iuſsit.

Alenc. ſuſpectus Anglis. Alenconius Angliæ Reginæ, per nobilem virũ, cauſam ſui à Dunkerka diſceſſus declarauit, auxiliumq; ab ea poſtulauit; ſed eius conſilia tum incipiebant Anglis eſſe ſuſpecta, qui ex non leuiſsimis cauſis metuebãt, ne noui tumultus in Scotia orirentur. Etenim non obſcuri rumores ſpargebantur, adoleſcentem Regẽ cum Hiſpaniæ Regis filia connubio iungi debere, & à nonnullis, qui captiuæ reginæ matri Franciſq; faue D bant, tumultus, ſi orirentur, auctum iri credebant.

Parm. progreſſus. Parmenſis proſpero rerum ſucceſſu hoſtes in graues curas & ſolicitudines coniecerat, qui perterritis inſtandum ratus, Steinbergam portum duobus milliaribus à Berghis inuaſit, & in poteſtatem redegit: vnde magna incõmoda Ordinib. obuenêre, q̃ nauigatio ad Dodracũ & alia Holandiæ loca hac ratione maximè impediret. Vvinociberga, quæ diu in ancipiti cõſilio tenebatur, cùm ſe imparẽ ad reſiſtendũ Parmẽſi cerneret,

A ret, ipſi deditionem fecit, præſidiarijs Francis, qui ſeptingẽti 1583.
numero erãt, in has cõditiones deſcẽdentibus, vt Ordinibus nõ amplius militarẽt, ſed rectà in Franciã ꝑtinus diſcederẽt.

Bitonij milites, qui Berflietum, inſtigante Aurantio, venerant, à Zelandis, à quibus petebant recipi, reiecti fuerunt, & ad patrios lares redire coacti. Aurantius cum Francos à Zelandis & Holandis reiectos cerneret, anceps animi, noua Anglorum auxilia per Noritium à Regina poſtulauit. *Franci reijciuntur ab Hol.*

Alenconius, nouo collecto exercitu, Belgij finibus immi-
B nebat, quod cùm Parmenſi nunciatum eſt, copias, quæ ipſius conatibus obſiſterent, miſit. Is omiſſo inuadendi Belgij conſilio in Picardiam ſuos reduxit.

Aurantius cùm ſua negotia, Alenconij diſceſſu, in dies peiora fieri cerneret, librum per ſuos edi curauit, quo multis rationibus ipſum recipiẽdum eſſe totius Belgij dominum, aut ſaltem Zelandiæ Holandiæq; Comitem demonſtrabat: ſed nihil in ea re profecit, auerſantibus eum, ob ſeditionem Antuerpienſem, cunctis Belgij populis.

Gandauenſes per internuncios, ſibi remitti Hembiſem vr-
C bis abhinc triennium conſulem, à Caſimiro petiêre, & Datheneum concionatorem, qui tunc Franckendalæ erant.

In Holandia vrbes maritimæ, Amſterodamum, Enchyſa, 1584.
Hornum, & cęteri portus tria Aurantij poſtulata detrectãrũt: Primò Alenconium dominum recipere noluerunt, ſed in fide & clientela Hiſpaniarũ Regis ſe manere velle, profeſsi ſunt, quòd nauigationem, quã in Hiſpanijs exercent, ſibi tolli metuerent. Deinde Aurãtium Prouinciæ gubernatorem ſe quidem agnoſcere velle, dixerunt, Comitem verò aut principem nominare recuſàrunt. Poſtremò ſextam facultatum ſuarũ par-
D tem, quã petebat propter bellum imminens, ſe ſoluturos per negàrunt. Itaq; excitato tumultu, magiſtratui minati ſunt, ſe vim officiarijs illaturos, ſi quid præter ipſorũ voluntatem tẽtaretur. Aurantius tum Hagæ erat, animo valde ꝑplexo, quomodo ciuitates illę tumultuãtes ſedari poſſent: tandẽ quorũdam amicorũ opera obtinuit, vt hęc cõtrouerſia ſibi & nõnullis alijs decidenda cõponendaq; committeretur. In eo autem negotio ſe ita geſſêre, vt omnia ſine tumultu tranſacta ſint. *Aur. poſtulata quæ vrbes reijciant.*

Aldegondanus, ne bello inutilis videretur, Lirã proditione

1583. capere tentauit. Re detecta vrbis præfecto, per præſidia vicinorum locorum, inſidiæ ſtructæ ſunt. A Cùm itaque appropinquarent Ordinum copiæ ex Herentalio & Mechlinienſi milite collectæ, regij in eos irruperunt, & omnes profligârunt.

Pagus prope Ant. occupatus.

Extruxêre interim Ordines in Doula inſula, tuêdo Scaldi flumini, munitionem firmiſsimam: regij verò Beretum, Flandriæ pagum, vltra Scaldim vix ab Antuerpia milliari, cœperunt, in eoq; munitionem excitantes, Ordinibus nauigationem impediêre, & ne Gandauum, Bruxellas & Mechliniam commeatus importaretur, interſeptâ viâ effecerê. B Ordinum duces inſtructis nauibus eò acceſſêre, & regios magna vi adorti inde expellere conati ſunt: ſed re infectâ abiêre. E regione autem pagi illius cis Scaldim aggerem perruperũt, ad Hobrocken, qui pagus eſt Brabantiæ, ne regij eum etiam locum occuparent, & ademtam Berčti nauigationem eo in loco inſtaurarent.

Brugenſ. conatus in iuuandis Ypreſ. irriti.

Brugenſes de Yprenſibus valde ſolliciti commeatum illis ſummittere tentârunt: ſed qui eum deducebant milites, numero ducenti, ad Vinemburgum, duobus ab Ypris milliaribus, capto omni commeatu cæſi ſunt: è regijs vndecim tantum in pugna deſiderati. C Non concidit propterea Brugenſibus animus, ſed maiores vires parâtes, ſociæ vrbi iterum ſuccurrere ſtatuêre: octoginta itaq; currus, annonâ & equos plurimos onerârunt, & centum quinquaginta corbes, vario cômeatu plenas, ruſticorum tergis impoſuerunt. Trecenti Lancearij equites, & cêtum ſcloppettarij, cum quingentis peditibus Scotis, præſidio adhibiti. Vix ab vrbe quingentis paſsibus aberant, cùm ex duabus munitionibus regij in eos erumpentes, (erant ij equites trecenti & bis mille pedites) conſertâ cum illis pugnâ quingentos trucidârunt. D Deſiderati è victoribus tâtum viginti, parum admodum annonæ ad obſeſſos inuectum, quòd currus magna ex parte in regiorum poteſtatem venerint. In tanta rerum difficultate Brugenſes ſe non deſerunt, ſed quæ ad ſui tuitionem pertinebant, ſedulò procurârunt. In primis in Brucho propinquo pago aggeres perruperunt, & adiacentem agrum reſtagnâte aquâ inundârunt, vt hoſti belli contra ſe gerendi facultatem prorſus adimerent, & quo longius à ſe illum ſummouerent in Oisbur-

go

A go pago, qui tribus circiter milliaribus ab vrbe diſtat, idem fa- 1583.
cere ſtatuerunt.

Interea regij, vt commeatus à Gandauenſibus interclude- *Gandauenſium ſtatus.*
rent, trium fluminum, quæ vrbem interluunt, vſum ademe-
runt. Id facilius effectum eſt, quod Aldenarda potiebantur,
quam Scaldis lambit, & Cortraco. Deinde ad Vateren, tribus
à Tenremonda milliaribus, & duobus à Gandauo, ad eum flu
uium ſitam, in vtraque profluentis ripa munitiones erexe-
runt, & pontem fabricârunt, fixis in flumine palis, & ijs cathe
B nis reuinctis, tranſitum illac nauigantibus prohibuerunt, &
materiam, quæ ab hoſte diruendo ponti demittebatur, reti-
nuerunt; ad Ecloum alueum in vrbem influentem in poteſta
tem redegerunt. Inde factum eſt, vt Embiſes conſul, quanto
in periculo vrbs tum verſaretur, ſecum reputás, à quibuſdam
familiaribus, maximè à Champagneo ſolicitatus, quòd vide-
ret Alenconium ab Aurantio reuocari, quem impenſè ode-
rat, eos, qui Alenconij Aurantijque partibus in vrbe fauebát,
in primis Metherkium, conſilij præſidem, eiecit, & de vrbe
Regi reconcilianda, miſsis ad Parmenſem legatis, egit; in pu-
C blico ciuiũ cœtu, Hiſpanos potius, quàm Gallos in tutelam
vrbis adſciſcendos, multis rationibus oſtendens. Parmenſis
audita Gandauenſium Legatione, Mannium virum nobilem
Gandauenſem Aldenardæ præfectum, & Seguram Hiſpanum
copiarum ducem, Embiſi adfinitate coniunctum, in vrbem
cum mandatis miſit, quos ingredientes populus iucunda pa
cis acclamatione excepit: Hembiſes verò duos filios obſides
Alenardam miſit. Videbatur ille rem ad exitum facilè dedu-
cere poſſe, quod tum nullus Gandaui eſſet fermè, qui contra
ipſum hiſcere auderet. Etenim ſtatim ac è Frankétalio redijt,
D conſulari poteſtate potitus, eos, qui ipſo abſente vrbis guber
nationem arripuerant, è dignitate omnes mouit, nouumque
è ſuis magiſtratum creauit, illos inſuper, qui ciuitatem regi
potius reconciliandam, quàm Alenconium recipiẽdum ſua-
debant, capi iuſsit, in queis fuit Rimmius Iureconſultus, ſe-
cretioris conſilij regij conſiliarius, & Borlutius, Borlæus, &
alij nonnulli. Homo enim natura ambitioſus hanc conſtitu-
endæ pacis gloriam ſibi præripi, qui conſul eſſet, noluit. Re-
formatæ, præterea religioni addictos magiſtratu remouit,

1584. ciſque Pontificiæ religionis viros Regis ſtudioſos ſubſtituit. A
Præcipua verò huius tam ſubitæ atque inopinatæ mutationis cauſa fuit, quòd literas Aurantij intercepiſſet, quibus ipſum vnà cum ſocijs comprehendi, & in carcerem detrudi iubebat: eas publicè perlegi curauit, quo pluribus innoteſceret, ſibi ab Aurantio cauēdum eſſe. Induciæ itaque in ſpem confirmandæ pacis inter regios & Gandauenſes ad dies viginti conſtitutæ ſunt, quod tempus à Gandauenſibus inſumtum fuit in mittendis Legationibus ad ſocios, præſertim Holandos & Zelandos, quibus pactū cum ijs fœdus aduerſus re- B
gem abiurarent. Qui Antuerpiā venêre, à ſummo vrbis magiſtratu auditi fuêre: ſed ab Aldegondano haud benignè excepti. Liber tunc à reformatæ religionis hominibus populari lingua in lucem editus, quo omnes ad tuēdum fœdus inter ipſos initum, & reconciliationē omnem cum rege reijciendā, hortabantur, ipſum maledictis inceſſentes, & tyrannū appellantes, oſtendere conabantur, reconciliationem, quæ proponebatur, eſſe ſubdolam & exitialem, nullam ſubeſſe cauſam, cur adeò metuerent, cùm ſatis virium haberēt, quibus regiorum conatibus obſiſterent. Id verò dicebant, quòd Holachi- C
us in Geldria non contemnendas copias haberet, & Germaniæ principes, Angliæq; regina auxilia pollicebātur. Interea dum de pace inter Parmenſem & Gandauenſes agebatur, Aurātius de toto negotio certior factus, Hembiſem aſtu capi curauit, vnde eſt effectū, vt vrbis gubernatio ad popularem ſtatū deuenerit. Sic tota de pace negotiatio euerſa. Nam cùm antea Hembiſis operâ eò res deducta fuiſſet, vt Gandauēſes cōditionib. quæ à Parmēſi proponebant, ſubſcribēdum cenſerēt, ſententiā ſtatim, Hembiſe capto, mutârūt, & præſidiū è Tenremonda & Bruxellis, quo aduerſus regios ſe tueri poſſent, e- D
uocârūt. Gandauēſium aūt, cùm de pace agerēt, hęc poſtulata fuerūt: vt præter conſciētiæ libertatē, quæ ipſis à Parmēſi offerebat̄, reformatæ religionis exercitiū ſaltē in vno tēplo concederet: tum etiā, quod Parmēſis conſciētiæ libertatē illis pollicebatur, modò ſine ſcādalo ea vterētur, illi diſertius ſibi explicari flagitabāt. Quo verò ſacra ſua, & eorūdem miniſtros, & quę inde depēdent, rectè cōmodeq; tueri poſſent, Eccleſiarū Catholicarū bona, quæ occupârant, in alimenta ſibi decer

Hembiſes captus.

A ni poſtulabant,eoq́; magis quòd collegia adoleſcentū in lite- 1584.
ris inſtituendorū, ex quibus demū tãquam ex equo Troiano ſiue ſeminario apti & idonei ad Eccleſiaſtica obeūda munera deligerētur,erigere ſtatuiſſent. Porro aūt ſe præſidia Belgarū admiſſuros,externa verò nulla: pinde vt exteri è Flādria pellerētur, petebāt, & quæ Carolus V.Imperator priuilegia ipſis abſtulerat,ea reſtituerētur. Illud etiã, quemadmodum Aurantius cõceſſerat,liceret,quos vellent, ad ciuiles magiſtratus gerēdos eligere,idq́; ſine principis ſui Flādriç Comitis autorita
B te;quod Parmēſis Regis nomine cõcedere noluit; quare Gandauēſium Legati à Parmenſi redeūtes ad portam vrbis, & in vicis interrogati,quid de pacificatione & recõciliatione actu liſſent,& qualis & quænã pax futura eſſet,horrēdã,inqebant, ſanè eſt, fraudis & periculi pleniſsima. Cùm aūt ad eam tractandã vtrinq; conceſſæ eſſent induciæ,Gandauēſes interim, qui cõmeatus inopiã premebãtur, neceſsitatibus ſuis prouidebant, & annonæ quantū poterant,in vrbem importabant.

Dum hæc in Flandria gerebãtur,rumor percrebuit,Alenconiū in arce Theodorici diem extremū obiiſſe, hinc à Franciæ *Rumor de mõte Alenconij.*
C Rege Nauarræū in aulã euocari,vt demortuo Alenconio, tanquã regni proximus hæres ſufficeretur,poſtea nunciatum,illum adhuc viuere,& propoſitas ab Ordinibus fœderis cõditiones recepiſſe. Is de illius obitu rumor à regijs de induſtria in vulgus ſparſus fuerat, quò Gandauenſes & Brugenſes ad tranſigendum cum Rege magis vrgerētur.Paulò pòſt,qui falſò mortuus dicebatur, Ordinibus Belgicis literas miſit, quibus ſe arma parâſſe ſignificabat,pecuniamq́; ad ſtipendia militibus ſoluenda petebat,& demum vrgebat, vt ab ipſis iterum pro tutore libertatis reciperetur.

D Aurantius per id tempus Alenconij & aliorum fœderatorum auxilia enixè procurabat, nouasq́; ſocietates, cum quibus poterat,inibat,quòd Ordines in maximo periculo verſari,premente vndique hoſte,intelligebat.

Cum Brugenſes Holandorū præſidia,quæ mittebat,& recipere iubebat,admittere nollent: variãtibus ſentētiis, reformatæ religionis viri facilè adſenſēre,Pōtificij,Chimaio inſtigãte,Aurãtianç factioni ſe oppoſuēre,& poſt longã diſceptationē tãndē vicēre,Tornacūq́; ad Parmēſem miſsis legatis,cū

1583. Rege reconciliari,reiecto cum Ordinibus fœdere, petiêre. A

Aur. conſilium.

Sub hæc tempora Delfti in conuentu ab Aurantio Holandis & Zelandis propoſitum fuit de mutando domino: Nihil magis ad ipſorum ſecuritatem & ſalutem facere, quàm ſi in perpetuam clientelam Regis Franciæ ſe dederent,quod præpotentem hoſtem haberent,cui ſuſtinendo impares erãt. Aſſenſêre illi,& in Franciam Legatos ſtatim miſerunt,qui clientelæ Regis Prouincias ſuas ſubmitterent.Ex decreto autem, quod de ea re conſentientibus ſuffragijs factum eſt, Holandi & Zelandi teſtabantur, ſe nullam cum Hiſpaniarum Rege B facturos pacem,niſi ipſis publicum reformatæ religionis exercitium concederetur, & ſe vitam potius profuſuros, quàm paſſuros vt Romani ritus in Eccleſias ſuas denuò intruderentur.Rumorem etiam in vulgus ſparſerunt, ſe interdicere velle, ne annona & merces è ſuis regionibus aliò aueherentur, quò hoſtes omni incommodo afficerent,Regem itidem Franciæ in ipſorum gratiam prohibiturum, ne quis in Belgium annonam inferret,ipſumq; cum Angliæ regina promtiſsimũ auxilium Ordinibus laturum.

Gandauenſ. factionis continuatio.

Gandauenſes ſuorum Legatorum à Parmenſi redeuntium C reſponſo grauiter offenſi, in ſenatum gladijs accincti venerunt,ſeſque pacem nolle proteſtati,centum quinquaginta milites in diuerſorio ad rubri Leonis inſigne & in contiguis domibus occultãrũt,mox eos,qui pacem flagitabant, captiuos fecerunt,numero ad centum quinquaginta: ex ijs erant triginta militum tribuni,quos omnes exautorãrũt,& alios ſuæ factionis in eorum locum ſubſtituerunt.Miniſtros concionatores,& alios reformatos,quos Pontificij,tanquam pacis turbatores,in carcerem coniecerant,è vinculis exemerunt, atq; octingentis ciuibus,qui pacem cum Rege faciendam ſuade- D bant,arma ademerunt,vrbemque hoc pacto in ſuam poteſtatem redegerunt.His peractis Tenremondanis, Bruxellenſibus,Antuerpienſibus, reliquisq; ſocijs, quid egiſſent,& quo in ſtatu res ipſorum eſſent,ſignificãrũt. Bruxellis igitur Templius milites,quorum ope vrbis imperium retinerent,ad eos miſit. Hembiſes in vinculis ſeruatus eſt,Borlutius & alter ipſius collega apud Parmenſem remanſerunt interea dum ij qui à Parmenſi Gandauum miſsi fuerant, reuerterentur: qui

A tamen poſtea ad ſuos præ metu redire noluerunt. 1584.

Interea conuentus Electorum & aliorum Germaniæ Principum Roteburgi habitus eſt, in quo deliberatum de publica Germaniæ pace tuenda, & de rationibus, quibus diffidentia, inter Principes ob religionis varietatem coorta, extingui tolliq́; planè poſſet. Facile ex eo cõuentu intelligi potuit, Nauarræi Legationem ad Principes Proteſtãtes, vt fœdus cum Gallis reformatis percuterent, & cõtrouerſias de religione in nationali concilio componerent, nullum fructum habuiſſe. Fa- *Conuentus Roteburgicus.*
B ma tum ſpargebatur, Saxonum ducem Auguſtum hiſce Gallorum conſilijs ſe præ cæteris opponere, quòd florentes res ſuas cum ipſorum perturbatis commiſcere nec tutum nec vtile putaret. Plurimorum etiam opinio fuit, Gallos ſub religionis prætextu eò ſpectaſſe, vt tumultus in Germania excitarentur, per quos res ſuas confirmarent, Angliq́; & Aurãtius maiores vires ad reſiſtendum Hiſpanis ſumerent, quo Belgij Ordines amiſſum decus recipere, & nutantes res ſuas ſtabilire poſſent.

Brugenſes, qui ad Parmenſem Legatos miſerant, vt ſe Re- *Brugenſis pax cum Rege.*
C gi reconciliarent, conditionibus pacis propoſitis ſubſcripſere, easq́; ſe ſeruaturos iureiurando confirmauère. Ii verò Legati cum Burchio, regio conſiliario, qui à reliquis in vrbe iuramẽtum exigeret, Brugas cum maximo populi gaudio ſunt reuerſi. Hi curârunt, vt ea reconciliatio per tubicines, ſolenni more, in publicis vrbis locis, publicaretur. Arcus triumphales cum Regis inſignibus erecti ſunt, affixa celebrib. vrbis locis Burgundicæ domus inſignia: Omnia, quæ in mœnibus, & turribus erant, tormenta ter diſploſa: Campanæ templorum pulſatæ, & feſti ignes per plateas & compita reluxêre; & nul-
D lum lætitiæ ſignum, quod ob pacem adeptã edi ſolet, omiſſum eſt. Tum fœminę, & pueri agminatim in Reformatorum templa irruerunt, eaq́; omni ſupellectile nudârunt.

Magnus Belgij Ordinibus metus iniectus, quòd periculum eſſet, ne Brugenſium exemplum cæteræ vrbes ſequerẽtur, & belli tædio Hiſpanico imperio ſe ſubmitterẽt: nec aliud quibuſdam expeditius viſum, ad communem omnium pacem impediẽdam, quã noua crudelitatis & ſæuitiæ aliquot exempla edere, vt regij ad ſimilia patranda inuitarentur. Sic enim

1584. futurum eſſe rebantur, vt exacerbati vtrinque animi omnem A
pacis mentionem & ſtudium abijcerent, & bellum maiori
irarum mole, cum alterutrius partis excidio, gereretur. Hinc
euenit, vt ex compoſito Gandauenſes (cum nondum tamen
pactæ cum regijs induciæ expirâſſent) bellum Hiſpaniæ Re-
gi & eius ſocijs, in omnibus vrbis compitis, per tubicines,
Barbara crudelitas. indixerint: deinde Hiſpanis duobus & vni Italo, quos capti-
uos fecerant, naſum, aures & dextras truncârunt, & vni Ger-
mano dextram manum ac pedem abſciderint, eoſque in Par-
menſis caſtra remiſerint. Bruxellenſes id barbarum Ganda- B
uenſium facinus imitati, tres regios equites, quos cœperant,
equis ſuis inſidentes ſtrangulauerunt. Antuerpienſes Hiſpa-
nos duos, totidem Sequanos, Italos quatuor; & totidẽ Flan-
dros, pari modo necârunt. Milites Parmenſis iniuriam, ſuis à
Gandauenſibus illatam, vlciſci ſtatuentes, eorum ciues octo,
qui fide publica muniti, ſe extra periculum omne arbitrabã-
tur eſſe, auribus & dextris truncârunt, & aſſeribus appoſitos
ſecundo flumine Scaldi in vrbem remiſerunt.

Zutphemũ obſidetur. Holachius Ordinum exercitus, qui vndiq; ex eorũ præſi-
dijs erat collectus, imperator ad Zutphemũ vrbẽ obſidẽdam C
acceſsit, habuit equitũ ad quatuor millia, peditum verò octo.
Qui in vrbe in præſidio erãt, eruptione factâ, in Holachianos
irruêre, tãto animorũ ardore atq; impetu, vt illis fugatis, mu-
nitionẽ, quam nõ longè à mœnib. intercedẽte flumine, erexe
rant, occupârint, & tormẽta in profluentẽ deiecerint. Hollan
di ex eo infelici præludio, exitialem fore eius expeditionis
exitũ iudicãtes, & vrbem maximum momentũ ad gerendum
bellum perſpicientes, Aurantiũ adiêrunt, eumq; rogârunt, vt
diligenter prouideret, ne quid detrimenti reſp. caperet: nihil
cõducibilius ſibi videri, quã de recõciliatione cum Rege age- D
re. Nam ſi Zutphemũ in hoſtiũ poteſtate maneret, Holãdiam
hoſtiũ excurſionibus patere, nõ minus piculi Friſiæ immine-
re, & Geldriam ad ipſos propediem defecturam, cuius acceſ-
ſione quãtum regiorum rebus accederet, cuiuis perſpicuum
eſſe: quinetiam Berchum & Ordingã, quæ bellum contra Re-
gem Hiſpaniæ & Electorẽ Erneſtum alebant, ad hoſtes defe-
cturas apparebat, cùm eorũ firmitas atq; robur, totaq; ſalus ex
Geldriæ auxilijs, à qua tanquam muro magna ex parte cin-
gun-

A guntur, dependeat. Aurãtius bono animo eos eſſe iuſsit, ſe in 1584.
hoc excubare velle, vt Zutphemi poſſeſsio hoſti eriperet̃, ne maiora poſthac auderet. Regij nõ minus ſibi vtilẽ vrbis illius poſſeſsionem cernentes, ſedulam & ſtrenuam operam nauârunt, quo eam obſidione liberarent. Verdugus ſeptingentos delectos milites præſidio ab initio obſidionis impoſuerat & eis Taxium præfecerat. Omnium autẽ, qui in vrbe defendẽdâ arma tractabant, numerus fuit duorum millium. Aurantius reliquias exercitus Truchſeſij & Henrici Brunſuicenſis in ca
B ſtra ad Holachium miſit, & ex Holandia milites quoſcunque ex omnibus præſidijs colligere potuit. Verdugus ex vrbe ad flumẽ, ne nauigatio intercluderetur, foſſam perduxit, aggerem & munitionem erexit: ſed ab Holachio, nequicquam renitentibus cuſtodibus, expugnata eſt; ita vt fluminis vſus obſeſsis, ad non dubiam commeatus inopiam, ereptus ſit. Verdugus vrbem obſidione non aliter liberari poſſe iudicãs, quàm vniuerſi certaminis alea, quam ſubire non audebat, aduerſus maiores copias, firmis munitionibus cinctas, niſi noua auxilia & expedita ſummitterentur & maximè, quòd ſuis
C militibus multorum menſium ſtipẽdia deberentur, vnde dicto obedientes non fore, cùm prælium inſtaret, metuebat: à Parmẽſi ſcriptis ad eum literis impetrauit, vt Maurich⁹ Lara, Arẽbergius, Boſtius, Toraiſius, & alij copiarum duces cũ validis peditum & equitũ turmis mitterentur. Iis victoria ſine cæde ac ſanguine contigit, detrectãtibus certamen & aduẽtum Hiſpanorũ expectare nõ auſis, qui vrbẽ obſidebãt. Ordinũ copiæ tum equitũ tum peditũ circiter decẽ millia erãt, regij qui obſeſsis ſubſidio mittebãtur quinq; tantum millium numerum implebant. Vt verò illi per exploratores reſciuẽre, regios *Obſidio ſoluta cum fuga.*
D eo animo aduentare, vt manus cum ipſis confererent, poſtridie conclamatis vaſis & deſertis ignauo metu caſtris, in pacatum ſe recepẽre. Maior pars Dauentriam, & ad Iſſelæ loca diuertit. Aliquot equites Arnhemium venẽre, qui à populo, quòd pugnam detrectâſſent, malè excepti ſunt. Illi culpam in pedites reiecerunt, qui propter non ſoluta ſtipendia prælij aleam ſubire recuſârunt. Neuenarius Kerkum ſe recepit multo pudore ſuffuſus, & animo non parum, ob rem infeliciter geſtam, perturbatus. Regij itaque Zutphemum,

1584. nemine prohibente,cum commeatu ingreſsi ſunt,ex itinere A
feſsi elabentem hoſtem perſequi non potuêre,poſtridie cum
id facere ſtatuiſſent,eum Iſſelam fluuium traieciſſe, atque in
tuto eſſe deprehenderunt.

Edictum Aur.

Aurantius initio noui belli,Delfti,vbi tum agebat,edictum
magnis propoſitis violatoribus pœnis concepit, poſteaque
publicauit, quo omnibus Ordinum Prouincijs commerciū
cum regijs,eorum fœderatis ac ſocijs interdicebat,ne ſcilicet
commeatus vllus aut merces importarētur,vt hoſtis ad mul-
tarum rerum inopiam redactus, de retinendis vrbibus, quas B
in poteſtate habebat, deſperaret, & in caſtris ſuos difficulter
retineret. Interpretabantur quidam has potiſsimum ob cau-
ſas conceptum & publicatum fuiſſe, vt Aurantius, tanquam
maris præfectus, naues, quas ipſius claſsis reperiret, acceptâ
pecuniâ dimitteret, vel in ſuum vſum retineret, & ita omni-
um per illud mare nauigantium fortunas imperio ſuo ſubij-
ceret, ijſque pro arbitrio & ex occaſione vteretur: hac enim
ratione potentiam in immenſum eum augere poſſe,quilibet
facilè intelligebat.Deinde vt nihil extra Prouincias,quæ Or-
dinibus parebant,ſine ipſius venia & autoritate efferretur,vt C
qui poteſtatem merces tranſuehendi habere vellet,cum ipſi-
us commodo magno eſſet emturus. Sed multo plures mili-
tari ratione excogitatum & publicatum illud editum fuiſſe
adſerebāt, vt ſcilicet hoſtibus varia incommoda adferret,qui
importatâ annonâ nullo modo carere poſſunt, & Hollandi
atque Zelandi facilè commeatus, qui mari deferuntur, à cæ-
teris Prouincijs auertere poſſunt. Verùm hi edictum, quam-
uis bello gerendo percommodum,non admodum diu ſeruâ-
runt. Etenim illorum cum primis intererat colligendæ ad
bellum illud nouum, quod Aurantius cum quibuſdam An- D
glis, Gallis & Germanis moliebatur,pecuniæ,ſuas merces
diſtrahere, vtpote qui ſine aſsiduis commercijs vitam tolera-
re non poſsint.

Narratio de Auraici cæde.

Sed multum in belli apparatibus occupatum Aurantium
ineluctabile fatum à propoſito auertit,& laboribus ac vitæ i-
pſius finem, cum magna rerum bellicarum inclinatione, attu-
lit. A Rege, quòd bellum contra ipſum ſuſcepiſſet, tanquam
perduellionis reus proſcriptus fuerat, adeò vt nō deeſſet,niſi

qui

A qui ſententiã proſcriptionis exequeretur, ſeq́; magiſtratus 1584.
miniſtrum offerret. Tentauerat id, poſt Alenconij ingreſſum,
Antuerpiæ Iauregius quidam Cantaber, ſed res exitu, qualis
ab ipſo ſperabatur, caruit. Iam verò nobilis quidam Burgun-
dus, viginti ſeptem circiter annorum, in oppido Franckuilla
natus, Balthaſar Serack nomine, eruditione ac facundia agen
darumq́; rerum dexteritate (vt fertur) inſignis, præſtitit. Et-
enim poſtquam à tempore proſcriptionis, indefeſſo animo
cędem fuiſſet meditatus, tandem voti compos, rem, vti apud
B ſe ſtatuerat, peregit. Aurantius cum felicem Parmenſis in re
bellica ſucceſſum videret, & ſuam autoritatem inde maximè
decreſcere, ſibi à populo metuens, quem exitialis belli tędebat,
Antuerpiâ relictâ, Vliſſingam, & inde Delftum Batauo-
rum in monaſterium diuæ Agathæ commigrauit. Interea
mortuus eſt Alenconius, cuius obitum vt mater Aurantio
per nuncium & literas ſignificaret; hunc Balthaſarem, tan-
quam ipſi Aurantio familiarem, & in eius aula annos ſeptem
educatum, in Hollandiam ablegauit. Hæſit hic in aula inter
nobiles, captans in dies opportunitatem perficiendi, quod
C iamdudum animo deſtinârat. Decimo itaque Iulij, cùm Au-
rantius cum Levvardenſi conſul pranderet, adoleſcens hic
dimiſſus, & iamiam ad redeundum in Franciam (vti putaba-
tur) expeditus, celerem equum extra vrbem, in omnem euen
tum, parari ſibi iuſsit: circa horam ſecundam, cùm Aurãtium
à menſa ſurrecturum arbitraretur, in aulam reuerſus, & à ſa-
tellitibus, quòd quædam ſe oblitum eſſe diceret, facilè admiſ
ſus, Aurantium ipſum ad cœnaculi gradus deſcendentem ex
pectat, ſcloppettum ſub pallio tenens, tribus globulis, vene-
no illitis & inter ſe concathenatis, oneratum, quem in cor il-
D lius collimans ſtatim diſploſit. Sub maxilla ſiniſtra vulnus
latitudinis duorum digitorum inflixit, globuli altius pene-
trantes, ſtomachum atque omnia inteſtina perruperunt & di
lacerârunt; ita; vt Aurãtius, accepto vulnere, ſtatim in terram
corruens, & ad vnius tantum Dominicæ orationis recitatio-
nis ſpatium, ſolis labijs nonnihil palpitans, animam exhalâ-
rit. Satellites audito ſcloppetti ſono, & ex vociferantium ſer
uorũ clamore intellecta Domini ſui morte, dum inter ſe tu-
multuantur, & eius facin oris autorem inquirunt; percuſſor

1584. per ſtabulum horto vicinum, fugiens, iam penè ad ciuitatis A
portam peruenerat, equum conſcenſurus, niſi ex prætexta-
tis aſſeclis Aurantij vnus, qui patratæ cædi præſens interfue-
rat, illum inſequutus comprehendiſſet, & colluctando tãtum
negotij exhibuiſſet, vt ab alijs ſuperuenientibus captus, & in
carcerẽ abductus fuerit, ex quibus, omni metu & trepidatio-
ne depoſitã, cùm ſibi elabendi viã præreptã cerneret, & nullũ
veniæ locum dari: ſtatim percunctatus eſt, an Aurantius mor
tuus eſſet, & ijs affirmantibus, intrepidè reſpõdit: Se quidem
haud neſcium eſſe, certo ſibi moriendum fore, verùm impen- B
sè gaudere, quòd iã perfeciſſet, quę ante multos annos ſe pa-
Conſtantia Sicarij. trare poſſe peroptãrat. Mortem itaq; hilari vultu & perlubẽti
animo ſe laturũ, quòd rem feliciter peregiſſet, quam alij non
nulli ante ſe, vel cum vitæ diſpẽdio, perficere nõ potuiſſent.
Nullis tamen tormẽtis extorqueri ab eo potuit, quis eum ad
id facinus patrandum impuliſſet: Conſtanter enim diſerteq;
reſpondit, ſe nullius Principis alteriúſue conditionis viri in-
ſtinctu aut ſuaſu, ſed vltrò & propria voluntate ad id patran-
dum acceſsiſſe. Varias aũt cauſas eum impulſiſſe, aiebat. Pri-
ma erat, q, ad gloriam Dei ſe facere crederet, quòd ipſe Auran C
tius orthodoxæ Romanæ fidei hoſtis acerrimus eſſet: Secũda
quòd patriæ, cui vitã debebat, rem vtilem & ſalutarem ſe effi-
cere ſciret, & quã omnes probi & pacis amãtes laudaturi eſ-
ſent, q, Belgij teterrimum tyrannum è medio tolleret. Poſtre
ma, quòd Hiſpaniæ regi, domino ſuo, ſtrenuam operã naua-
re vellet, à quo tamen nec donis nec promiſsis ad patrandam
cędem inductus fuiſſet: ingenueq; profeſſus eſt, ſe haud facti
pœnitere, ſed magnoperè gaudere, quòd res ex animi ſenten-
tia confecta fuiſſet, & ad optatum exitum perducta.

Nota. Hoc autem in morte Aurantij quidam obſeruârunt, quod D
eodem die menſis fato ceſsit, quo ante aliquot annos Mauri-
cius Saxo, ſocer eius, ſcloppetto ſimiliter ictus perijt, & quo
Henricus ſecundus Galliarũ rex mortuus eſt. In ea ciuitate e-
tiam mortem obiiſſe notârunt, in qua Ordines Belgij eũ pe-
culiariter adhibitis ſatellitibus cuſtodire ſtatuerãt, & in qua
Regis cauſam iniuſtam, & ipſius Aurãtij defenſionem iuſtam
eſſe, edito ſcripto teſtati ſunt; vbi etiam ipſe procurationem
ſubſcripſit, ſigilloque confirmauit, cuius virtute quindecim
aliæ

A aliæ Prouinciæ ad Hollandiæ & Zelandiæ fidem ac religio- 1584.
nis profeſsionem attraheret. Eius corpus balſamo conditum populo exhibitum fuit ſpectandum, eo in xyſto, in quo pran ſus erat, ibiq; per triduum manſit.

Aliquandiu deliberatum, num Dillemburgum ad maiorũ ſepulcra mittendum eſſet: verùm fuit populo perſuaſum, religionis gratia non eſſe faciendum. Nam Hiſpani illud exhumare, & tanquam hæretici hominis corpus comburere, ſi eo venirent, proculdubio vellet, & fortaſſe poſitis in itinere inſi- *Sepultura.*
B dijs, ab ijs, qui deducerẽt, erepturi eſſent. Ad vitandam ideò ſuſpicionem illam, Aurantius Delfti ſepultus eſt, in nouo ciuitatis templo, cum magno totius populi mœrore.

Ordines poſt exequias ipſius, ex Saxonica filio gubernationem, tanquam hæredi, detulerunt, & ne diu belli duce carerent, omnia, quibus Pater potiebatur, munera adoleſcenti nouemdecim annorum contulerunt, qui gratias Ordinibus egit, quòd ipſum patri ſubſtituiſſent, pollicitus ſe operam daturum, vt eam, quam pater fidem ac diligentiam adminiſtrandis rebus adhibebat, ſedulò ac gnauiter præſtaret: maximè ve- *Aur. filius patri ſucceſſit.*
C rò in perſequendis hoſtibus omnes ſuas curas & conſilia conuerſurum, quo & patris cædem vlciſceretur, & populi iura, ac immunitates tueretur. Promiſit etiam ſe nihil niſi ex Ordinũ ſententia ac iudicio, neque in bellicis negotijs neque vrbanis, effecturum, aut tentaturum.

Captus autem ille Balthaſar, qui Aurantium occiderat, atque in carcerem ductus, omnia tormentorum genera ſummâ patientiâ pertulit, ita vt nullum perterriti animi ſignum ediderit, non in clamores & quiritationes erumpens, nec lacrimas aut eiulatus emittens, quin cõſtanter adfirmabat, multò *Torturæ & conſtãtia Sicarij.*
D melius eſſe & reip. vtiliꝰ, duos homines (ſeipſum & Aurantiũ deſignabat) violentâ mortẽ obire, quàm tot hominũ myriades, quę illius cauſâ in exitiũ trahebãtur. Primâ itaq; nocte in equuleo ſuſpenſus, quinquies virgis acerbiſsimè cæſus eſt, & alijs pœnis affectus, tandem in vanno poſitus, manibus pedibusq; reuinctis, ne ſomnum capere poſſet, variè ſæpeq; verſatus. Succedentibus diebus & noctibus, ſuſpenſo iterum in equuleo, centum & quinquaginta librarum pondus pedum digitis alligatum, atque cruciatibus alijs ille ſubiectus eſt,

1584. quos conſtanti animo & vultu imperterrito pertulit, adeò vt A ipſi tortores mirarentur. Rogatus qua ratione ad tantas pœnas & cruciatus nullo pacto turbaretur, reſpondebat, id piorum precibus eſſe tribuendum. Sæpiùs examinatus, & varijs cruciatibus tortus, tandem de morte ſibi imminente certior factus eſt, & auditâ condemnationis ſuæ ſententiâ, placidiſſimâ voce Deo gratias egit. Miniſtrum reformatæ religionis, qui datus illi fuerat, vt eum in agone mortis conſolaretur, audire noluit, eique ad cõſolandum ſe offerenti dixit, ſe qua apud Deum gratiâ eſſet rectè ſcire. Carnifex ei in theatrum B perducto ex rudi ac ſicco corio calceos pedibus induit, & inter ferreas duas laminas candentes compreſsit, ita pedes exuſtulati ſunt. Adhæc ardenti forcipe coxæ muſculos ei detraxit, eadem brachijs & mammillis pœna inflicta, ſcloppetto, quo Aurantio latus transfoderat, eius caput contudit, ad extremum, aperto pectore, ei adhuc viuo cor auulſit, & in faciẽ proiecit, tum ventre diſſecto inteſtina ei extracta ſunt. Mortuo caput præciſum, & haſtæ iuxta vrbis mœnia infixum, omnibus ſpectandum exhibitum eſt. Corpore in quatuor partes diſſecto, eæ ad totidẽ oppidi partes patibulis affixæ ſunt. C Ex hoc truculento & inuſitato ſupplicij genere ſatis intellectum, quàm moleſta & grauis Aurantij mors populo fuerit, qui dolorem ex ea ſuſceptum vix poterat demonſtrare.

Elogium Aurantij. Fuit Aurantius leni & placido ingenio, publici commodi & populi admodum ſtudioſus, pro quo tuendo, magnatum odia & inimicitias graues ſubire, atque in manifeſta pericula ſe conijcere, nõ detrectauit. Plebi adeo charus fuit, vt cùm de illo in familiaribus colloquijs verba faceret, Patrem Vuilhelmum nominaret. A Carolo V. Imperatore honoribus, opibus & dignitatibus abundè ornatus fuit, quas Philippus D rex ita auxit, vt eum Prouinciarum aliquot, videlicet Holandiæ, Zelandiæ & Traiecti inferioris, rectorem inſuper creauerit. In more habebat, vt de grauibus rebus deliberaturus, ſingulorum prius ∂ore, à ſe proponendâ in Senatu, ſententias exquireret, earũ cauſas & rationes ſedulò indagaret, & quod ex aliorum iudicio cognouerat, in conſilio Ordinum publicè exponeret. Itaque ad hunc modum Ordinum prenſatis ſuffragijs à ſingulis prius inſtructus ita rem proponebat, &

ſen-

A ſententiam ſuam ijs rationibus muniebat, vt quam plurimis admirabilis & exactiſsimi iudicij vir haberetur, ita vt omnes, quod opinabatur, probarent, & cupidiſsimè ſequerentur, tandemque eum rogarent, vt quæ ſenſiſſet, exequeretur. Hac arte magnam ſibi prudentiæ & ſapientiæ laudem acquiſiuit, & res Belgij pro arbitrio rexit. Communicabat cum primarijs viris Francis, Reformatam religionem profitentibus, & earum Eccleſiarum conſiſtorijs, per Aldegondanum, maioris momenti negotia. Vrbibus, qui ipſius autoritatem ſequeban-
B tur, magiſtratus reformatę religionis impoſuit, per quos magnam & prope regiam poteſtatem ſibi conciliabat. Cùm de vrbiũ fide dubitauit, pręſidio eas firmauit, & ſuſpectos quęſita aliunde cauſa eiecit; Conſiſtoria ei addictiſsima erant, & eius dicto libentiſsimè audiebant; concionatores populum, quo ipſe volebat, incitabant. Ita Prouinciarum religionem, arma, & politicam gubernationem, tãquam dominus in manibus habebat, & apud omnes autoritate & gratia quamplurimum valebat. 1584.

Conſternatio Aur. mortem ſequuta.

Poſt ipſius Aurantij mortem, magna Belgicorum populo-
C rum conſternatio fuit; adeò vt plerique ſe regijs reſiſtere poſſe diffiderent, & nunquam motũ bellum fuiſſe peroptâſſent. Publicatum eſt eo tempore Antuerpiæ edictum, quo præcipiebatur omnibus ciuibus & incolis, ne ſine expreſſo magiſtratus conſenſu, quiſquam vrbe excederet, propoſitâ edicti violatoribus confiſcationis omnium bonorum pœnâ. Septuaginta octo tamen, nihil edictum curantes, ex vrbe aliò profugêre, quod Parmenſem breui vrbem obſeſſurum intelligerent, & cùm ab obſidione non diſceſſurum ſibi perſuaderent, donec ciues manus dare, & propoſitis pacis conditio-
D nibus ſubſcribere coëgiſſet.

Hembiſes conſul Gandauenſis capite plexus.

Gandauenſes Hembiſem ſuum conſulem, poſtquam aliquandiu in vinculis detinuiſſent, iudicis latâ ſententiâ capite truncârunt, idque haſtæ ſuffixum, populo ſpectandum per ignominiam expoſuerũt. Hic primus fuiſſe dicitur, qui vniuerſam Flandriam ad ſeditiones, & res nouas moliendas impulit: verùm publicæ quietis turbator, & Regis acerrimus hoſtis, infami ſupplicio à ſocijs traditus eſt, vt meritas pœnas temeritatis, incoſtantiæ & peruerſitatis luere pleriſq; viſus ſit.

1584. *Parm. Scaldim occupat.* Regiorum autem negotia Aurantij cædes maximè promouit. A Nam Parmenſis perterritis inſtandum ratus, per Scaldim fluuium, ſtructis ad eius ripam munitionibus, Antuerpienſibus & Gandauenſibus commeatus intercipere cœpit, adeò vt in illo flumine, non ſine manifeſto periculo nauigare poſſent. Maximum metum illac nauigantibus incuſſerat nauis vna, quæ deſpecto periculo ad munitiones illas acceſſerat, quinque tormentorum ictibus perfracta. Poſtea ipſe Parmenſis ad Baſſerodium, infra Lilliorum oppidum pontem ſuper Scaldim ſtrauit, & tignis in flumine defixis, tranſitum à mari B venientibus nauibus prohibuit. Callo vna munitio extructa, cui præſidium impoſitũ, altera Ordami: Operi faciundo inſtabãt Mãsfeldius & Mondraco cũ ſuis militibus: exercitũ verò Parmẽſis Lilloo ad Tenremondã totius Flãdrię munitiſsimã traduxit, caſtra ad Lebeccũ pagũ locauit, qui ab Antuerpia ad mille paſſus diſtat, qua die araldũ cum mãdatis miſit, vt vrbẽ regi domino cõfeſtim traderẽt, ſi facere recuſarẽt, omnia belli incõmoda illis expectanda eſſe. Nam ſi pertinaciter reſiſterẽt, nullum veniæ locũ illis proponi. præfectus præſidij, ſe nec Regis autoritate, nec vllius piculi denũciatione, moueri, nec vl- C lius, q̃ Belgij Ordinũ imperiũ agnoſcere, araldo reſpõdit. Hoc reſponſo Parmẽſis indignatus, mœnia tormẽtis quati iuſsit.

Qui Lilloi erãt, propter effuſas à perforatis per Hollandos aggeribus aquas, locũ deſerere & aliò ſe recipere coacti ſunt, quem Ordines ſtatim occupârunt, eiq́; Telignium nobilem Gallum præfecerunt. Mondraco ex aduerſo Lilloi munitionem occupauit: quam cùm Ordines recipere conarentur, centum è ſuis amiſsis, deſperatâ expugnatione, abiêrunt.

Tenramonda dedita. Paucis pòſt diebus quàm Tenremonda obſeſſa eſt, q́ trecẽti tantum milites in præſidio eſſent, & regij diſruptis retina- D culis foſſas vrbis ſiccâſſent, Parmenſi neceſſariam deditionẽ fecit. Primo appulſu Regij propugnaculũ in exteriori labro foſſæ impetu facto cœperũt, amiſsis tantùm decẽ Hiſpanis, & triginta vulneratis, cuius oppugnatio per tres horas durauit. Poſtea nihil quod alicuius momẽti eſſet tẽtatum eſt. Deditionis aũt conditiones hæ fuere: Cùm Montagnius præſidij præfectus poſtularet, vt ſibi, ac ſuis militibus, quo liberet, abire liceret, enſe tantum ac pugione armatis, Parmẽſis ſe cu-

ratu-

A raturum promiſit, vt Villebruchum deducerentur: ſic tamen, 1584.
vt nullos ſecum captiuos abducerent. Cum magiſtratu ac ciuibus ſic pactum: Vt in regis tutelam præteritorum abolitâ memoriâ reciperentur, vrbem cum primis Parmenſi traderẽt, & intra trimeſtre ſpatium ſexaginta florenorum millia numerarent: in poſterum Rex omni clementiâ in eos vteretur, ſi quis eorum vnà cum præſidiario milite vellet diſcedere, liberum illi foret. Centum quinquaginta milites vrbe ſunt egreſsi, cum magno puerorum & fœminarum numero. Reten
B ti duo miniſtri, quorum vnus ſacerdoti peccata confiteri noluit, qui vndis ſubmerſus eſt: alter confeſſus eſt, qui laqueo vitam finiuit.

Ordines cùm viderent maiores Regi Hiſpaniæ vires eſſe, quàm ipſi ſuſtinere poſſent, Franços aut Anglos in auxilium vocandos eſſe ſtatuerũt, vel etiam, ſi fieri poſſet, ambos. Francorum Rex Ordinum Legatis reſpondiſſe fertur, ſe bellum contra Hiſpaniæ regem nequaquam in vllius gratiam ſuſcepturum. Brunæus autem quidam cum ampliſsimis tranſigendi mandatis in Hollandiam miſſus Delftum appulit, vbi
C poſtridie ipſius aduentus cum magna omnium expectatione auditus eſt. Petebant Ordines à Francis eiuſmodi auxilia: Vt Regi Hiſpaniæ bellum indicerent: in Prouincias, quæ illi parebant, annonam vehi prohiberent: promittebant ob id Regi Francorum, ac eius poſteris, qui ſceptrum tenerent, omnem obedientiã, qualem vaſalli & ſubditi dominis ac principibus debent. Cautionis & pignoris nomine Oſtẽdam & Excluſam, Flandriæ litoreas vrbes, ſe daturos dicebant, quæ Francorum præſidio tenerẽtur. Sed Rex Vliſsingam poſtulabat, quæ portus commodiſsimus eſt; ita, vt qui illam in pote-
D ſtate habet, oceani dominus ijs in locis facilè euadat. Brunæus Legatus in Ordinum conuentu luculentam orationem habuit, quâ mirificè regis ſui humanitatem, æquitatem, potẽtiam, & opes extollebat, & beneuolum erga illos animum prædicabat: Hiſpaniæ vires extenuabat, & poſtremo regis ſui nomine ampliſsima auxilia pollicebatur.

Noua confilij Ordinum.

Gallicus Legatus.

Ordines interim Paulum Buſium, cũ aliquot alijs primarijs viris, ad Angliæ reginam ablegârunt, idem quod à Gallorum rege poſtulantes, vt ſi vtroſq; ad ſummittenda auxilia flectere

Ord. ad Anglicam Legatio.

1584. nō poſſent, alterutros adiutores & defenſores haberet: quo- A
niam res eorum in eo ſtatu eſſent, vt externo auxilio carere non poſſent. Anglorum tamen amicitiam magis adpetebāt, quòd viciniores, & mari potentiores eſſent, vnde promtius, & opportunius auxilium ſubminiſtraturi videbantur.

Parmenſis Beutæ ad Scaldim, qui pagus duobus ab Antuerpia milliaribus diſtat, cum exercitu conſedit, & Mondraco alteram fluminis partem occupauit, eo conſilio, vt flumen interſcinderent, cathenis & operibus maximè nauigijs ad ripam aduerſus nauigantes obiectis. Ad id autem non parum B
iuuabat, quòd Parmenſis Bruxellenſium flumen, quod Antuerpiam ducit, occupârat.

Latrocinia Cameracenſia. Interea Cameracenſes Arteſiam & Annoniam crebris excurſionibus fatigabant, & grauia detrimenta ruſticis inferebant, quæ cum Franciæ Rex iniuſſu ſuo fieri diceret: Parmēſis Mottam, Grauelingenſem præfectum, in Bononienſem agrum excurrere iuſsit, qui abactâ ingenti prædâ, ſine vllo ſuorum damno domum redijt. Francis autem de Motta, hoſtilia agente, conquerentibus, Parmenſis vt paria redderet, Mottam ea iniuſſu ſuo feciſſe reſpondit. C

Gandauenſes paciſcũtur: & quibus conditionibus. Cùm Gandauenſes obſidionis varia incōmoda pertuliſſent, & nulla ipſis ſpes liberationis affulgeret, fœderatis ſingulis in ſuo periculo occupatis, cum Rege paciſci, & quacunque ratione cum eo in gratiam redire ſtatuerunt. Reconciliatio autem, poſt varias deliberationes & colloquia, hiſce conditionibus confecta fuit: Vt decem Sequanorum militū millia, totidemque Germanorum, præter Vvalones, quorum par numerus eſſe dicebatur, intromiſſa fuerint. His in vrbem ingreſsis, pacificatio ſolenni more per magiſtratum publicata eſt, cuius præcipui articuli hi ſunt: In primis magiſtratui, con D
ſiliarijs, decanis, officiarijs, ciuibus, & incolis publicam, perpetuamque condonationem omnium criminum & maleficiorum, quæ ipſi durante bello patrârint, Regem clementer indulgere, eorum memoriā, ac ſi nunquam accidiſſent, prorſus abolere. Ideo ne in eos poſthac lis moueatur, vel ipſis à quoquam, vlla ex occaſione, inferatur moleſtia, aut quicquā illis exprobretur, decernere, modò ſe in poſterum fideles vaſallos ſubditosque morigeros præbeant. Placere, vt ab huius tranſ-

A trāſactionis die, ciues integrè & quietè bonis ſuis omnibus, 1584.
ac ſi nunquam offendiſſent, vtantur fruantur. Ac ne forte vr-
bem diripere. Et ciues bonis ſpoliare velle, quibuſdam videa
tur, ipſis ciuibus licere in vrbe manere, modò modeſtè & ſine
ſcandalo viuere velint, quibus biennium ad deliberandum;
num ipſi ex ſanctæ, antiquæ, Catholicæ, Apoſtolicæ, Roma-
næ religionis præſcripto viuere velint, conceditur. Si nolint,
ipſis extra Belgij fines ſecedere, ſine vllo impedimento, lice-
re, & tum liberam illis integramque bonorum ſuorum om-
B nium fruitionem permitti, vt qua via cōmodius videbitur,
de ijs diſponere, aliò transferre, vendere, commutare, aliena-
re, vel per procuratores adminiſtrare, vſumque eorum recipe
re valeant. Quoſcunque cœptos litium proceſſus, latasque
ſententias ijs iudicibus, qui tanquam Flandrię conſiliarij, vel
vrbis magiſtratus, in ea vrbe ſederint, vitandæ confuſionis
cauſa inter eos, qui præſentes adfuerint, & illorum iuriſdi-
ctionem approbârint, tenere, damnatis tamen appellationis
ad magnum conſilium remedio, ſi eo vti volent, prouideri,
& ſi iudicis eius literas popoſcerint, illis minimè denegan-
C das. Idem etiam Gandauenſibus contra ſententias, quæ in i-
pſos alibi latæ ſunt, concedi. Vrbem ſecundum hæc ad præ-
ſtandam Regi eam, quam prius exhibebat, obedientiam re-
ducendam, vt ex regiæ maieſtatis autoritate ad eum, quo an-
te tumultus, modum gubernetur. Regē omnia ſua iura, quæ
belli iniuria intermiſſa fuerant, plenè & integrè recepturum;
prælatos inſuper omnes, collegia, capitula, monaſteria, xeno
dochia, noſocomia, aliaque loca, pietati Chriſtianæ deſtina-
ta, & quęcunque ſua bona recepturos. Nihilominus ex im-
mobilium bonorum perceptis fructibus aut reditibus, ſi ex
D magiſtratuū iuſſu & autoritate intercepti & expenſi fuerint,
nulla reſtitutio competet, niſi ſingularium quorundā, in qui-
bus magiſtratus autoritas non interceſſerit, cuius rei cogni-
tio ad ordinariam iuriſdictionem pertinebit. Porrò Parmen-
ſis certior factus, ea, quæ in vrbe acciderunt, non ſine magno
miſeri populi dolore à paucis ſeditioſis, ijs maximè, qui eò
aliunde proſcripti profugerunt, & vrbis ciues non ſunt, fuiſ-
ſe patrata: propterea ciuitati in commune condonando, ne
videatur à ſolita clementia recedere, ſex viris ex duodecim,

1584. quos petierat, contentus erit, quorum traditione ciuitatem A
ab omni crimine abſolutam iudicabit:& ſi tribus vitam con-
ceſſerit,reliquos tres pro arbitrio puniturus ſit. Denique vt
ciues,& incolæ gratitudinis nomine ob clementiam, qua in
eos vtebatur, trecenta coronatorum millia perſoluant, nec
cuiquam ex vrbe,ante perſolutam illam ſummam, egredi fas
eſto.Perſolutâ autem illâ pecuniâ, Gandauenſibus polliceba
tur,ſe illos in poſterum pro fidis regis ſubditis ac vaſallis ha-
biturum,ac cum omni lenitate tractaturum.Poſtremò vt Fri-
dericum Perrenotum Champagneum, Cardinalis Granuella B
ni fratrem,& Crucium,quos captiuos detinebant, liberarẽt;
item Gillium,Borlutium,Ioannem Danæum,libertate dona
rent.Liberatus itaque fuit Champagneus, & ad Parmenſem
deductus,in cuius caſtris podagrâ, ex tædio carceris contra-
ctâ,aliquandiu laborauit.

Legatꝰ Col. & Trev. malè acceptus.

Sub hæc tempora Melroius,à Colonienſi & Treuirenſi ar-
chiepiſcopis,Delftum ad Ordines, vt eos ad pacem ſolicita-
ret,miſſus eſt:ſed ab ijs non fuit auditus: hoc tantum pro re-
ſponſo tulit,etiamſi abeſſet, ſatis apud eos eſſe exploratorũ,
proinde ad ſuos confeſtim rediret. C

Interim Holandis ac Zelandis Frãci & Angli magna auxi-
lia pollicebãtur,ſi omnẽ de pace cũ Philippo rege negotiatio
nem omitterent: Holandiq́; Antuerpienſibus cẽtum viginti
duo nauigia, omni genere commeatus onuſta, miſère,quorũ
vnum à regijs depreſſum fuit: paulò pòſt centum quinqua-
ginta miſſa ſunt, è quibus duo à regijs in flumine demerſa.

Iis ferme dieb. Stevvichij Friſiæ regij, qui in in præſidio e-
rant,trecentos milites,qui Ordinibus militabant, Veluâ præ
datum egreſſos,cæſis triginta equitibus, in fugam verterunt.

In conuentu Ord. quid actũ.

Tunc Antuerpienſium,Bruxellenſium & Mechliniẽſium D
legati ad Ordines,Delfti congregatos, venerunt,vt commu-
nem omnium cum Rege reconciliationem faciendam procu
rarent, quod ſi Holandi & Zelandi renuerent, ſe ſeorſim ſin-
gulos cum eo pacturos, oſtendebant. Ad id autem præcipuè
mouebantur, quòd Holandos in Hiſpania de pace agere ru-
mor erat;ſed nihil in eo conuentu,quod ad communem quie
tem pertineret, peractum eſt.

Inſtabat Parmenſis operibus in Scaldi flumine perficiun-
dis,

A dis, quo hoſtilibus nauibus appulſum ad Antuerpiam arce- 1584.
ret. Erat Beuræ non procul ab vrbe cum validis copijs, qui- *Parm. ope-*
bus hoſtium impetum, ſi ſe ad diſturbanda opera offerrent, *ra ad Scal-*
ſuſtineret. Miſsi Gandauo, ad ea opera vrgenda, centum li- *dim.*
gnarij fabri, & ſexcenti foſſores. De ijs operibus variæ ſenten
tiæ dicebantur; alijs perfici poſſe & vtilia fore differentibus;
alijs, inutiles ſumtus eſſe, qui in ijs inſumebantur, cõtenden-
tibus, atq; illum oportuiſſe hęc opera ſtatim ineunte vere in-
ſtituere, vt ijs æſtate frui poſſet. Periti verò architecti, ex Scal-
B dis fluminis conditione coniecturam capientes, vtiliſsima
futura adſerebant. Antuerpienſes ad diruenda ea ingentem *Antuerp.*
& robuſtam nauim, arcis inſtar, varijs machinis munitam, ex *conatus.*
truxêre, qua aggeres ad Ternouſam, ſi Holandi perrũpere nõ
poſſent, munitiones vrbi propinquas adoriẽdas eſſe ſtatuêre.

Cùm inter ſe Antuerpienſes in conſilio de hac re diſcepta- *Conſilium*
rent, quidam fiduciâ ſumtâ ſic loquutus fertur: Fingite quæ- *cuiuſdam.*
ſo, Parmenſem operibus cœptis flumen non eſſe clauſurum;
nónne eum munitiones ad ripã excitâſſe videmus, à quibus
vix vllâ ratione pelli poſſe videtur. Deinde agris iam potitur,
C vt adcedere ad nos volentibus tranſitus ſit obſeptus; habet
victorem exercitum, aggeres altos extruxit, ne campi aquarũ
alluuione inundentur. Pręterea negotiatio vrbi obſeſſæ pror
ſus interclusa, ſine qua plebs nullo pacto vitã ducere poteſt.
Proinde cuiuis, rectè pericula expendenti, perſpicuũ eſt, niſi
maturè de pacificatione cum Rege agamus, hãc obſidionem
nobis exitialem fore. Hæc opportunè & fideliter dicebãtur,
vti etiam euentus docuit; ſed apud obſtinatos nihil valuêre,
maximè quòd à fœderatis valida auxilia expectarent, quę Par
menſis conatus facilè infringerent.

D Conſtanter autem Parmenſis inſtituta opera proſequutus
eſt, vt Scaldim Antuerpienſium auxilijs occluderet, & vt illa
magis firmaret, & aduerſus inuadẽtes defenderet, Gãdauo &
Teutemondâ nauigia Calloũ adducẽda curauit, quę Bercth o
milliari ab Antuerpia ſummiſſa, per prata inundata aduenê-
re, quorum inſperato appulſu, vrbs Antuerpia ſic perturbata
eſt, vt plebs de annona & negotiatione omnino deſperans,
pacem à Rege petendam & belli conſilia omittẽda palàm ex-
clamaret, Magiſtratus tamen & Eccleſiarum miniſtri ad hos

1584. populi clamores nihil ſe commouerũt, ſed imperterriti man A
Nauis qualis. ſere, quòd magnam victoriç ſpem in ſtupenda illa naui, inſtar arcis ædificatâ, collocarent, nihil illi imperuium æſtimãtes: quòd celſa latera, vnde in caſtra hoſtiũ facilis erat deſpectus, & ceſpite atq; materia optimè firmata haberet, vnde tormenta hoſtilia omnino contemnebat: viginti quatuor maiora tormenta vehebat, quibus Antuerpienſes, Parmenſis munitiones ſe deiecturos, ſibi perſuadebant. In ſuperiori nauis tabulato & carcheſiis erãt ſcloppettarij, qui craſsioribus ſcloppettis, quos Moſquetos vocant, vtebantur, in inferiori bom- B
bardæ erant collocatæ, quibus munitiones impetebantur. Sed Parmenſis hos Antuerpienſium conatus nihil reformidauit, & viginti duobus nauigiis, quæ Gandauo & Tenremondâ adduci iuſſerat, alia triginta quinque adiunxit, quo totam fluminis latitudinem occuparet, & inſultantibus hoſtibus ſe opponeret. Expectabant Antuerpienſes ex Hollandia & Zelandia aliquot naues militariter inſtructas, & ea ſpe in continuando bello maximè obfirmabantur, prçſertim quòd in animum induxiſſent, illis nauibus aggeres ad Tarnouſam ſe perforare poſſe, & ſubiectos campos C
inundare; quod tamen perficere non potuêre; Parmenſis prçſidiis viriliter reſiſtentibus.

Tumult⁹. Lieſfordium, per Ordines Brabantiæ Cancellarium creatum, quidam Antuerpiẽſes, numero quinquaginta quatuor, exhibito ſupplici libello hortati ſunt, vt ciuium nomine ab Ordinibus, pacem cum rege faciendam, poſtularet. Cùm hoc rectoribus vrbis innotuit, campanæ ſonitu ad arma conclamatum, quaſi hoſtis in foribus eſſet, & quilibet ad mœnia adcurrens, cum ſuo præfecto conſtitit. Diligenti de iis ſupplicãtibus inquiſitione habitâ, triginta capti ſunt, è quibus qui- D
dam certâ pecuniæ ſummâ mulctati fuêre, aliis omnia bona
Edictum. ademta, & in fiſcum relata. Edictum poſtea promulgatũ eſt, ne quis poſthac de pace verba faceret, niſi bonis omnib. priuari, & corpore pœnas luere vellet.

Interim Antuerpienſes Mechlinienſibus ſuppetias ferebant, omnibusque neceſſariis rebus, quantum poterant, eos iuuabant: nondum enim vltrò citroque commeandi facultas, ſicut Bruxellenſibus, erat ademta. Hollandi, Zelandi ac Braban-

A Brabanti interea aggerem, inter Lilloum & Antuerpiam excitatum, deijcere conabantur, quod eius beneficio Parmenſis rei frumẽtariæ prouideret, quo perrupto, ipſum ad commeatus inopiam redactum iri, putabant: quod tamen perficere non potuêre. 1584.

Paulò pòſt Antuerpienſibus propoſitum eſt inſolens iuramentum præſtandum, nimirum ſe perpetuo Hiſpaniæ Regẽ, & omnes eius fœderatos pro hoſtibus habituros, nec ſe vnquam pacem cum eo vel cum ſocijs facturos, ne quidem de *Inſolens iuramẽtum.*

B ea publicè vel priuatim, vllo vnquam tempore vlláue ratione, loquuturos, vel eam ab ipſo oblatã ſuſcepturos: & ſi quis contrà facere auſus fuerit, vltimo ſupplicio, proſcriptis omnibus bonis, eum dignum cenſeri.

Quo magis autem populum Antuerpienſem à pace petenda vel ſuſcipienda auerterent, in vulgus ſparſerunt, Parmenſem Gandaui in reformatæ religionis homines, contra deditionis pacta, ſupra modum ſæuire, carceribusq́; plurimos in odium doctrinæ, quam profitentur, mãcipare; ꝓpinquis, qui eos, ſi quid peccâſſent, puniri, ſin minus abſolui, ſupplicibus *Rumor.*

C libellis flagitabãt, illum reſpondere, ne vllos amplius ſupplices libellos offerrent, aliàs ſe in illos animaduerſurum. Præterea Aldegondanus in ſuprema vrbis curia varijs propoſitis rationibus ciuium animos ad defenſionem incitauit, & in ſpem certiſsimam victoriæ erexit: ſe adhuc per ſemeſtre ſpatium viriliter aduerſus hoſtiles impetus tuerẽtur, ipſum ſperare, quod non modò à mœnibus obſidentes hoſtes depellerent, ſed etiam firmis exterorum potentiſsimorumq́ue principum auxilijs freti, memorabili victoriâ ſuperarent: Angliæ reginam omnem operam & ſtudium polliceri; Franciæ Re- *Spes.*

D gem illos in tutelam recepiſſe, Ordinum Legatos, qui ab eo redierant, præclara quæque de illo polliceri. Inter illos Longolium & Paeſium Iureconſultos Geldrenſium nomine præcipuas vrbes, Venloum & Buram, quas proprio præſidio teneret, obtuliſſe. In Brabantiæ vrbes Bergam ad Zomam & Gertrudisbergam idem ius conceſſum eſſe: item in Flandriæ oppida Oſtendam & Excluſam: Zelandos Vliſsingam & Mitelburgum, Holandos Enchuſam tradere paratos eſſe.

Poſtea tamen inter eos conuentum, vt licet eos Galliæ rex

1584. in tutelam reciperet, ipſe tamen acceptâ certâ pecuniæ ſum- A
mâ portus & vrbes illas ipſis relinqueret. Hæ verò vrbes non
modò incolarum, ſed etiam Angliæ reginæ conſilio ſunt ex-
ceptæ, ne præſidium Gallorum ſuſciperent. Etenim Anglis
nō placebat, Francorū regem ijs vrbibus potiri, ne ipſis maris
dominiū eriperet. Holādi aūt & Zelandi cautè in ſocios Flan
dros, Brabātos & Geldrēſes bellū reiecêre, vt id à ſe auerterēt,
quoniā periculoſius ſemper eſt in proprio quàm alieno ſolo
bellū alere. Ideo verò Antuerpiēſes ſibi illos adiunxêre, vt il-
lis aduerſus hoſtes pro defenſione, tanquā propugnaculo ob B
iecto, vterentur, eādemq; ob cauſam Bergam ad Zomā, quod
ipſorum, propter vicinitatē, maximè interſit, eam vrbem fœ-
deratam & amicam habere, diligenter muniêrunt, equitum-
que turmas aliquot ibi præſidio collocârunt. Prętereà ad Bur
gerholtz, Antuerpiæ propinquum pagum, octingentos An-
glos, qui fines tuerentur, miſerunt.

Parmēſis nihil tantis hoſtium conatibus commotus, perfi
ciundis operibus conſtanter inſiſtit. Quinimo hoſtem ſe de-
ſpicere, & certam victoriæ ſpē iam cōcepiſſe, palàm oſtende-
bat, nec aliquā timoris ſignificationē dabat, quod tum probè C
cognitū eſt, cùm ab Ordinibus quidā ad eius caſtra exploran-
da miſſus eſſet. Ad ipſum enim ꝓductus, bono eū animo eſſe
iuſsit, & oēs munitiones, quas excitabat, ei oſtēdit, & locum,
in quo potius mori ſtatuiſſet, quàm cœpta opera intermittere
aut deſerere, id Antuerpienſib. declararet, & quā citiſsimè ad
eos reuerteretur, q; nihil amplius eſſet, quod in caſtris ageret.

Metuentes autem qui vrbis adminiſtrationem habebant,
ne populus obſidionis incommodorum pertæſus, ad pacem
quærendam & amplectendam animos inclinaret, iuramenti
formulam, quæ de pace ſermones in vrbe cohiberet, ex Sca- D
binorum autoritate, confirmârunt.

Interea centum & viginti naues, omni genere commeatus
onuſtæ, nullo accepto ad Parmenſis munitiones detrimen-
to, ſaluæ Antuerpiam appulerunt, ex Antuerpienſibus præſi-
diarijs Angli triginta ad Parmenſem transfugerunt, qui qua-
tuor ſuæ gentis ſigna ad ipſum defectura, ſi recipere vellet,
nunciârunt. Iis ſigillatim bini coronati dati fuerunt.

Parmenſis Antuerpienſium tribubus declaratâ Anglorum
defe-

A defectione, literas dedit, quibus eos ad pacem cum rege faciē 1584.
dam hortabať, ſe operam daturum pollicitus, vt clemēter & benignè à rege, quãuis grauiter eum offendiſſent, reciperenť.

Telignius captus.

Accidit paulò pòſt, vt Telignius, qui æſtate ſuperiore Lilloum defenderat, Antuerpiam cum decem nauibus, & triremi vnâ proficiſcens, quæ commeatu & mercibus onuſtæ erant, ad Parmenſis munitiones tranſire conaretur, ex inſidijs ad aggeres diſpoſitis tormentis impetitus, cum tota ſua claſſe in Parmenſis poteſtatem venit. Is Gandauum miſſus eſt,
B inde Tornacum.

Hoc felici ſucceſſu Parmenſis magis incitatus eſt, vt cœptas in Scaldi flumine munitiones proſequeretur, donec tandem ad exitum perductæ eſſent. Fuit autem Senatui populoque Antuerpienſi, iactatis rumoribus, perſuaſum, Parmenſem cum fœderatis Prouincijs & vrbibus vniuerſalem & communem pacem conſtitui nolle: ſed ſeorſim cum ſingulis, quo ſocietate & fœdere coniunctos, diuerſis pacis tranſactionibus disiungeret. Si pacem autem ſub iiſdem conditionibus cum omnibus Belgis, qui nouo fœdere coniuncti eſſent,
C iniri vellet, petere ſtatuebant, Hiſpanum ex Belgio dimitti, & ſibi liberum publicumque reformatæ religionis exercitium concedi: quas conditiones Regem nunquam probaturum rectè intelligebant, & ſic de pace negotiationem omnem tolli volebant, & bellum maioribus animis geri, omni ſpe reconciliationis ſublatâ.

Inſtruxêre tunc Holandi & Zelandi claſſem, quæ mercimonijs & commeatu onuſta Antuerpiam adnauigaret. Zelandi moræ impatientes, ſocios præceſſerunt, & cùm centum quinquaginta nauibus ad vrbem, nequicquam prohibentibus ho
D ſtibus, appulerunt. Poſtridie ipſorum aduentus, Antuerpienſes literis, quas Parmẽſis aliquot antè diebus ad eos miſerat, reſponderunt: ſe cum Rege Franciæ, Prouincijs atq; vrbibus confęderatis, quę ipſe ſcripſiſſet, prius cõmunicaturos, quàm ad propoſitæ pacificationis negotiũ plenum reſponſum dare poſsint. Tunc ille, ex Scaldi perductâ foſſâ, ſtationẽ clasſi ſuæ ad inſtitutas munitiones appoſitè cõſtituit, ne ſcilicet p hyemẽ, fluminibus & cęteris aquis gelu cõcretis, glacies diffractą illam impeteret, ac irreparabile aliquod damnum ei inferret.

Gandaui mutatur ſenatus.

1584. Sub hoc tempus Gandaui magiſtratus omnis fuit reforma- A tus,ſuſpecti à gubernatione amoti, in eorum locum Pontificiæ religionis viri ſuffecti,vti antea Brugis factum fuerat: arma reformatæ religionis hominibus ademta; ex ciuibus,qui regiæ cauſæ patrocinari noſcebantur, ſigna quatuor delecta, quæ vnà cum præſidiario milite vrbem cuſtodirent; arx inſtaurata eſt; deiecta porta vrbis,quæ illi imminebat, quod ab illa periculum arci timendum eſſe iudicarent.

Mechlinia, Bruxellenſium penuriâ cognitâ, centum currus, vario commeatu onuſtos, ad eos miſit, qui vitato omni B periculo in vrbem ingreſsi ſunt: ſed cum reuerterētur, ab ijs, qui ſubſidio illis dati fuerant, derelicti, in Villefordanorum poteſtatem venêre.

Claſsis Holandica.

Claſsis Holandica tunc temporis, quę ducētarum nauium erat, dum per Scaldim nauigans Antuerpiam contendebat, ad munitiones, quæ iam perfectæ erant, hæſit, & commiſſâ cum regijs pugnâ,quinque naues amiſit,quarum duæ in imū depreſſæ ſunt,& tres captæ.In animo habebant Holandi,aggeres ad Ternouſam perforare,quò Flādriam, in primis Vaſſeæ Prouinciam, inundarent; vnde Parmenſis opera, multo C labore & grauibus ſumtibus excitata, inutilia reddi iudicabant, & ipſum ad aleam vniuerſi certaminis coactum iri, & mari, in quo genere pugnæ Holandi & Zelandi, corporum robore,animorum audaciâ,reique naualis peritiâ præſtabāt: idcircò ſibi contra Parmenſem victoriam pollicebātur, quos tamen ingenti animi fiduciâ contemſit, & ſuorum induſtriâ atq; diligentiâ vſus,illorum conatus feliciter eluſit.

Parm. ſcribit Antuerpienſibus.

Reſcripſit tunc magiſtratui & populo Antuerpienſi,non licere ſubditis ſupremo ſuo legitimoque principi quicquam contra veteres,quas iurârit, leges præſcribere: multo minus D contra eum arma ſumere: & quod iactarent Franciæ regem illos in tutelam ſuſcepiſſe,rem ſecus ſe habere,ex ipſius regis literis monſtrari poſſe,& vt huius rei fidē faceret,nouiſsimas ad ipſum literas illis miſit,quibus hoc diſertè teſtabat. Cum ijs regijs literis Parmenſis ſuas adiunxit, quibus exprobratâ Antuerpienſibus rebellione,operam ſuam pro illis apud regē pollicebatur,ſi cum eo reconciliari,& poſtulatâ præteritorū veniā in gratiam redire vellent. Antuerpiēſes eas literas Ordini-

A dinibus miſerunt, expoſcentes, vt quid facto opus eſſe ipſis 1584.
videretur, protinus ſignificarent. Se autem illas non aperuiſſe declarabant, ne populus, qui belli pertæſus pacem expetebat, excitatâ ſeditione, aliquid contra magiſtratum moliretũ.

Interea Franciæ Rex ad Parmēſem Legatum miſit, in eum finem, vt vulgi rumores, de ſuſceptâ ab ipſo Belgicorum Ordinum tutelâ, extingueret, & perturbatis ipſorum rebus ſuas florentes immiſcere nolle declararet.

Holachius fuſus.

Holachius, qui octingentis equitibus, & peditibus multis B ſtipatus, commeatum Bruxellenſibus importare tentabat, à regijs Conradino Italo duce fuſus eſt: centum quinquaginta equitibus è ſuis cæſis, ducentis quinquaginta captis. Ipſe ſaluti fugâ conſuluit, & ſe in Campiniam Brabantiæ in quandam arcē recepit. Huius infelix caſus Merodio occaſionem dedit, vt Bruxellenſibus perſuaderet, à Rege pacem expoſcere, & pertinaciæ finem imponere, quæ nullam laudem nec commodum eis adferre poſſet, quod commeatus inopiâ maximè laborarent, & nulla auxiliorum ſpes omnino affulgeret, cunctis ſocijs ipſorum in ſuo periculo occupatis.

DE BELLO CIVILI BELGICO

Liber VI.

1585. [V. Th. L. digeſsit.] ANNO milleſimo quingenteſimo octuageſimo quinto ineunte, die quarta Ianuarij, Aldegondanus habitâ in ſenatu Antuerpienſi prolixâ oratione, de diligenti vrbis cu- B ſtodiâ, quatuor nouos columellas ex infima plebe delectos conſtituit, ad quoduis facinus audendum paratos, curauit etiam, vt ad certũ diem reuocarent, qui cõtra edictum vrbe exceſſerãt.

Eo ferme tempore Cameracenſes cum Atrebatibus & Annonibus inducias, in annum, edicto publico, ſanxerunt.

Regiorum in Friſia victoria. Ordines in territorio Groningenſi ad Amiſium fluuium, pago cui Oterdom nomen eſt, propugnaculum anno præcedenti, magna cum celeritate conſtruxerant, ex quo multum damni territorio inferebant: & ne Embdâ commeatus in vr- C bem nauigio importari poſſet, impediebant; quia verò naturâ loci, fluxus atq; refluxus maris beneficio & arte eſſet munitiſsimum, oppugnari difficulter potuit. Quare longa obſidione & fame, qui in eo erant, domãdos eſſe Verdugius exiſtimauit. Rem nobili cuidam Vltraiectenſi, iuueni robuſto & imperterrito, nomine Rineueltio, toto hoc Friſico bello notiſsimo, demandauit. Is cum extructis iuxta Geuſiorum ſtationem alijs munitionibus aliquandiu commeatum excluſerat; tandem initio huius anni, Hollandi apparatu facto commeatũ nauigio in propugnaculum importare ſummâ vi con D tẽdebant: Rineueltius id impedire, & ſe ad pugnam accingere, vtrinque ad manus venire, fortiter dimicare; Hollandi tandem fugam capere, regij quatuor nauigia, ſtellaturâ & commeatu onuſta, & duas naues bellicas intercipere, ſpolijsque diuites in caſtra redire.

Ordines cùm viderent Antuerpiam arctiſsimè obſeſſam, omni vi & ope contenderũt, vt Buſcoducum, omnium eius Prouinciæ vrbium munitiſsimam, proditione capere poſſent,

A ſent,pertractis ad ſe quibuſdam ciuibus. Huius intercipien- 1585.
dæ curam Holachio demandârunt, qui circiter quatuor mil- *Holachij*
lia ex ſuis & alienis præſidijs collegit,quorum maximam par- *infelix co-*
tem in inſidijs non procul ab vrbe collocauit, ducentis Ger- *natus in*
manis equitibus,& ſcloppettariorum cohortibus aliquot,ad *Buſcoduco*
vrbem præmiſsis; ex ijs quinquaginta delecti ſunt, qui cæte- *intercipien-*
ris præeuntes,ædiculas duas,quæ præcipuæ portæ vrbis ad- *do.*
modum propinquæ erant,telonijs recipiendis deſtinatæ,oc- 19.Ian.
cuparent,quod circa mediam noctem,magno ſilentio,nemi-
B ne ſentiente,ab illis factum eſt. Ad horam octauam, cùm ci-
ues portam aperuiſſent,quinquaginta illi eos,qui ad ſpeculã
dum egreſsi ſunt, trucidârũt, tum in portæ cuſtodes impetu
facto,illos incautos oppreſſerunt.Ne quis autem ſupernè ca-
taractam demitteret,ad præcludendum ſequentibus aditum,
ſuperiorem locum aſcenderunt, vbi vnus tantum ſenex re-
pertus eſt,cui tot inflixêre vulnera, vt mortuum eum iudica-
rent. Sequuti ſunt ſtatim ducenti equites, & ſcloppettarij,
qui per portam illam vrbem ingreſsi, magnis editis clamori-
bus,victoriam & captam vrbem ingeminârunt. His vocibus
C milites,qui turrim portæ conſcenderant,excitati,deſerto lo-
co, ſocijs ſe adiunxerunt, vt direptionis vrbis, quam Hola-
chius omnibus,qui ipſum ſequuti fuerant,promiſerat, parti-
cipes forent. At pridie eius diei quadraginta Lancearij Se-
quani & Itali in vrbem venerant,cum aliquot ſcloppettario-
rum manipulis,non vt vrbem tuerentur, ſed vt merces ac ſu-
pellectilem quorũdam in vrbem,tanquam in locũ tutum,de-
ducerẽt,quod ſæpe antea fecerãt.Hi ad captæ vrbis clamores
excitati,properè arma capiũt,ac conſcẽſis equis,quos iam fre
natos habebãt,confertim in hoſtẽ, qui iam forum & alia tria
D celebria loca tenebat,impetum faciunt,priuſque equitatum
inuadunt.Acriter vtrinq; pugnatum,ſed cum Holachiani vi-
derent,ciues Italis & Sequanis ſe adiungentes,& nemini ca-
pto parci,animis prorſus cōcidêre, ſeq; proditos exiſtiman-
tes,in effuſam fugam ſe coniecêre,tantâ animorum perturba
tione, vt prope ducenti ſeſe ex mœnibus in ſubiectas foſſas
præcipites dederint, è quibus permulti extracti ſunt. Inter
eos non pauci erant viri nobiles.Cæſorum numerus ad quin
gẽtos æſtimat.Ferdinãdus Truchſeſius Coloniẽſis Canoni-

1585. cus, frater Gebhardi Electoris, & nobilis quidam Atrebas, A
Marchettus nomine, præfectus Oſtendæ, atque Aurantii filius ſpurius, præcipui receſentur. Viginti quinque ex ciuibus, qui proditionis conſcij fuêre, laqueo vitâ finiêre. Holachius ſtatim ſub pugnæ initium, equo mutato, celerrimè ad eos, quos foris, numero trium millium, in inſidijs collocârat, adcurrerat, vt eos in vrbem, quam in poteſtate ſe habere putabat, introduceret. At vbi ad portam venit, cataractam demiſſam reperit; ſuosq; à ciuibus fuſos, ex mœnibus in ſubiectam foſſam ſe deijcientes vidit: Tunc fortunam incuſans, quæ res B
bene cœptas momento temporis peruerterat: cum Iſſelſteinio, ſuiſque tribunis pedem retulit, fugaq; Getrudisbergam, ac inde Dodracum petijt.

Bruxell. de pace cogitant.

Perſuaſi à Merodio Bruxellenſes, Legatos, pacis obtinendæ cauſâ, ad Parmenſem miſerunt; ad id præcipuè inducti, quod tantâ premerent annonæ penuriâ, vt ſupra triginta homines in dies ibi fame perirent: ſed cum nulla adferret media, exploratores potius quàm Legati habiti, magna cum indignatione Parmenſis remiſsi ſunt. Ciues ſumma annonæ difficultate preſsi, occaſiones quærebant elabendi, & vicinis in locis vi- C
ctitandi: Sed Parmenſis vrbis pertinacia offenſus, quotquot deprehendit, aut in ciuitatem reiecit, aut laqueo necauit.

Antuerpienſes autem tantum à procuranda pace aberant, vt iuramenti formulam, quâ cauetur, ne quis de pace verba faceret, renouârint, atque in hanc ferè formam (ſtrictiùs quàm antea ciues obligantes) iurandam ac confirmandã propoſuerint: *Iuro ego N. me perpetuo pro virili communẽ Belgij Ordinũ generaliũ protectionẽ ſententia & decreto contra Hiſpaniæ regẽ, eiusq; fautores ac Belgicarum Prouinciarum hoſtes, ſubſcriptam defenſurum, cunctisq; corporis viribus ac facultatibus tutaturum; eamq; nunquam vlla omnino ratio-* D
ne deſerturum, neque vnquam vlli concordiæ, vel pacificationi cum iiſdem hoſtibus aſſenſurum, de eâue loquuturum quicquam, vel penitùs communicaturum, negotiaturúmue, neque me ei vllo modo clàm palámue admixturum, quinimo huiuſmodi concordiæ vel pacificationi, reconciliationi negotiationiue, niſi id mihi ex mutuo fœderatarum Belgij Prouinciarum decreto, ac permiſſu licebit, quantumcunq; dabitur, obſiſtam, meq; viriliter opponam. Si quid huic iuramento contrarium quomodocunq; fieri, geri, vel promoueri cognouero, ſanctè iuro, me id omne è veſtigio ad Conſules & Scabinos,

Formula iuramenti Antu.

A *nos, tanquam ſupremum vrbis magiſtratum, vicorumq́; militares præfe-* 1585.
ctos, tribunosq́; & eorum vicarios, delaturum.

Parmenſis interea opera ſua ad Scaldim diligenter proſequebatur: glacies autem, quo minus perficerentur, multum oberat. Holandi & Zelandi, qui claſſem ad opera illa deijcienda parabant, remiſsiùs, & languidiùs rem agebant, quòd impenſæ maximæ eſſent, & quòd facilè ſibi perſuaderent, Parmenſem nũquam, quod incœperat, abſoluturũ, & ipſis nondum neceſſarium videri, ea deijcere, cùm ipſis iter occluſum
B non eſſet; tantiſper Parmenſem illic diſtinendum, ne aliam expeditionem ſibi multo faciliorem, ab hac liber, moueret.

Duo ciuium Antuerpienſium copiarum duces, quos columellas dicunt, bona ſua ſub aliorum nomine conuaſârant, & nauibus impoſuerant, vt aliò propter imminens periculum tranſueherentur. Impedijt gelu, & nautæ ſemper occaſionem prætexentes, ne inde diſcederent: interim res cognita eſt: & vt cæteri à tali auſu deterrerẽtur, bona illa fiſco addicta ſunt, edicto præterea ſancitum, ne quis ſub pœna capitis vrbem deſereret. *Perfugæ puniti.*

Populus pacem cum rege optabat, ſed eam poſcere, deterrente magiſtratu, non audebat. Auxiliorum ſpe ab Aldegondano, qui vrbem breui obſidione liberandam prædicabat, in officio ciues retinebantur, nonnullos tanquam dubiæ fidei homines ille vrbe eijci iuſsit: deinde paulò pòſt eos reuocauit. Plena illic metus ac ſuſpicionum omnia erant.

Interea Parmenſis araldum ad ciues cum literis miſit, adiecto ijs nouiſsimarum exſcripto, quòd eas non fuiſſe populo oſtenſas, exiſtimaret. Hæc autem à ſeditioſis quibuſdã fieri dicebat, qui priuata commoda ex bello quęrerent, & publicam plebis vtilitatem atque communem ſalutem nihil curarent. Ne igitur eorum perfidiâ in manifeſtum exitium traherentur, oblatam ab ipſo pacem amplecterẽtur, & non ſe cum ſeditioſis commiſcerent. Nam quòd ipſis perſuaderent, Francorum Regem adflictorum Belgarum patrocinium & defenſionem ſuſcepiſſe, & breui valida auxilia ipſis ſummiſſurum: falſiſsimum eſſe. Eum enim pacem, quam cum rege Hiſpanię colit, in rebellium gratiam nunquam violaturum, nec in ſubditorum ſuorum perniciẽ nouum bellum ſuſcepturum. *Parm. literæ.*

1585. Quin ipſius Regis Hiſpaniæ Legatus Mendoza apud Fran A
Regis Galliæ actio cũ Belgis. ciæ regem palàm declarauit, Ordines, ſuo domino rebelles, ſi icti fœderis & amicitiæ memor eſſe velit, audire non debere: ſed procul à ſeipſo reijcere: pertinere hoc non modò ad Franciæ regnum, Hiſpanis admodum propinquum, ſed ad omnẽ remp. Chriſtianam, quæ huiuſmodi hominum peruerſis conſilijs perturbatur: deinde omnibus regibus ac principibus viris iniuriam haud obſcurè fieri, quorum intereſt, ne quis rebelles ſubditos audiat, recipiat aut quomodocunq; iuuet. Ad hæc Henricus Rex reſpondit: Se Ordinum legatos non velut B rebelles, & à ſuo domino deſciſcentes; ſed vt oppreſſos audire & recipere velle. Oppreſsis Chriſtianos Reges auxiliũ denegare nunquã ſolitos fuiſſe, nec poſſe, nec debere; præcipuè quos ſuo naturali domino, veroq; principi recõciliare velint: Ordines Belgicos ad ipſum per ſuos Legatos retuliſſe, ſe Hiſpaniæ Regi multos ſupplices libellos pro recõciliatione miſiſſe, quoſdam etiã cum licuit præbuiſſe, ſed ad nullum fuiſſe reſponſum. Iure cuilibet licere à denegata iuſtitia prouocare; & auxilia, vbi cõmodè haberi poſſunt, quærere. Regina, Henrici mater, q, datam Ordinibus fidem confirmaret, & eos ad C bonã ſpem erigeret, ſe Cameracũ proficiſci velle, palàm declarauit, vt vrbis, à filio Alenconio occupatæ, poſſeſsionẽ adiret.

Legatio Ord. ad R. F. De legatis autem, ab Ordinibus ad Regem Franciæ *miſsis*, non idem omnes in Belgio ſentiebant. Regij Henricum nolle ipſorũ tutelam defenſionémue ſuſcipere, aiebant: ab ipſius conſiliarijs in ea opinione cõfirmati, qui Regem pacem colere velle, & in regno ſuo quietem conſeruare adſerebant. Ordines verò Regem ipſorum defenſionẽ amplexurum ſibi perſuadebant, hac potiſsimum ratione inducti, quòd ipſorum legati perhumanè fuiſſent recepti, & magnificis promiſsis onerati: habebant autem illi in mandatis, vt Regi perpetuæ clientelæ obſequium pro ſe ac liberis eorumq; poſteris offerrent. D Erant inſignes viri duodecim, quorum alij erant à fœderatis Ordinibus miſsi, alij à ciuitatibus, vt earum nomine, quæ primi paciſcerentur, rata haberent, & ſeorſim etiam ſua ſubſcriptione probarẽt, ac de ijs omnibus literas Regi quilibet traderet, proprio ciuitatis nomine confirmatas. Cum Legati illi Brielâ diſcederent, nautas curſum ad Dieppam dirigere iuſſerunt;

runt;

A runt; ſed coortâ in mari ventorum tempeſtate, Boloniam re- 1585.
iecti ſunt. Terrâ itaque Beuillam appellentes, Regem de ſuo aduentu certiorem facientes, ad eum Senliſsium venerunt, à quo perhumanè auditi, ad Reginam matrem miſsi ſunt. Latè eius legationis fama vagata eſt, & Proteſtantium Germanorum principes, ſi Rex Francorum Ordines defendere vellet, ſeſe omnes communi fœdere cum Nauarræo coniungere velle, dicebantur: Id Segurium ipſius legatum & Angliæ reginā, communicatis inter ſe conſilijs, agere.

B Etſi autem Ordines tanto apparatu Legationem illam ad Francorum regem miſiſſent, à quibuſdam tamen ciuitatibus improbata fuit. Nam Enchuſiani Holandiæ atq; Hornenſes ꝓteſtati ſunt, ſe à Francis auxilia non poſcere, quoniā ſi bellū geri neceſſe ſit, ſe ſuis viribus, ſine exterorū auxilio, gerere & adminiſtrare velle. Si pax quærēda, & amplectēda, ſe eā per ſe, non per interceſſores, preſertim Gallos, impetrare ſtatuiſſe. Idem Nouiomagenſes & Venlonenſes Geldriæ adſeruêre. *Non omnes in Legationem conſentiūt.*

Velua illius Prouinciæ pars in Parmenſis poteſtatem tandem venit, idq; Verdugi, gubernatoris Friſiæ, virtute, eiuſque
C legati Taxij, qui hac de cauſa relicto Oldenſelio, Zutphemū vſque cum ſuis militibus profectus eſt, atque Iſela fluuio traiecto in Veluam cum valida militum manu penetrauit, totam q; eam ditionem, nemine reſiſtente, ſibi ſubiecit.

Regina Franciæ Regis mater, ad quam ille Ordinum legatos remiſit, per duas integras horas eos audiuit, & bonam ſpem auxilij illis præbuit. At Prouinciarum ſenatus, quos Parlamenta vocant, Regi palàm declarârunt, ipſum Belgij Ordines, ſuo domino rebellantes, tueri, niſi cum malo exemplo, & contra ius gētium, non poſſe, nec etiam decere. Fuêre *Quomodo Leg. à Regin. accepti.*
D tamen, cùm Lutetiam venêre, honorificè atq; regijs expenſis excepti. Interea dum Angliæ reginæ legatus expectabatur, rex, qui illos ſupra integram horam audiuit, ne ægrè ferrent, ſibi reſponſum aliquādiu differri rogauit: ſe Derbienſem Comitē ex Anglia expectare, cū quo prius rem cōmunicari oporteat, qui paulò pòſt centum equitibus comitatus, aduenit. Regi, q, amicitiæ ergò Garterij ordinē adferret, quā gratiſsimus fuit. In mandatis habere dicebatur, Regē Henricū hortari, vt Ordinum Belgij tutelam & patrocinium aduerſus Hiſpanū *Legatus Anglicus.*

1585. ſuſciperet,& validis auxilijs eos iuuaret. Magnopere ad Galliæ quietem referre, Hiſpaniæ Regem non tam latè per Europam dominari. A

Tunc temporis Chimæus, Arescoti filius, ſeſe Catholicæ Eccleſiæ Romanæ, à qua ad reformatam defecerat, Tornaci publicè reconciliauit. Etenim in primariam vrbis ædem profectus, in ea Miſſam audiuit, & domeſticos, qui id facere recuſârunt, abs ſe dimiſit, nec amplius in ſuas ædes admittere voluit.

Parmenſis, vt opera ſua accelerarer, nec occaſiones vllas occludendæ Batauis per Scaldim nauigationis omitteret, edixit, vt quotquot erant in Flandria nautæ, Calloum ad certum diem venirent, vt ſi forte hoſtis prælio ſe offerret, non deeſſent, qui naues, quarum magnum numerũ habebat, regerent. B

Pontis Scaldici deſcriptio.

Operæ autem illius, vigeſimo quinto Februarij, perfectæ, & pons nauális in Scaldi ſtratus, magnâ hominum admiratione & inaudito ſtratagemate eſt abſolutus: cuius deſcriptionem hic ſubijcimus: In vtraque fluminis ripa, orientali ſeu Brabantica, & occidentali ſiue Flãdrica, munitiſsimum erat ædificatum propugnaculum: illud munitio Ordammenſis, hoc Calloenſis à vicinis pagis dicebatur: erãtq; in hoc duodecim, in altero quindecim tormenta, quæ Quartones vocantur, ordine diſpoſita. Ex vtraque munitione pons ſublicius in Scaldim ad quadringentos aut quingentos pedes procurrebat, cuius extremæ trabes pedum erãt quinquaginta: quod fluminis reliquum erat, altius erat, quàm vt vado trabes vllæ infigi poſſent. In extremitate vtriuſq; ſublicij pontis, alia munitio erat, multis etiam tormentis armata. Inter vtramq; hãc munitionem, in ipſa fluuij profunditate, vnũ & triginta maiora nauigia rectâ ſerie erant diſpoſita: quorum puppes puppibus, & proræ proris cathenis ferreis, & maximis rudentibus erant copulatæ atq; deuinctæ: fori verò aſſeribus latè conſtrati, per pontem ſublicium, in vtramque munitionem commodiſsimum tranſitum præbebant. Singulæ naues in duabus ancoris, vnâ ex prora, alterâ ex puppi proiectâ, ſtabant, duoq; ſingulæ maiora tormenta & triginta milites habebãt. Ad defenſionem verò nauium iſtarum, ſeu pontis iſtius naualis, ne ab hoſtili claſſe diſſolueretur, ab vtraq; parte, qua pons C D

Antuer-

A Antuerpiam, & qua mare reſpicit, aliud opus ex quingentis 1585.
& vltrà malis, qui haberi poterãt, maximis, concatenatis cõ-
paginatisq́; ex duodecim ancoris natabat, ſpacio inter hanc
molem & pontem mille pedum intermedio, vt impetus ad-
uenientis claſsis, antequam ad pontem veniret, hîc retarda-
retur. Totius verò pontis tam ſublicij quàm naualis longitu
do erat pedum mille nongentorum nonaginta octo, quo ſpa
cio propugnacula à ſe inuicem diſtabant. Ab vtroque verò v-
triuſque propugnaculi latere decem præſidiariæ naues, om-
B ni apparatu bellico inſtructæ, ſtabant, ad omnem expeditio-
nem paratæ. Habebat & Parmenſis ab vtraque pontis parte,
in vtraque fluminis ripa, plures munitiones: nec pauciores
hîc illîc Antuerpienſes & Holandi habebant.

Dum hæc apud Zelandos agebantur, Neuenarius, ab Or-
dinibus Geldriæ gubernator datus, Nouiomagum cum tri- *Nouiomagum.*
bus equitum vexillis, totidemque peditum, ſuppetias factio
nis ſuæ hominibus laturus, aduenit. Nam regij per pontifi-
cios, qui in ciuitate erant, effecerant, vt certa ſibi templa con-
dicta die peterent, vt per eam occaſionem ortâ contra refor-
C matos contentione, regij, à pontificijs adiuti, vrbem in ſuam
poteſtatem redigerent. At hi cùm præcipiti celeritate iter fa-
cerent, ruſtici, ex agris in vrbem confugientes, eorum aduen-
tum nunciârunt. Ciues, qui cum ijs conuenerant, quamuis
pontificiæ religioni maximè addicti eſſent, tamen quibuſdã
ſuſpicionibus adducti, ne vrbem, qui tam celeriter aduenta-
bant, diriperent, metuebant. Mutatâ itaque voluntate, cum
alijs ciuibus ad mutuam defenſionem ſe cõiunxerunt. Schen
kius poſtea varias inſidias oppido ſtruxit, ac cum Camillo
quodam Italo, rei militaris perito, munitionem prope flumẽ
D erigere conatus eſt, quâ hoſti tranſitum abriperet, & vrbem
ad accipiendas pacis leges adigeret. Locus is eſt vbi Rhenus
in duo cornua ſe diffidit.

Interea dum hæc Nouiomagi fiunt, Taxius, propræfectus
Friſiæ, Nienbeck, Veluvæ caſtellum & Hacfortũ vltra Iſelam
ad deditionem faciendam compulit. Sed quia præſidiarij pe-
tulantiores erant, atq; diutius oppugnationem ſuſtinuerant,
nullis conditionibus in poteſtatem Taxij iam coacti venien
tes, qui in Hacforto reperti ſunt, omnes occidebantur; vnico

1585. Centurionis ſecretario, interceſsione cuiuſdã Canonici, pecuniâ mulctato: eorum qui in Niebeeck erant, quidam dimiſſi, quidam ex vicinis arboribus ſuſpenſi ſunt. A

Doesbergum. Doesbergum, Comitatus Zutphaniæ non ignobile oppidum, ad orientalem Iſelæ ripam ſitum, (ubi quidã foſſas Druſianas conſtituunt, oppidumque ad rei memoriam Druſoburgum appellare malunt,) cum proſperam Parmenſis fortunam, nouis quotidie victorijs cumulari cerneret, Nouiomagenſium exemplum imitatum, eiectis aduerſarijs, ad pacem cum Rege ineundam aſpirauit, quam eodem cum Neomago tempore conſecutum eſt. *29. Martij.* B

Interea Neuenarius Arnhemij morabaẗ, ſolicitus quomodo introductis maioribus copijs, vrbem iſtam in fide ſua retinere poſſet. Nutabant enim ciues, & Nouiomagenſium inſtitutũ ipſis perplacebat: quare & opportunitatem captabãt, ſeſe quoq; præſidio exonerandi. Neuenarius clàm ad portam milites in inſidijs collocari noctu iubet, vt mane portâ apertâ irrumperent. Excubitore ſpeculario, ſiue q corruptus eſſet à Comite, ſiue quòd malè à ciuibus obſeruaretur, ſignum dante, claſsicumque canente, mane dum portæ aperiuntur, ciues neglectâ portâ, vbi inſidiæ erant diſpoſitæ, ad aliam concurrunt: atque interea inſidiatores impetu in excubitores facto, eos repellunt, vrbemq; magno ciuium mœrore inuadũt, atq; in poteſtatem Neuenarij redigunt. C

Pacificatio Bruxellenſium. Bruxellenſes cum varia obſidionis incommoda pertuliſſent, tandem cum Rege per Parmenſem ijs fere, quæ ſequuntur, conditionibus ſe reconciliârunt. Ciues quidem per ſe ſeorſim à præſidiarijs tranſactione factâ hæc approbârunt: *Religionem Catholicorum admittẽt, ijsq; templa, quæ reformati occupârãt, reſtituẽt; quæ ſacello Regis ablata ſunt reddent: Salua illis priuilegia manebũt; ſed quæ anſam ſeditionibus præbere poſſunt, ea ex Ordinum autoritate recognita corrigentur: Nulla illis pecuniæ mulcta ob ea, quæ in bellorum tumultibus contra Regem peracta ſunt, imponetur. Biennium nouam religionem profeſſis, ad expedienda ſua negotia, conceditur. Rex in ſua iura planè redintegrabitur. Aedes Granuellani Cardinalis, Comitis Mansfeldij, cæterorumq; regiorum procerum, à ſe corruptas, inſtaurabũt, & ſurrepta bona reſtituẽt, damnaq; data reſarcient; tributa ab ijs indicta non iniuſta, donec ea debentur, tolerabuntur. Antuerpienſibus & Mechlinienſibus pactiones ſuſcipe-* D

cipe-

A *cipere, dummodò tempeſtiuè ad eas ſe offerant,conceditur.* Cum præſidia 1585.
rio milite in hunc modũ tranſactũ: *Exteri milites cũ liberis, armis & bonis,quò Parmenſis ſtatuerit,diſcedent:quod ipſis debetur,ſi poſſunt,recipient,ne vi tamen auferant. Templius præſidij præfectus, ne in Brabantia contra Regem in ſex menſes militet,ne in tres militares alij duces,milites verò ne intra quatuor.* Fuit autem præſidiariorum numerus,præter equites,triginta duarum cohortium, quarum ſtipendijs perſoluendis,quæ pro quatuor menſibus debebãtur, Montium vrbs Annoniæ pecuniam Bruxellenſibus mutuò dediſſe dicebatur. B Richardus, Arteſiæ præſes, vir rerum agendarum peritiſsimus,& Garnerius Regis ſecretarius, hiſce cõditionibus adimplendis,Bruxellas ſunt ingreſsi.

Ordines,Regi nondum reconciliati, ex varijs Angliæ, Hiſpaniæ,& Galliæ locis reſciuêre, Terlonium, ſuũ maris præfectum Hiſpaniæ Regi præcipuos Holandiæ Zelandiæq; portus,vnà cum quadraginta nauibus,militariter inſtructis,quibus præerat, his conditionibus tradere voluiſſe:nimirum ſi rex, quæcunq; contra ipſius maieſtatem vnquam commiſiſſet,benignè condonaret: ſi aurei velleris torque atq; inſigni- *Terlonius captus.*
C bus ab ipſo rege ornaret: ſi quæ mari ipſe quęſierat, ea omnia ſibi ſalua relinquerẽtur. Dicebatur aũt ſupra ſexcẽta ducatorũ millia in expeditionibus maritimis lucratus fuiſſe.Inuẽta ſunt domi ſuę in numerata pecunia ad qngẽta millia;inſuper pretioſa ſupellex,quę ducis de Medimna Cœli fuerat.Emerat etiã fundum lõgè ditiſsimũ in Zelãdia,ſplẽdideq; ac ſumtuoſè viuebat: Vvalkerenſis inſulę gubernator erat, natus Brielâ, quẽ portum vnà cũ Marchiæ Comite Lunæo, ſub tumultuũ initia,gubernãte Albano,cœperat.Eum,cùm in mari eſſet,Ordines ad ſe,ſub prętextu cõſultandi de rebus, quas ipſorũ legati in Franciã miſsi cõmonebant,accerſiuêre: vocatus cõfe-
D ſtim venit,nihil metuens, è veſtigio captiuus factus, & cũ eo ſeptem rei maritimæ peritiſsimi duces,Ordinumq; tredecim officiarij:Captus quoq; fuit Altenus, præſidiariorũ militum præfectus Vliſsingæ, & alius qdam nobilis. Terlonius in tetrũ carcerem Mildeburgi ſtatim fuit detruſus, accuſatus proditionis,quòd diſsimulanter & callidè obſtiterit, quominus munitiones, quas in Scaldi flumine Parmẽſis ad diſturbandã Holandorum nauigationẽ erigebat,deijcerẽtur,ꝑpetuo pro-

1585. craſtinans, & nouam ſubinde excuſationem texens. pręterea, A quòd multos Ordinibus fidiſsimos nautas, ac rei militaris præfectos exautoráſſet, eisq; alios ſuæ coniurationis conſcios ſubſtituiſſet. Aldegondani iuſſu per quinque dies portæ Antuerpiæ clauſæ permanſerunt, ne quis Conſiliorum Terlonij conſcius, vrbe poſſet effugere.

Neomagi periculum Neuenarÿ. Pontificii, qui Neomagi ſibi templa concedi poſtulárant, regios, qui ex ea occaſione vrbem occupaturi erant, metu direptionis, non admiſerunt. Neuenarius tanquam Geldriæ præfectus opem ſuis, qui ob propinquitatem hoſtium periclitari videbantur, laturus, Nouiomagum venit, vbi cùm res B ciuitatis adminiſtrare vellet, duo molitores, diſploſis in ipſius pectus duobus ſcloppettis, eum occidere conati ſunt: ſed cùm egregiè armatus eſſet nihil damni accepit. Duo etiam ceruiſiarij eum adorti ſunt, quorum vnus, adactâ in caput ſecuri, illud diſcindere conatus eſt: ſed eum ictum pontificiæ religionis quidā auertit, alter alabardæ cuſpide corpus transfodere tentauit: ſed irrito conatu, quod armorum temperatura inuadentis impetum facile retuderit. Vrbe autem tumul-

Schenkius. tuante pontificij Schenkium, qui propior cæteris erat, cum C militibus ſuis, in auxilium euocárunt, ne reformatæ religionis hominibus parere cogerentur. Schenkius opportunè adueniens ademtum reformatis vrbis adminiſtrationem pontificijs tradidit. Miſère tum ciues ad Parmenſem, rogantes, vt ipſos cum Rege reconciliaret, quòd incommodorum belli pertęſi, non Ordinum amplius cauſam, ſed regiam amplecti & fouere vellent.

Antuerpienſium ſtatus. Antuerpienſes, etſi conſtantiæ laudem quærētes prementi hoſti non cædebant: magna tamen incommoda ſentiebant. Nam negotiatione omni atque commercijs priuabantur, & D commeatus inopiâ aliarumque rerum defectu grauiter premebantur, quod iam per trimeſtre ſpatium nullæ naues in illorum portum appuliſſent. Trecentæ quidem ex Holandia ad eos curſum rapuerant: ſed propter fractam glaciem in Scaldi flumine domum regredi coactæ ſunt, & infelicem expeditionem nautæ deteſtati, merces & omnia, quæ vehebant, exonerárunt. Holandi ad eam nauigationem iterum tentādam ſe accingere renuebant, indignati; quòd cum ſæpiùs in trium men-

A menſium ſpatio iter illud ſuſcepiſſent, ſecundus ventus, qui 1585.
ab initio perflabat, in medio curſu defeciſſet, ideò, vnde venerant, remeare coacti fuiſſent. Perterritis illis, & nihil amplius in eo negotio tentare auſis, quidam perſuadere conati ſunt, in Scaldi flumine tantam ventorum procellam excitatam fuiſſe, vt pontis compages diſſoluta in varias partes diſiecta ſit, ita, vt fragmenta quędam Antuerpiam vſque, vi vndarum, deuecta ſint. Sparſus etiam ab illis rumor, ne plebi animi concident, Franciæ regem Ordinum Prouincias & vrbes in ſu-
B am tutelam recepiſſe, & militares copias, quas Parmenſi opponeret, comparâſſe. Ita vana ſpe Antuerpienſes Iactabantur, quâ etiam ita inſoleſcebant, ac ſi victoria iam in manibus eſſet, & triumphus de Parmenſi paratus. Hac de cauſa omnes pacis conditiones reſpuebant.

Ne verò bello inutiles viderentur Antuerpienſes, & in aliena tantùm virtute ſpem ponere, aliquid per ſe conari voluerunt; & nauim ingentem, ad pontem conuellendum, demiſerunt. Erat hæc nauis tecto teſtudineato, fornicis in modum, ex ſarcophagis, lapidibus molaribus, alijsq; grandioribus ſa-
Stratagema Antuerpienſiu.
C xis facta: in alueum verò multa pulueris tormentarij vaſcula erant immiſſa, eisq; fomentum igniarium additum tantæ 4. Aprilis.
longitudinis, quanta comburi poſſet interea, dum nauis in itinere eſſet: vt cùm iam ad pontem deueniſſet, ignis ad puluerem proſerpens eum incenderet. quod & factum eſt. Puluis enim ab igne incenſus, vi flammæ incluſæ tectum nauis dilacerauit, & ſaxa ingẽtia omnem in partem ad dimidium, & vltrà, miliare, tanto cum fragore diſiecit, vt terram moueri, aut mundi machinam diſſolui, hi qui in caſtris erant, exiſtimarent. Multi, qui in ponte erant, è ſaxorum ramentis pe-
D rierunt, & pons ipſe multis in locis eſt diſſolutus. Interierunt hoc ſtratagemate Marchio Rebauſius & Dominus Billius, cum alijs quindecim nobilibus & quinquaginta gregarijs militibus, quorum cadauera poſtea partim reperta, partim in profluentem aquam deturbata & à fluctibus abrepta ſunt. Illuceſcente die, pontem reſtaurari iuſsit Parmenſis, tanta cum diligentia, vt paucis horis, inſpectãte & admirante exercitu, totum opus iterum compaginatum cõcatenatumq; ſit.

Eodem ferè tempore Mottæus Oſtendæ, oppidi Flandriæ *Oſtenda.*

1585. maritimi, bonam partem occupârat, eam ſcilicet, quam vete- A rem vrbem appellant: in ea templum excelſum eſt, è quo tela in omnes oppidi angulos torqueri poſſunt. Hæc vrbis pars cum nouo oppido ponte intermedio iungitur, cuius custodia Centurioni cuidam erat concredita; donec reliqua claſſis, quæ expectabatur, portum intraret. Sed Centurione illo cum ſuis prædæ intento, ſtationem deſerente, oppidani cum præſidiariis ex improuiſo regios adoriuntur, fundunt, fugāt & oppidò eiiciunt. Centurio captus à regiis ad Parmenſem miſſus, & Mottæus victoriâ fruſtratus eſt. B

Eodem menſe Legati Belgici ex Francia redieruńt: & alij ad Reginam Angliæ miſsi ſunt.

Alenconius cùm fatalem horam ſibi adeſſe vidiſſet, Ordinum cauſam per teſtamentum Regi fratri multum commendauit, enixè rogans, vt eorū defenſionem ſuſciperet, ipſi, poſterisque eius omnia iura, quæ in Belgij prouinciis habebat, & vi contractuum, quos cum Ordinibus & ciuitatum rectoribus initos, prætendebat relinquere ac donare. Et quoniam Cameracum Galliæ regno tāquam firmum propugnaculum C magno vſui eſſe poteſt, & ex contractu ac fide data, ciues aduerſus omnem vim defendere cogebatur, rogabat fratrem, vt quid iuris & autoritatis in ea vrbe haberet, ipſe ſuſciperet, ciuesque tanquam fidos ſubditos ab omni iniuria defenderet. Ex Alenconij itaq; voluntate Rex Franciæ Cameracum ſibi retinere decreuit. Porrò in eam vrbem Regina mater, præmiſsis peditum aliquot ſignis, equitumq; turmis ſe eo breui venturam ſignificabat, & aduentus ipſius prætextu magna vis annona importata eſt. Adhæc licet recens ex ea vrbe cum Belgis, qui Regis Hiſpaniæ cauſam defendebāt, Franci annales inducias pacti eſſent; emiſſa tamē ſunt equitū, peditumq; D ſigna triginta quatuor, vt Bapalmam, Ariā, & Odemari fanū, Arteſiæ præcipuas vrbes, in Franciæ finibus, diſsimulanter, ſi occaſio ſe offerret, interciperent. Fortiter à præſidiis defenſa ſunt, & qui eas occupare conabātur, egregiè repulſi; ideo nihil amplius, q̃ primis cœptis fortuna nō arriſiſſet, tētare auſi ſunt.

Schenkius & Bēthemius Stralenſis oppidi præfectus, è Batauia in Veluam traiicientes, cū copiis ſuis in Arnhemienſiū conſpectum venerunt, qui erumpentes cum hoſtibus prælijū inierunt:

iniērunt:

Ainiérunt: fortiter vtrinq; dimicatũ eſt. Arnhemienſes paſſim 1585.
cadebant;ex regiis quoq; multi deſiderati ſunt. Schenkius ipſe grauiter ſauciat⁹, & curru Neomagũ deduct⁹,pugna ipſa, victoriâ dubiâ,& in diuerſam partẽ nutante, tandẽ diréta eſt.

Taxius, regij apud Friſios exercitus vicarius,cum parte ſui exercitus,in diœceſin Vltraiectenſem irruit, & in pago Emeneſſenſi conſedit, ad vicinos pagos mittens, qui tributum exigerent: cumque diœceſani paſsim venirent, & tributi indictionem acciperẽt, Goilandi ſe armãtes venire noluerunt: quare Taxius exercitum in ſex illorum pagos ducens, ruſticos multos occidit, plures cepit, & cum ingenti præda captos abegit. *Taxius.*

Initio Maij Antuerpienſes arcem illam naualem, quam Finem belli appellabant, in conſpectum propugnaculi Ordamenſis,quod regij tuebantur,miſerunt:cumq; eò iam appulſa eſſet,aquę penuriâ vado immota cõſedit, multosq; dies eodẽ in loco, nequicquã repetentib. illã Antuerpianis perſtitit. *Arx Finis belli.*

Septimo die menſis eiuſdem, Comes Holachius & Iſelſteinius cum triginta nauibus, quæ lectiſsimam militum manum, & multos foſſores vehebant,ad aggerem Couvenſteinium appulſi ſunt. Erat autem eis ſtatutum aggerem iſtum perforare, vt nauigia minora iuxta Lilloum, per ſtagnantes agros & hunc aggerem Antuerpiam, ponte & Parmenſis operibus deſpectis,aut remulco trahere aut remis impellere poſſent.quod ipſis factu difficile non fuiſſet, ſi aggere potiri potuiſſent. Expoſitis itaq; ante auroram in terram militibus, & iã fodere incipientibus, Hiſpani ſuperuenerũt, & manũ cum hoſte conferentes, trecentos trucidârunt, quadraginta comprehenderunt,& maioribus tormentis aliquot naues depreſſerunt. Quam iniquam belli fortunam cum Holachius & Iſelſteinius viderent, ſcapha elapſi,ad ſuos reuerſi ſunt. *Holachij conatus irritus.*

Verdugius Friſiæ præfectus,cũ paulò antè Rha, Rechteren, & Rutenbeec in Tranſiſelania occupâſſet, duo maiora tormenta ad arcem Sculenburgenſem,loco & arte munitam,attrahi iubet:ſed præſidiarij trepidantes,deditionem fecerunt. Dũ in hac expeditione eſſet Verdugi⁹,Caninefates,nũc Vvaterlandi dicti,& Friſij, aliã arcẽ inter Steeuvichiũ & Kuinerã ſitã(Slikenburgũ ab incolis vocatur)oppugnãt. Regij,q in ea

1585. erant, hoſtium vim & caſtri imbecillitatem ponderantes, oppugnatoribus ſeſe vnà cum caſtro dediderunt. Erat hic locus regijs peropportunus, ad tributum, Septemſyluis imperatum, ſtatis temporibus cogendum. A

Schenk. à regijs deficit. Schenkius, cùm iam annis aliquot Regi militâſſet, multaq; fortiſsimo milite digna geſsiſſet, cum Comite Neuenario fœdus init, caſtrumq; ſuum Blienbecanum eidem tradit. Cauſa huius defectionis à varijs varia datur.

Inſigne Antv. ſtratagema. Vigeſimo ſecundo Maij Antuerpienſes nouo ſtratagemate pontem in Scaldi conſtructum perrumpere conati ſunt. B Eum in vſum ſedecim naues compaginârant, & proras maximis ferris, forcipibus, roſtris, dentatisque ferramentis, ad confringendas catenas rudentesque, & ſoluendam trabeam molem, ponti præſtrûctam, peridoneis armârant. Has refluxu maris & vento ſecundo in operas præmiſerunt, tanto cum impetu, vt moles iſta, catenæ rudentesque ruptæ ſint atque diſiectæ. Quo tamen in opere vis aduenientium illarum nauium ita fracta eſt, vt illæ nullo impetu ad pontem natantes, ſtatim à regijs ſint interceptæ. Has naues alia nauigia quatuor maiora ſubſequebantur, quorum alueis multa pulueris nitrati vaſa árctiſsimè erant incluſa: fori verò, pergulæ, tabulata, & acroteria pice & reſina illita, flammam ingentem & fumum excitabant. His ferentarij & nautæ aliquot, qui ad hoc operam ſuam Parmenſi elocârant, attractis nauiculis occurrunt; vnumque arripientes in conſpectu propugnaculi, quod à ruſticis nomen habebat, alligata ancora ſiſtunt. Quod paulò pòſt, cùm puluis ab appoſito fomento ignem concepiſſet, non ſine magna Antuerpienſium clade diſsilijt: tria verò reliqua, accenſo puluere, magno fragore, damno nullo illato, crepuerunt. Poſt hæc duo alia maiora ſequebantur, quæ magno cum impetu in pontem ferebantur. D Quod cùm vidiſſent regij, naues aliquot, quibus pons imminebat, præciſis ancoris, ſubducunt, viamque nauigijs faciunt. Cùm verò tranſiſſent, fomento ad puluerem iam combuſto, vnum illorum incenſum, in minutiſsimas quoque partes, nullo regijs illato damno, crepans, diſiectum eſt. Aliud verò regij inſecuti capiunt, & aſcendentes fomentum quærunt, inueniuntque ignem iam penè ad puluerem perueniſſe:

A ſe: quare ſubtracto fomento nauem in caſtra remulco trahũt, 1585.
& tabulatis diſiectis, centum circiter vaſa pulueris tormentarij, & ingentem ſaxorum impoſitorum aceruum inuenerũt. Atque hoc modò ingenioſè illud excogitatum ſtratagema, nullo cum Antuerpieſium fructu, hoſtium verò ſuorum ſumma cum vtilitate, diſsipatum eſt. Holandorum Zelandorumque claſsis, in oſtio Scaldis, pontis diſturbationem expectabat: Sed cùm hoc ſtratagemate nihil effectum eſſe cognouiſſet, in tutum velificabatur. Regij verò catenas, rudétes & molem trabeam confeſtim reparant, redactisq; in ordinem nauibus, pontem iterum magna celeritate claudunt.

Eodem tempore de quodam Centurione Italo ſumtum eſt ſuppliciũ, eò quòd propugnaculum, vulgò Liefkenshoek dictum, hoſti nulla neceſsitate coactus dediſſet. Poſtridie verò Holandus quidam miles in caſtra Regis venit, ſe à ſuis ad mortem quæri dicens, & vitam ab hoſte deprecans. Qui cùm examinaretur, fingebat ſe Comitem Hollachium, ob prædam iniuſtè ſibi ereptam, ea nocte interfeciſſe: In cuſtodia igitur aſſeruatur, & cùm poſtridie Holachium adhuc viuere C cognitum eſſet, impoſtor ille ſuſpenſus eſt.

Vigeſimus ſextus huius menſis dies Antuerpienſibus fatalis erat. Cùm enim ſub veſperem diei præcedentis, duodecim naues in pontem miſiſſent, ſperantes eum impetu iſtarum nauium perfringi aut diſſolui poſſe: nocte circa horam tertiam aliam claſſem in aggerem Couvvenſteinium impellunt. Idem ab alia parte fecerunt Hollandi, qui ſub Lilloum in anchoris ſtabant. Primùm enim incenſas aliquot naues, æſtu maris ſecundo, in operas Parmenſis immittentes, mox cum centum circiter nauibus, veterano milite plenis, aggerem adoriD untur; tantam verò telorum globorumque copiam, tantum glandium imbrem, ex iſtis nauibus in vtrumque aggeris latus eiaculati ſunt, vt regij in plano atque aperto aggere ſeſe tueri amplius non poſſent: ſed multis è ſuis deſideratis, ſtationes deſerere, & ad tutiora ſe recipere loca cogerentur. Interea hoſtes appulſis nauibus in terram deſcendunt, & cùm multos ſaccos, terrâ, lanâ alijſque materiis plenos, aduexiſſent, incredibili celeritate ſepimenta caſtrenſia tumultuario opere excitârunt, vt iam collo tenus vallis & propugnacu-

Antuerpienſium clades. 26. Maiji.

1585. lis munirentur. Nauium deinde ope magis magisq; progreſsi, plus quàm dimidium aggerem occupârũt, quem vndecim in locis perforare cœperunt. Stationes ſuas defendebant ſex horas continuas, quibus ipſi victores regiorum fortiſsimos quoſque milites & præfectos ſtrauerunt. Tantam enim globorum vim tantamq; copiam in regios immiſerunt, vt propugnaculis eorum conuulſis, etiam tormenta ferè omnia lacerârint, inutiliaque reddiderint. Cùm iam regiorum res penè deplorata eſſet, Princepsque ipſe vmbilico tenus in aquis ſtricto gladio milites ſuos in hoſtem cogeret, Hiſpanus quidam Petrus de Padilia, ex legione quæ ſub Petro de Paz militârat, cum octo ſociis reſumto ſpiritu, in hoſtem primam iterum impreſsionem fecit. qui pugnando occumbens, ab hoſte dextera manu mutilatur. Interea regij, collectis viribus, omni conatu in hoſtium munitionem, quam Antuerpienſes extruebant, irruerunt & tria tormenta, quæ adhuc integra erant, in ea direxerunt. Erat initio denſiſsima nebula, quæ paulatim diſsipabatur, ita vt tormentorum magiſter eminus caſtra hoſtium videre, & certius in ea collimare poſſet. Bis regij munitionem hanc oppugnant, bis reiiciũtur: tertiò tandem ſummâ contentione pugnantes, vallum ſuperârunt; & quicquid in munitione repertũ eſt, id interfectum fuit: reliqui ad naues properantes, partim occiſi, partim capti, partim etiam ſubmerſi ſunt. Inſignis in hoc prælio Germanorum virtus enituit, de quorum viribus iam penè deſperabant omnes. Qui in nauibus erant, cedere nolentes, tam diu pugnârunt, vt tandem æſtu recedente, naues aqua deſtitutæ, è vadis emergere non potuerint. Captis itaq; triginta tribus nauibus, ingens hoſtium ſtrages edita eſt, ingenſq; tormentorũ, apparatuſq; bellici copia intercepta. Multa quoq; in nauib. cadauera inuenerunt, eorũ qui ex aggere maiorib. tormentis erãt interfecti. Ex captiuis intellexerũt regij, ad duo millia Antuerpiẽſiũ pugnãdo occubuiſſe: multos etiã ſubmerſos eſſe: vnã nauim, quæ ditiſsimorũ mercatorũ filios vehebat, inter alias captã, defenſoribus omnib. occiſis. Ex Hollandis quoq; & Zelãdis nõ pauci ceciderũt inter quos Dominus de Haultã, Zelãdiæ Gubernator; duo Scotorũ atq; Anglorũ Chiliarchę, quatuordecim alij Cẽturiones, & viginti noué ex nobili proſapia numeran-

A merantur. Ex regiis quadringenti circiter, aut, vt alij, trecenti deſiderati ſunt, Itali atq; Hiſpani: inter quos egregij belli duces & militũ præfecti, qui ex Hollandorũ nauib. pleriq; læſi atq; ſtrati fuerunt. Dũ enim Antuerpiēſes in ipſo aggere aduerſis frontib. pugnabāt, Hollandi, q ſe in nauib. cõtinebant, regiorũ latera maioribus tormẽtis impetebāt. atq; ita à tertia hora nocturna ad ſecundā circiter pomeridianā pugnatũ eſt. 1585.

Parmenſis, qui in conflictu aderat, prouidi ducis & ſtrenui militis officium implens, hac illac diſcurrebat, ſuos voce & B exemplo ad fortiter pugnandum accendens, alterâ manu ſtrictum gladium, alterâ ſcutum ferens, atque periculis ſe obiiciens, donec plenam tandem victoriam conſequutus eſt.

Aldegondanus ſuorum clade admodum perturbatus animo verſabat, qua ratione conſternatos populi animos in ſpem erigere, & autoritatem ſuam apud eum retinere poſſet, ne ad iniquas pacis conditiones venire cogeretur, & quod in domeſtico milite nulla amplius ſpes erat, de auxilio, è Frācia propediem venturo, ſuos ſolabatur. Quo verò ipſius verbis magis fides haberetur, tubicinem ex Francia veniſſe de- C clarauit: illum reũciare, Henricum Regem Belgij Ordines, eorumque fœdaratos in tutelam ſuſcipere, validiſsimaque auxilia parare, quæ quàm citiſsimè miſſurus eſſet: Sed cum tubicen ille nullas literas à Rege traderet, plebs facilè ſuſpicata eſt, eum ab Aldegondano fuiſſe ſubornatum, vt de clade accepta dolorem aliquatenus leniret. *Aldegondanus anxius.*

Vigeſimo ſeptimo Maij aliæ naues onerariæ commeatu plenæ ad propugnaculum Lilloenſe appulſæ ſunt. Putabant enim Hollandi & Zelandi victoriam penes ſuos eſſe, & nauigationem iam amplius nõ fore impeditam: ſed cùm ſeſe elu- D ſos intellexiſſent, ibidem ſubſtiterunt.

Poſtridie, qui dies erat Dominicus, Carolus, Comes Arembergius, Comes Mansfeldius & alij nobiles gregariique milites: poſtquam relatum eſſet, Antuerpienſes cum tribus triremibus, & alio maiori optimeque inſtructo nauigio in procinctu eſſe, & arcem illam natatilem, quam Finem belli appellant, exonerare decreuiſſe, quo ſic è vado enatantem Antuerpiam reducere poſſent: cum aliquot nauibus hoſtibus obuiam profecti, commiſſo prælio, magnum illud na- *Finis belli capitur.*

1585. uigium,& duas triremes ſuperârunt,occiſiſque & captis qui A in ijs erant,naues has,vnà cum arce iſta lignea in caſtra adduxerunt. Cæterum miles quidam malè cuſtodito fomento ſuo ignario, puluerem tormentarium incendit, quo incendio Comiti Mansfeldio veſtes cum facie ambuſtæ ſunt: corpore alioquin illæſo. Quod infortunium niſi ex improuiſo accidiſſet,nauim etiam prætoriam Antuerpienſium,quæ interea euaſit,intercepiſſent.

Holachij munus. Vltimo Maij, Comes Holachius Comiti Mansfeldio acipenſerem piſcem, quem alij ſturionem vocant,ſecundò miſit, (nam idem duodecimo Maij fecerat) eique nunciari iubet,ſe hunc illi piſcem donare; petere cum coquat,ſe ad prandium venturum. Mansfeldius piſcem quidem accepit, dantique renunciat, vt citò veniat, priuſquàm cibus iam coctus refrigeſcat:ſed & priuſquam vinum in aqua poſitum calefiat: ſe Holachij aduentum expectaturum; atque illi, cùm venerit,ſi ferculum vigeſimiſexti diei non fuerit ſufficiens, melius appoſiturum. B

Schenkij conatus irritus. Altipennius propugnacula quædam ad Grauienſe oppidum coarctandum erexerat:quare Schenkius cum copijs ſuis C eò conuolat,vt Altipennium caſtris exutum cæderet,aut ſaltem ita obſideret,ne quid commeatus illi poſſet aduehi. Sed regij è diuerſis locis euocati, Schenkium circumdatum intercipere geſtientes,alacriter eò contendebant. Schenkius verò de eorũ aduentu certior factus, obſidionem ſoluit,elapſusq; Arnhemium peruenit. Regij verò ducibus Verdugio atque Taxio,propugnaculum in Capite Montenſi, ſuperioris Batauię loco,conſtructum, oppugnârunt.

Holachij irritus conatus. Vndecimo die Iunij Comes Holachius è propugnaculo Liefkenshoeck erumpens,munitionem vicinam,quæ à Centurione regio Vvitzleben defendebatur, oppugnauit. Regij D verò acriter ſeſe defendentes,nonnullos hoſtium ſtrauerunt: hi duos etiam equos, quibus viciſſim Holachius inſidebat, ſub ipſo interfecerunt. Cùm autem hæc pugna ad duas iam horas eſſet ſummâ vi continuata, Holachius receptui canit, & in caſtra ſua reuerſus eſt. Prædictos autem equos Holachius nuper in Arenbergij dominio Comiti abegerat: diſcedens itaque Arenbergio nunciari iubet, ſe nuper duos equos ab

eo

A eo vſui ſuo accepiſſe: hos nũc reduxiſſe, ſi repetere vellet, eos 1585.
ad iſtam munitionem inueniret. Idem propugnaculum ſimili infortunio, vulnerato etiam Centurione quodam, & ſedecim captis, decimoquarto eiuſdẽ menſis Holachius tentauit.

Regij propugnaculum in Capite (vt vocant) Montenſi exædificatum, poſtquam non ita diu oppugnâſſent, & iam cuniculos ſub ipſum vallum produxiſſent, tandem deditione ceperunt: qui enim in eo erant, vitæ ſuæ metuentes, ſupplices fidem orabãt, nudisque capitibus & armis relictis, dimiſ-
B ſi ſunt. Et certè niſi precibus milites ſuos continuiſſet Verdugius, ad vnũ omnes fuiſſent cõtrucidati. Quâ victoriâ partâ, Verdugius Rhenum traijcit, & Montes, oppidulum paruum, vulgo Tsherenberg appellatũ, obſidere ſe velle ſimulãs, alio loco exercitum per fluuium traductum Arnhemium verſus ex inopinato ſub Vicario ſuo Taxio miſit: ipſe Groningam contendit.

Per idem tempus Secretarius Tzeſtich Belga, Regi & Granuellano charus, in Hiſpanijs obijt: & Prior in Renthi Barcinone à Iohanne Funkio Amorfortio, rerum Belgicarum in Hi-
C ſpanijs præſide, iuſſu Regis captus eſt: eò quòd liberius nonnulla de viris principibus locutus eſſet. qui in triremibus detinetur, donec rei veritas magis eluceſcat.

Antuerpienſes cùm omnes ſuos conatus & labores in diſturbandis operibus Parmenſis irritos eſſe viderent & vanos, de pace agere cœperunt: & quidem ipſo inuiduæ Trinitatis feſto Aldegondanus & alij Legati in caſtris Parmenſis expectabantur, vt de pacis negotio ageretur: ſed neſcio qua cauſa impediti, conſtituto tempore non venerunt. *Ant. de pace cogitant.*

Interea Dauentrienſes edicto publico (vt ferebatur) pro-
D mulgant, licere regijs omnibus è locis cõmeatum & alia neceſſaria, quæ pecunia redimere velint & poſſent, exportare; ciuibusq; & ſubditis mandant, ne quis hæc ijs deneget. *Neuenarij clades.*

Neuenarius Comes & Schẽkius in pago diœceſeos Vltraiectenſis, Amerongen dicto, cum lectiſsimis militum copijs caſtra metabantur. Verdugius verò collectis viribus Taxium eò miſit, qui vigeſimo tertio Iunij partem equitũ peditumq; præmiſit, partem in inſidijs, in vicina, quæ pago imminet, ſylua collocauit. Qui in pago erant Neuenariani, cùm hoſtem

1585 eminus cernerent, collecti in ordinem hoſti obuiam proce- A
dunt: Regij paulatim pedem retrahunt, donec Neuenariani iam omnes pago exierant, atque concitatiori in recedentes hoſtes animo ferrentur. Interea qui in inſidijs erant regij, è ſyl ua erumpentes, à tergo hoſtium cuneos cingunt; & qui fugere videbantur, pedem ſiſtunt: vtrinque claſsicum canitur, ſigna conferuntur, & acerrimè dimicatur. Neuenariani à fronte & tergo cæduntur, donec peditibus omnibus interfectis, & quadringentis equis, ſeſſoribus occiſis vel captis, cæteri equites fugam capeſſerent. Neuenarius & Schenkius vix elapſi Vltraiectum venerunt. B Villerius vrbis & Prouinciæ Vltraiectinæ Gubernator, cum alijs triginta tribus præfectis & nobilibus capti, egregiam Taxio victoriam reliquerunt.

Neuenarius & Schenkius copijs ſuis denudati, Vltraiecti aliquandiu latuerunt, & propugnaculum inter Vltraiectum & Vianam in ipſa Rheni ripa, vbi traiectus eſt, erexerunt. Paulò pòſt quinquaginta circiter equites regij, ex victoria redeuntes, dextrum Rheni cornu iuxta telonium traijciebant. Præſidiarij, qui in oppidulo Tsherenberg erant, audito illorum C aduentu, centum & triginta emittunt, qui ex inſidijs eos adorirentur. Regij detectis inſidijs in eos inuecti, vno ſolùm elapſo, omnes trucidârunt.

Suburbia Antuerpienſia occupata. Sub finem menſis Iunij, Parmẽſis aliquot copias miſit, quæ ſuburbanum pagum Antuerpiẽſium, Burgerholtz vulgo dictum, occuparent, quod & fecerũt. Cæterũ quia vires illarum debiliores eſſent, quàm vt locum contra vim hoſtium defendere poſſent, paulò pòſt eũ deſeruerunt. Sed Parmenſis ſciens quãti Regis intereſſet, ſi eum locum contra hoſtes tueretur, eò quod iam meſsis in herba eſſet, fruges etiam & olera obſeſsis quotidiè victum præberent; vigeſimo octauo die, con- D tracto mille quingentorum peditum & quadringentorum equitum haſtatorum agmine, attractiſq; maioribus tormẽtis quatuor, ad prędictũ pagũ ſecundò cõtendit. Erat in pago ꝓpugnaculũ grãde & munitũ; qui verò in eo erant, vires regias metuentes, ſtationes deſeruerunt, & in fuga ſibi præſidium collocârunt. Parmenſis itaque vigeſimo nono die inter octauam & nonã horam matutinã propugnaculum hoc, vno tantùm Centurione Italo, & cacula quodã Comitis Mansfeldij

occiſo,

A occiſo, vno etiã ſignifero vulnerato, occupauit, hoſteq́; fugiẽ- 1585.
tem ad portas vrbis inſecutus eſt. Circa meridiẽ miſit, qui mu
nitum quoddam caſtellum, Sterkenshof appellatum, in fidẽ
receperunt. Erant in eo triginta circiter Galli, cũ ſuo Centu-
rione: Cæteri cõmilitones eiuſdem ſigni alia duo loca, Can-
taeroy & Lanterne dicta, tuebantur. Præſidiarij iſti deditionẽ
facere cùm nollent, regij admotis tormentis, vallum conuel-
lere cœperunt. qui intus erant, nouem ictus ſuſtinuerũt: dein-
de metu concepto, pacem poſtulârunt. Actum eſt cum Cen-
B turione, vt incolumis cum ſuis militibus omnibusq́; impedi
mẽtis exiret, ea conditione, vt alia duo caſtella, quæ (vt dixi-
mus) à ſuis quoq; defendebant, ſimul dederet. quod & fecit.
Poſtridie regij ad alias ædes prædictis fortiores conſederunt.
erat loci nomen Stallenshof. Qui in præſidio erãt, initiò ſeſe
defenderũt. Sed cùm admotis tormẽtis, vires hoſtiũ maiores
eſſe, quàm vt ipſi ſuſtinere poſſent, animaduerterent, ſeſe de-
diderunt; relictisq́; armis & impedimentis, gladijs tãtum ac-
cincti, dimiſsi ſunt. Omnia præſidia, quæ in dictis iam locis
fuerãt, Antuerpiã confluebãt: ſed cùm ab oppidanis exclude
C rent, Montes ad Zomã à Parmenſi deducebantur. His ita per-
actis, Princeps miſit magnã calonum lixarũq́; manũ, quæ fru-
menta in agris ſuburbanis ſecaret: olera & quicquid edi pote
rat, radicitùs euelli & in caſtra cõportari; cætera pedibus con
teri, & equorũ vngulis conculcari præcepit, ne quid hac par-
te obſeſsi commeatus vel alimenti ſibi petere poſſent.

Eodem die, quo Parmenſis in Stabroek ad hanc expeditio
nem proficiſcebatur, duo Legati ex vrbe Antuerpiẽſi in caſtra
venerunt, Principisq́; reditũ ibidem præſtolabantur. quo re-
uerſo, eodem dominico die auditi, & poſtridie in vrbẽ reuer-
D ſi ſunt, magnam regijs deditionis ſpẽ relinquentes. Fama eñ
in caſtris erat ab initio Iunij huc vſq; vulg⁹ in vrbe, præter pa
nẽ ex auena, byne, gluma & ſulfure coctũ, nõ habuiſſe quo ve
ſceret: ita vt plebecula tumultuaret, & vel panẽ bonũ, vel pa-
cem poſtularet. quod ſi vtrumq; negaretur, aliam ſe rationem
inituram, vociferabatur. Frequens quotidiè hac de re erat ſe-
natus; ſed nihil ſtatuere ob ſententiarum diuerſitatẽ potue-
runt: ex ſeptem enim Chiliarchis duo tãtum erant, qui pacis
erant ſtudioſi, & ex octuaginta Centurionibus, ſex pacem

1585. improbabant, cæteri cum plebe eam promoueri cupiebant. A
Interea plurimæ literę Holandorum Zelandorumque ad Antuerpienſes, & horum ad illos miſſæ intercipiuntur, quarum omnium idem ferè erat argumentum. Pollicebantur quidem obſeſsis omnem opem, quam militibus nauibusq; ſuis præſtare poſſent: hac lege, vt obſeſsi ſtipendia militi numerarét, omnesq; impenſas refunderent: quod nonnulli pro re deſperata interpretabantur.

Sub id Marchio del Guaſte in duas hoſtium turmas equeſtres incidit, commiſſoq; prælio eas fudit fugauitq; : cecidêre B
in pugnæ loco quinquaginta; atq; inter hos præfecti duo: cæteri aut capti ſunt, aut fugâ ſibi ſalutem repererunt.

Mechl. propugnacula occupata. Quo tempore Parmenſis Marchionem de Renti, Dominũ de More, & Vverbium, cum expedita manu, tormentisq; bellicis Mechliniam miſit. qui ſumma cum celeritate Vvalem, Neckerſpoel, Blockhus, Tonxken, aliaque vicina vrbi propugnacula partim vi, partim deditione occupârunt. Sed & nauis quædam Mechlinienſis, quæ Antuerpiam ire ſtatuerat, à regijs eſt intercepta. Captus eſt in ea præter Mechlinienſium. Captæ ſunt & aliæ naues ab Antuerpienſibus Mechli- C
niam cum commeatu miſſæ, in quibus ſeptem vel octo tormenta maiora inuenta ſunt.

Pax Mechl. Ea clades Mechlinienſibus pacis petendæ occaſioné præbuit. Dominus enim Famaus vrbis præfectus in caſtra veniens, cum Marchione & alijs ducibus poſt longã diſceptationem deditionis conditiones compoſuit: quę confeſtim Parmẽſi miſſæ ſunt, vt eas vel probaret vel improbaret. Ille cum legiſſet, habitâ maturâ deliberatione, pro ſua clementia eaſdem approbauit.

Legatus Hanſeaticus. Poſt occupatas omnes ſuburbanas Antuerpienſium mu- D
nitiones, Daniel quidam Glaſerus, mercium, quæ ex maritimis Germanorum vrbibus exportantur, inſtitor; in caſtra Regis, ex mandato vrbium Hanſeaticarum, venit. Habebat is in mandatis, vt cum conſenſu Parmenſis in vrbem Antuerpienſem proficiſceretur, Magiſtratumque ad pacem amplectendam hortaretur: quam ſi repudiaret, poſtularet, vt omnes Hanſeatici fœderis mercatores, cum omnibus bonis ſuis incolumes dimitteret.

Hæc

A Hęc legatio compulit obſeſſos, animum Parmēſis tentare, 1585. & pacis ſtudij documentum aliquod præbere. Nono enim Iulij SantAldegondanus, Sconhouius, Merodius, qui & Dominus de Duffel appellatur, cum Heſſelio ſub veſperem in caſtra venerunt. Habebant honeſtum comitatum omniſque eſculenti & poculenti penu, vt ſi illiberaliùs à Parmēſi habiti fuiſſent, ipſi, vnde viuerent, haberent. Sed Parmenſis eos ſumma cum beneuolentia excepit, & ad cœnam opulentiſsimam inuitauit. Poſtridie legati auditi ſunt: Orabat Aldegōdanus,
B prolixaq; oratione legationis cauſam exponebat: quo finito, Parmenſis oratione æquè prolixa legatis reſpondit. Paulò pòſt Aldegondanus remotis arbitris, cum Parmenſe ſolo colloqui petiuit. non denegauit id Parmenſis, eumq; ſeorſim in cubiculum ſuum introductum audiuit. vbi quid actum ſit, hactenus ignoratur. Legati, peracto negocio, cùm multa poſtulâſſent, quæ Parmenſi inhoneſta videbantur, in vrbem cum comitatu ſuo à regijs militibus reducti ſunt. qui ab Antuerpienſibus exquiſitiſsimo epulo excepti & poſtea dimiſsi fuêre. Aldegondanus, coacto ſenatu, quid actum eſſet, retulit, &
C multis argumentis, pacem neceſſariò faciendam eſſe, demonſtrauit.

De pace Antu. agunt.

Eodem tempore in caſtris nunciatum eſt, Principem Auriam ex Hiſpanijs Genuam appulſum, duas auri Milliones (vt vocāt) & triginta ſex veteranorum Hiſpanorum ſigna, in vſum expeditionis Belgicæ ſecum adduxiſſe.

Decimo nono Iulij, Mechliniēſes inedia compulſi, dimiſſo ſuo milite, Regis præſidiū, ſub præfecto Domino de Proe-
D uene, nobili Flandro, acceperunt. Ciuibus omnium delictorum conceſſa eſt venia: qui Catholico ritu viuere vellent, ijs in vrbe manere licuit: reliquis permiſſum, bona ſua diuendere aut aliò tranſportare, & infra quindecim dies extra Prouincias Regis commigrare. Fuerant in vrbe duodecim peditum ſigna & equitum turma vna. his ſtipendia ſunt à ciuibus numerata, ipſique dimiſsi liberi: ſex verò ſignorū milites, videntes res Ordinum deploratas, accepto à Permenſi vnius menſis ſtipendio, Regi ſeſe ſacramento obſtrinxerunt.

Mechl. ſe dedunt.

Sequenti nocte, dum Legati Antuerpienſium iterum in caſtra venturi expectarentur, Hollandi atque Zelandi tria ma-

Naues ardentes Hol.

1585. iora nauigia, clàm maximis ſumtibus apparata, puluere tor- A
landorum. mentario plena, ad modum eorum, quæ iam bis ab Antuerpienſibus in operas regias miſſa fuerant, bitumine, pice & reſina illita, æſtu maris ventoq; ſecundo in pontem miſerunt. Quorum primum ardens, trabalis iſtius operis, quod ante pontem in ancoris natabat, partem combuſſit atque ſoluit: ſed ad pontem veniens, ſubducto vno aut altero nauigio, tranſiit: paulò autem pòſt, puluere, qui in alueo erat incluſus, accenſo crepuit, nullo regiis illato damno. Secundum, antequam ad pontem venit, diſsilijt. Tertium quoque eodem, B quo primum, modo, æſtu maris per pontem, de induſtria ſolutum à regijs, actum, magno ſtrepitu atque reboatu, vi pulueris accenſi, diſiectum eſt: nec quenquam læſit. Eluſo itaque hoc Holandorum Zelandorumque ſtratagemate, paulò pòſt Parmenſis in caſtra venit, & in lætitiæ ſignum, magnam tormentorum copiam diſplodi iuſsit.

De pace actio. Antuerpienſes, extrema iam neceſsitate vrgente, cũ ſpem omnẽ ſubſidij abiecißent, vigeſimo quarto Iulij, ex Magiſtratu, Ordinibus Brabãtiæ, anni ſuperioris Scabinis, tribuniſq; plebis, Decanis, vt vocant, ex opificiorum tribubus, Chiliarchis & Centurionib. Legatos viginti, cũ abſoluta autoritate C de pace & reconciliatione vrbis cum Parmenſi agendi, miſerunt. Qui cùm mandata ſua verbis primum Parmenſi expoſuiſſent, certos articulos pacis in vrbe conceptos & in tabulas relatos, eidem obtulerunt: Remiſsi deinde ſunt à Parmẽſi ad præſides & Conſiliarios, Pamelium, Aſſenuillium, Richardotium, & Burchium, diu multumque diſceptârunt: Plurimę ſiquidem difficultates hinc inde exoriebantur, quibus Conſiliariorum prudentiâ ſublatis, certa pacis formula Legatis data eſt: miſsique in vrbem ſunt Legatorum nonnulli, qui eam Magiſtratui offerrent. D

Egmont. & Lanouius liberati. Interea Comes Edgmontanus, ab Ordinibus huc vſque in arce Rammekens detentus, & Lanouius, qui ante aliquot annos à regijs in Flandria captus eſt, libertati, permutatione factâ, reſtituuntur.

Schenkius Groningã tentat. Schenkius cum Neuenario clàm ex præſidijs, quæ in Friſia erant, collectis mille ducentis circiter peditibus, equitibusq; ducentis in Nienoort, non procul ab vrbe Groningenſi caſtra-

A ſtrametati ſunt. Henricus à Delden Centurio, qui non procul 1585. hinc munitionem Regis nomine cuſtodiebat, intellecto hoſtis aduentu, cum exigua manu erumpit, hoſtium numerum & ſtudia volens explorare: ſed multitudine illorum obrutus, in munitionem confeſtim reuerſus eſt. Illi fugientem inſecuti, primo impetu vallum ſuperare, & regios ſtatione exuere ſe poſſe ſperabant: ſed fortiter ab illis repulſi ſunt. Interea Neuenariani euentum proditionis vrbis, quam cum quibuſdam Groningenſibus pacti erant, expectabant. Nuncius quidam B hinc inde literas adferebat; & quas in vrbem inferebat, ſubſcriptionem magiſtratus Groningēſis; quas efferebat, magiſtratus Steenvvichiani habebant. id cùm aliquoties feliciter ſucceſsiſſet, iamq; tradendæ vrbis tēpus ferè adeſſet, qdā inter excubitores, ſuſpicione cōceptā, tabellariū cōprehendūt, aptisq; & lectis literis, res detecta modusq; & autores illius cogniti fuerūt. Schenkius cū ſuis eluſus in Friſiam reuerſus eſt.

Acta ſunt hæc mēſis Auguſti die nono; cùm paulò antè Legatorum Antuerpienſiū nonnulli ex caſtris in vrbem cū conditionibus pacis, quas Parmēſis afferebat, eſſent reuerſi; vt eas *Pax acceptata ab Antv.* C ſenatui & his, quorum intererat, probandas aut improbādas præberent. Decimo itaq; menſis eiuſdem ſenatus frequētiſſimus in vrbe habitus eſt. Conditiones lectæ; à nonnullis probatæ, ab aliis repudiatæ. Dum hoc modo in Curia altercātur, ciues diuturnæ obſidionis pertæſi, byne omni, omniq; ſemine canario in ſumma penuria cōſumto, frequētes in forū concurrunt; muſsitare tumultuariq; incipiūt, & elatis vocib. pacē ſe velle vociferantur. Quidam ex ſenatoribus ex cancellis in forum proſpiciens, rem ad tumultum ſpectare videns, illico in ſenatum, quid foris ageretur, retulit. Hic trepidantes o-D mnes, & furorem inconditæ plebis metuentes, etiam ij, qui paulò antè pacem impedire volebant, pacem nunc vnanimes approbârunt, miſsisq; nonnullis ad populū nunciârunt, communibus in pacem ſententijs itum eſſe. Populus hoc nuntio accepto lętus, cōfeſtim Alenconij Ducis inſignia, vbicūq; inuenta ſunt, diſiecit, & Regis Hiſpanorū ſubſtituit. Celeuſtas, epibatas, claſsiarios, meſonautas, focarios & proretas claſsis ſuæ ſacramēto abſoluunt: tormēta armamētaq; nauiū in vrbē cōportāt: atq; omnia faciūt, quę ad pacis pręludia ſpectabant.

1585. Vndecimo Auguſti,dum hæc Antuerpiæ geruntur,Parmenſis,conſtructo in munitionē Calloenſi ſacello,in ipſis caſtris, aureum Vellus accepit. Intererant huic ſolennitati Comes Mansfeldius,eiuſdem aurei Velleris ſocietatis collega; Aſſenvillius,eiuſdem collegij Theſaurarius, cum armorum,vt vocant,Heroldo.Peractis ceremonijs,quæ in actu tam magnifico adhiberi ſolent, omnia tormenta minora atque maiora diſploſa ſunt, tanto cū reboatu,vt terra fatiſcere,cœlum cum aēre atque aqua miſceri putaretur. A

Subſcriptio. Decimo tandem ſeptimo menſis eiuſdem,pacis conditiones Antuerpienſes atque Parmenſis ſubſcripſerunt: Pollicitusq; eſt Parmenſis, ſeſe adcuraturum, vt eædem ſpatio quatuor menſium propria Regis Hiſpaniarum manu ſubſcribantur,& maiori eius ſigillo muniantur. B

Vigeſimo primo Auguſti Antuerpiæ, poſtquam maxima vrbis campana,hora vndecima meridiana,pulſata,omniq; inſtrumentorū genere aliquandiu cantatum eſſet, pacis conditiones de theatro,in eum vſum conſtructo,promulgantur,in hunc modum & formam conceptæ:

Articuli pacis. I.Cùm Antuerpiani, renunciantes omnibus fœderibus & pactis vſque huc in præiudicium Regiæ Maieſtatis compoſitis,eidem Maieſtati vt legitimo duci Brabantiæ, ſeſe humiliter ſubmittunt:Rex eos benignè ſuſcipit,eiq; placet vt fœdera,amicitias & contractus,olim cum ſacro Imperio,principibus & regionibus in negotio mercaturæ initas per omnia obſeruent,& ſi opus ſit renouent,pro vtilitate vrbis. C

II. Rex omnibus & ſingulis,tam in vrbe præſentibus,quā abſentibus ciuibus,etiam incolis ibidem nunc commorantibus,perpetuam omnium antecedentium flagitiorum,qualia & quantacunque ea ſint, etiam criminis læſæ maieſtatis ἀμνηστίαν largitur,prohibet etiam omnibus,ne illorum criminum quiſquam aut inquiſitionem, aut actionem inſtituat. qui ſecus fecerit,hunc vult Reipub. perturbatorem habendū eſſe.Hac gratia fruituros non tantum viuos, ſed & mortuos: adeò vt nec hæredes ob defunctorum delicta vlla iniuria, damno,ignominia,aut moleſtia ſint afficiendi.Interdicit etiam Rex omnib. procuratoribus,Iudicibus, & Iuſtitiæ miniſtris, ne quam inquiſitionem, perſecutionem, accuſationem,aut D

aliam

A aliam moleſtiam contra hos exerceant. Comprehenduntur etiã hoc articulò, qui belli huius tempore in bonis ſuis damnum aliquod ſenſerunt ex actis, ſententijs & Iudicijs, contra ipſorum perſonas aut bona prolatis, licebit tamen huiuſmodi contra illos, qui hæc propria autoritate, atq; ob priuatum commodum fecerunt, actionem inſtituere. 1585.

III. Ne quis ciuium aut incolarum, qui hac pace comprehenduntur, cuiuſcunque ſit ille conditionis, qui ſub Archiduce Matthia, vel duce Alenconio, in ordinum concilio, aut B alio magiſtratu ciuili ſeu bellico fuerit; ſeu ærarij cuiuſdam præfecturam, ſiue quæſturam exercuerit; in iudicio, vel extra illud inquiratur, aut actio in eundem inſtituatur, propter ſententias, iudicia, edicta, & ſubſignationes in huiuſmodi concilio & magiſtratu decreta. Neque huiuſmodi compelletur ad ſatisfactionem debitorum, actionum & obligationum in eodem magiſtratu factorum; niſi in hoc, quod in priuatum illorum peculium venit.

IIII. Quia verò experientia docuerat gratiam multis inquietis ingenijs datam, publicę cauſæ obfuiſſe, de ciuitate in C ciuitatem ſeſe transferentibus, & ibidem nouos tumultus excitantibus, ciuesq; ne ſe dederent perſuadentibus; voluit princeps, vt eiecti ex alijs vrbibus, atque ij, qui datam ſibi in alijs oppidis gratiam repudiantes, vltrò Antuerpiam commigrârant, ex Prouincijs regijs aliò commigrarent. Tamen ob Antuerpienſium pro ipſis interceſsionem, & ſpem vitę poſthac tranquillioris, permittit eiſdem ſecuram in vrbe habitationem, ſi velint; aut abitum bonorumq; ſuorum mobilium, (ſi malint) tranſportationem: ea conditione, ne poſthac belli negocio ſeſe implicent; aliquod officium Regi incommo- D dum præſtent; tranquillitatem, felicitatemque Prouinciarũ perturbent, aut directè, vel indirectè allaborent, ne cæterę Prouinciæ vel vrbes ſeſe obedientiæ ſui Regis ſubmittant, quod ſi quid horum fecerint, ab omni venia excludentur.

V. Vt omnes ciues abſentes ſiue præſentes, etiam incolæ, qui ante reconciliationem Hannoniæ atq; Artheſiæ ibidem habitarunt, abſolutè & tranquillè poſt hanc pacem proclamatam in bonorum ſuorum omniũ, vbicunque ea locorum Regiæ Maieſtatis obedientiæ ſubiecta ſunt, poſſeſsionem re-

1585. uertantur, non obſtantibus confiſcationibus, venditionibus A & alienationibus factis, neque ad hoc vllam aliam iuris viam, quàm quæ hoc articulo data eſt, neceſſe erit vſurpare. Idem ius illis erit in actionibus & creditis ſeu debitis, quæ adhuc integra ſunt, de quibus ſua maieſtas aliter antea non diſpoſuit. Interim abſentes qui hac gratia frui volent, cogentur trimeſtri ſpacio poſt horum promulgationem hoſtiles terras deſerere. Complectentur etiam hoc articulo omnes coloni ruſticique Brabantiæ, qui ad belli iniurias euitandas, bonaque ſua conſeruanda relictis agris in hanc vrbem B commigrârunt.

VI. Indulget Rex vniuerſis ciuibus, vt tranquillè ſine vlla conſcientiarum inquiſitione aut nouo cauſa religionis iuramento totum quadriennium in vrbe permaneant: modò pacificè, ſine offendiculo viuant. Vt interim ſecum deliberent, ſi iuxta præſcriptum antiquæ, Catholicæ, Apoſtolicę, Romanæ religionis viuere cupiāt. Si nolint, licitum erit illis interea de bonis ſuis diſponere: ea tranſportare, vendere, alienare, aut per alios ab ipſis conſtituendos adminiſtrare, prout videbitur illis, & ſi in prouincijs Regijs, aut extra illas mortem C ſine teſtamento condito obierint, hæreditas omnis ad conſanguineos proximos, ſiue in recta ſiue in collaterali linea, deuoluetur.

VII. Sed & Rex viciſsim in poſſeſsionem ſuorum dominiorum, canonum, bonorum, iurium, & actionum redibit. Omnes etiã Prælati, Collegia, Monaſteria, Templa, Noſocomia, Xenodochia, aliaque pia loca; omnes perſonæ Eccleſiaſticæ & ſeculares, publicæ & priuatæ, quæ partes Regias ſecutæ ſunt, vel in locis neutri partium addictis latuerunt, omnia bona ſua, vbicunque locorum ea inueniri poterunt, D repetere, ſibi vendicare, & ſecurè tranquilleque vti frui poterunt, vt antè, etiam ſi ea vendita aut alienata eſſent. exceptis ijs, quæ vrbis munitionibus, plateis, nundinarum locis, aut alijs rebus publicis applicata ſunt. in quibus arbitri conſtituentur, qui dominis illorum fundorum precia adiudicabunt, aut aliter conſtituent, prò rei vel vtilitate, vel neceſsitate.

VIII. Quantum ad ædificia in locis & fundis eccleſiaſticis con-

A cõſtructa,qua in re difficultatẽ faciebant Antuerpienſes,cùm 1585.
ſine oculari inſpectione de ijs difficulter aliquid ſtatui poſsit: Sua Celſitudo cauſam hãc ſibi ad ingreſſum vrbis reſeruauit: promiſitq́; tunc ſe arbitros nominaturum,qui poſt inſpectionem ædificiorum,querelas,quorum intereſt,audient, & recognita ſecundùm ius & æquitatem lites determinabunt.

IX. Gaudebunt ijdem omnibus quæ ſibi debentur,ſiue ab ipſa Republica, ſiue ab Ordinibus Brabantiæ, territorij ſeu tractus Antuerpiani. Immobiliũm verò prouentus atq; fru-
B ctus,redditusq́; qui ab hominibus priuatis erant perſoluendi,& ab Ordinibus aut Magiſtratibus percepti ſunt, non exigi poterunt,niſi ab his, qui in vſum priuatum eos conuerterunt. Mobilia verò vbicunque deprehendantur, tam ab his, quàm ab illis,repeti poterunt,iuris tamen beneficio,non facti violentia.

X. Nullos theſaurarios,ærarij præfectos,exactores,aut alios tributorum,canonum,oblationum,indictionum,aut collectarum,bonorumq́; ab Ordinibus aut Senatu confiſcatorũ receptores, in ius vocare, aut vlla moleſtia exagitare licebit,
C cauſa illarum pecuniarũ,quas demonſtrare poterũt, ſe Ordinibus,eorum legatis,aut Magiſtratib. annumeraſſe. nec ipſorum accepti & expenſi tabulæ, vel commentarij vlli reuiſioni,aut examini,erunt ſubiecti: niſi titulo malæ fidei,vel erroris in ijſdem commiſsi. quod diſsidium more ſolito, & ab ijs quibus id incumbit, componetur.

XI. Omnes lites inceptę,iudicia,codicilli,literæ gratiarũ, & iuſtitiæ,aliaq́; acta huiuſmodi,ab ijs qui Concilij Brabantici officium geſſerũt,aut à Magiſtratib. & alijs Iuſtitiæ Collegijs ad id deſignatis,profecta,rata habebunť. Licitum erit ni-
D hilominus parti læſæ,per modũ reuiſionis,appellationis,aut reformationis (vt loquunť) ſecundum conſuetudinem Brabantiæ cauſam ſuam proſequi: modò appellationi aut reuiſioni conſtitutum tempus non ſit elapſum. Sententię verò & iudicia contumaciæ titulo,vel in hos,vel in illos abſentes lata,reuocabuntur, condemnatiq́; in integrum reſtituentur.

XII. Oẽs exhæredationes,diſpoſitiones,legationes,donationes inter viuos,aut cauſa mortis,ex odio diuerſæ Religionis,aut tumultus,belliq́; præſentis factæ,vtrinq; reſcindẽtur,

1585. & nullius erunt momenti. Omnes quoque ſucceſsiones ab A inteſtato interea temporis factæ ad proximos & legitimos hæredes redibunt.

XIII. Quòd ſi Hollandi & Zelandi præfracti ad obedientiā ſui Principis redire noluerint, & naues, merces, pecunias, aliaq; ciuium, incolarum & mercatorum Antuerpiēſium detinuerint, fiſcoq; ſuo ſubſignauerint: pmiſit Princeps, ſe quādò cum Holandis & Zelandis de pace aget, cauſam etiā Antuerpienſium acturum, & vt damnum omne reſarciatur, bonaq; reſtituantur, procuraturum. B

XIIII. De moneta, eiuſque intertrimento pollicetur Princeps, ſe peractis rebus, per opportunitatem, de conſilio Ordinum Brabantiæ, communicationeque Magiſtratus, & primariorum mercatorum, rationem initurum eam, quæ Prouinciæ minus erit inutilis, & ſubditis quàm maximè commoda. Interim omnis monetæ aureæ & argenteæ valor idem, qui nunc eſt, permanebit: nec cuiquam fas erit eundem adaugere.

XV. Vt autem mercatura omnis nitori priſtino reſtituatur, pontes, portus, atque itinera omnia in poſterum patebunt, tutaq; conſeruabūtur. vectigalia interim omnia, & portitoria Regi fideliter perſoluentur. C

XVI. Quamuis autē exoptâſſet Princeps Illuſtriſsimus, vt omnes nouæ exactiones atque indictiones poſthac ceſſare & abrogari potuiſſent, vt vel tandem oppreſsi hactenus, atque emuncti ſubditi nonnihil reſpirare potuiſſent: tamen vt facta nomina, debitaque ſua immenſa ſoluere poſſent, earundem exactionum continuationem Antuerpienſibus permiſit: ea cōditione, ne quid ex illarum collectionibus, Regiæ Maieſt. hoſtibus numeretur. D

XVII. Omnia Priuilegia, omneſq; immunitates vniuerſales aut ſpeciales, quibus ante exortum bellum gauiſi ſunt, ſarta tecta ipſis conſeruabuntur.

XVIII. Omnibus ciuibus & incolis, ſiue ſacramēto Reip. conſtrictis, ſiue liberis, poſt confirmationem huius tractatus habitationem mutare, aut alterius rei cauſa ex vrbe proficiſci volentibus, licitum erit terra, marique cum liberis, vxoribus, familijs, bonis mobilibus & mercimonijs, ſine vllo impedimen-

A mento deprecando aut ſaluo conductu poſtulando, abire. 1585.
Quinetiam & ij, qui ad aliam Prouinciam aut Regi parentẽ, aut neutri parti iuratam ſeſe conferent, ire & redire, mercaturam in omnibus locis, ſub obedientia Regis cõſtitutis, exercere, de bonis ſuis pro voluntate diſponere, aut ea aliorum, quorumcunq; volent, adminiſtrationi cõcredere: redire quoque & habitacula deſerta repetere, ſine vlla maiori pręter hãc licentia & cautione licebit.

XIX. Eadem libertas data eſt nautis vrbis Antuerpianæ,
B ſi qui ſint, qui cum proprijs nauibus iſtinc diſcedere cupiant: niſi ſua Celſitudo cuperet eos cum iſtis nauibus Regi militare. quo caſu Princeps eas detinere, & ſecundum æſtimationẽ iuſtam precium illarum reddere ius erit.

XX. Iis qui volent abire in Prouincias aut vrbes nondum ad obedientiam Regis reductas, vt de bonis ſuis ibidem diſponant, permittitur ſex menſium ſpatio poſt pacis huius approbationem, in aliquam Prouinciam Regi obedientem, aut neutri parti obligatam commigrare. in quibus ijſdem priuilegijs ac gratijs eundi, redeundi, negociandiq;, quibus ſupra-
C dicti, fruentur, abſq; omni alio conſenſu aut ſaluo conductu.

XXI. Cùm verò Antuerpiani demonſtrarent, ſe, ſuaq; bona vbique iudicijs ob immenſa ipſorum debita eſſe ſubiecta, & detineri poſſe: voluit Princeps, vt ipſorum corpora atque bona anno abhinc integro libera maneant, nec vſquam detineantur: vt interim ratio modusq; inueniatur, illos iuuandi, & creditoribus ſatisfaciendi.

XXII. Porrò cùm æquum ſit, vt diruta atque exciſa templa ciuitatis reædificentur, ne perpetuæ ignominiæ macula poſthac ob oculos orbis vniuerſi verſetur; Magiſtratus vna
D cum membris totius Reipub. inter ſeſe agent, quomodo cum minimo vrbis detrimento, eadem templa poſsint reſtaurari atque reædificari.

XXIII. Qui volent ſecundo fluuio, marique alio ſe, ſuaq; bona tranſportare, ijs nauium quarundam vſus permittetur: reddita prius ſufficienti cautione, atq; fideiuſsione, pro nautarum, nauiumq; reditu à quibus tranſportabuntur.

XXIIII. Captiui vtrinque, de quorum lytro conuentum nondum eſt, liberi dimittentur: ſumtus tamen atque impen-

1585. ſas ſoluent; excepto Domino de Tilligny, in cuius cauſa Sua A
Celſ. nil poteſt determinare. cauſam tamen illius Regiæ Maieſtati commendabit, vt liberetur; vti & omnibus copertum eſt, Suam Celſ. in cauſa Lanouij patris illius feciſſe.

XXV. Antuerpiēſes prædictis cōditionibus cōfeſtim omne armamentarium ſuū, omnem apparatū bellicū, omnes municiones, nauesq; bellicas, quæ Reip. iuris ſunt, Illuſtriſsimo Principi Parmēſi tradent. qui in vrbē venturus eſt, ibiq; Reip. faciem renouabit, ordinēq; rerum omnium conſtituet; duorum millium peditum, & cohortium equitum duarum præ- B
ſidium ſecum adducet, atq; per vrbē, quàm minimo fieri poterit ciuiū detrimēto, diſponet. Promiſit idem Princeps, ſi Hollandi atq; Zelandi ad obedientiam ſuæ Maieſtatis reuertantur, vrbem hāc, nec arcem, nec præſidium vllum habiturā. Id ſi minus contingat, Sua Celſitudo (quia tūc vrbs hæc erit limitanea) de cōſilio Magiſtratus, atq; aliorū, qui ad huiuſmodi cauſas cōuocari ſolent, rationem inibit, quomodo vrbem eandem contra inſidias & ſtudia hoſtium munire poterit, atque tutari. Quantum ad cætera Brabātiæ præſidia, quàm pri- C
mum occaſio atq; patriæ cōſtitutio patiatur, ita cum ijs Princeps aget, vt Antuerpienſes non obſcuris argumentis diſcere poſsint, Suam Celſ. militem non habere ad ſubditos opprimēdos, ſed ad legitimum patrimonium Regis Hiſpaniarum recuperandum.

XXVI. Quantumuis aūt Sua Celſ. omni iure & æquitate, bonam impenſarū in hac obſidione factarum partē à Repub. Antuerpiana repetere poſſet: Tamen vt omnibus perſpicuū ſit, eandem non optare vrbis interitū, Antuerpienſes tantùm quater centena millia florenorum numerabunt. quę inter milites, tam longam & difficilem obſidionem perpeſſos, diſtri- D
buentur. Vt autem commodius hanc ſummam colligant, dabitur illis terminus à ratione atque æquitate non alienus.

XXVII. Deniq; D. de SantAldegunda poſtquàm in ſua opinione, ſequendi partes quas hactenus ſecutus eſt, permaneat: viſum eſt iuramentum ab eo ſtipulari, quòd anno integro poſt hanc conuentionem arma contra Regem Hiſpaniarum nulla portabit.

Hæc victis tolerabilia omnes iudicabant & ſummam pruden-

A dentiæ & æquitatis laudem Parmenſi tribuebant. 1585.

His de theatro recitatis, venit armorum cognitor, quē Heroldum vocant, pmiſſa veſte, in qua inſignia Regis Hiſpaniarum elaborata erant, indutus, vnaq; ſecum tubicines Principis Parmēſis in theatrum adduxit. qui cùm aliquandiu inſigne epiniciū, ſingulari quadam harmonia, ceciniſſent; Heroldus protēſa in altum manu, ter, Viuat Rex Hiſpaniarum, exclamauit. quem pari numero omnis, quæ aderat, multitudo elatis vocibus eſt inſecuta. Dimiſſo deinde populo, proceres B vtrinq; in curiam ad exquiſitiſsimum Epulum cōuenerunt. Interea Catholici qui in vrbe erant, cum quibuſdam Religioſis, qui recens aduenerant, templum occupant, & præmiſſo Ambroſij & Auguſtini hymno, veſpertinas preces, Deo gratias agentes, cecinerunt.

Quid poſt pacem proclamatam actum.

Tandem vigeſimoſeptimo Princeps Parmēſis, præmiſsis in vrbem 2400. peditibus Germanis & Gallis, quadringentis verò equitibus, & ducentis nobilibus, inter quos Comes Edgmondanus & Champagnius fuerunt, vrbem ſummo cùm triumpho ingreſſus eſt: Magiſtratus ingredienti Principi cla- C ues vrbis, aliamq; clauē ex auro puriſsimo cōfectam, per pulcherrimæ virginis manus obtulerunt. Princeps auream clauē accipiens, eam aureo quod in pectore radiabat Velleri addidit, & progrediens vlterius varia ſpectacula, arcusq; triūphales ingenioſiſsimè factos, vidit: licet ipſe pridem interdixerat, ne ſumtus inutiles facerēt, exorbitantesq; impenſas profunderent. Palatium illi in arce quondam ab Albano Duce magnificentiſsimè extructa, & poſtea à rebellibus ex parte euerſa, regio apparatu adornatum eſt: in quod Parmenſis in- D greſſus, honorificētiſsimè ab omnibus ſalutatur. Catenæ verò, quibus plateæ claudi ſolent, ſublatæ, ciuesq; in ordinem redacti ſunt.

Parmenſis Antuerpiā ingreditur.

In huius deditionis memoriam, elegans quidam luſit diſtichon, in quo menſis & annus continetur:

VIrgo LegIt ſpICas, AntVVerpia CoLLa potentIs
PrInCIpIs HIſpanI ſVbIICIt IMperIo.

Parmenſis tandem ſuas cogitationes omnes ad Rempublicam Antuerpienſem reformandam cōuertit: mutat ſenatum: præſidium diſponit: cōtrouerſias ciuiū tollit: Scaldim ponte

Reformatio Reip. Antv.

1585. ſoluto aperit: edicta promulgat & ciuibus & militibus leges A
ęquas proponit: quod vno atque altero exemplo confirmat, dum militem quendam, qui hoſpitem ſuam pugnis iniquè multârat, capite plecti iubet: Ciuem præterea Catholicum, qui à multo tempore exul iam domum redierat, captiuum facit, eò quòd quendam ſuum conciuem, à quo neſcio quâ iniuriâ affectus olim fuerat, conuicijs excepiſſet: & vix multorum precibus victus, certis conditionibus eum dimittit.

Multi ex Reformatis, cùm ſcirent, ſibi locū non diu ibi fore, ſuis rebus conuaſatis, diſceſſêre, alij Holandiam, Zelandiam, B Germaniam, alij alias vicinas regiones petentes.

Aldegond. captus. Aldegondanus in ſuſpicionem apud fœderatas Prouincias venerat, quòd vrbem Parmenſi prodidiſſet: edit itaq; Apologiam, & crimen illud à ſe multis argumentis remouet, & cauſam deditionis in Hollandos & Zelandos reijcit: à quibus, cùm in Zelandiam veniſſet, captus & in carcerem coniectus eſt.

Eodem tempore Parmenſis ad vrbes & oppida Belgij munita literas mittit, multis rationibus ad pacem cum rege faciendam inuitans. Tandem in caſtra redit, exercitum luſtrat C & ſtipendia militibus numerat; omnibus propter conſtantiam in tam diuturna & moleſta obſidione collaudatis.

Legatio Holandorū in Angliā. Dum hæc Antuerpiæ geruntur, Legati Hollandici in Anglia magnificè excipiuntur. petebant ſe recipi in tutelam contra Hiſpanum. Conſiliarij Reginæ ad illorum partes prorſus quidem erant propenſi; multa tamen occurrebant, quæ magnam deliberationem requirebant: Hiſpanum eſſe potentē; Hugonotos etiam Gallicos auxilia flagitare; non poſſe commodè vtriſque ſuccurri: nec tamen negligendos: tectis potius auxilijs vtroſq; iuuandos, ne fœderibus cum regibus Hiſpaniæ & Franciæ ictis, vis vlla facta eſſe videatur, & ſumtus D minores ab Anglis fiant. Reliqui contrà, inter quos Leceſtrēſis Comes & Vvalſingenſis, ſuadebant, rem aperto Marte tentandam, ſatis virium Anglis contra Hiſpanum eſſe; Gallicis rebus alio modo poſſe ſuccurri. Horum tandem euicêre rationes, & editum eſt à Regina ſcriptum, quo facti huius cauſas reddit: Initio præfatur, Reges & Principes nulla lege teneri, ſuarum actionum vlli mortalium rationem reddere: ſe tamen

Declaratio Reg. Ang.

men

Amen ad auertendas obtrectationes publico ſcripto omnibus 1585.
exponere velle, quare vicinos Belgas in tutelam recepiſſet. Cauſas affert; quòd Anglis cum Belgis ſemper intercelſerint fœdera & commercia mutua, quæ à multis retrò annis inuiolata conſtiterint. Belgas multis priuilegijs, à priſcis regibus conceſsis & nuper à Carolo V. & Philippo filio confirmatis, gaudere: illa hactenus ab Hiſpanicis Gubernatoribus violata & abrogata fuiſſe, cum maxima & horrenda nobilitatis cæde & laniena, vt merum tandem & tyrannicum in eas gentes
B obtinerent imperium. Multos quidem Principes Chriſtianos auxilia Belgis ſubmiſiſſe, & quibus potuiſſent rebus iuuiſſe; inter alios præcipuè Francorum regem hoc feciſſe; ſed tãdem quoſdam, ab Hiſpano corruptos, ſubſidia illa interuertiſſe & impediiſſe: ſe ſæpius à Gallo monitam, vt fœderum & viciniratis ratione habitâ, Belgas non negligeret; Anglorum enim res hac in parte non obſcurè agi. Se ideo aliquot in Hiſpaniam Legatos miſiſſe, qui regem monerent, vt ſuos ſubditos à Gubernatoribus tyrannis oppreſſos, clementer reſpiceret: petiiſſe, ne pateretur, vt peregrinum aliquem domi-
C num ad ſuam defenſionem euocarent. Hoc tandem factum eſſe; & à ſe quoque eos id per Legatos olim petiiſſe: Se autem illos certâ pecuniæ ſummâ iuuiſſe, ne aliò confugere cogerentur. Facile poſſe animaduerti ex Hiſpanorum geſtis, quid moliantur; vt ſcilicet Belgis expulſis, ſuam in has terras gentem intrudant; quod & in alijs locis feciſſent; vnde ſibi & alijs vicinis regionibus non leue periculum poſſet imminere. Suos Legatos malè ab Hiſpanis acceptos eſſe; ad regem vix vel ne vix quidem admiſſos. Se imperium nullum iniuſtè acquirere velle, quod ex Scoticis ſuis geſtis cuiuis poſsit eſſe manife-
D ſtum. Motam ſe nullis alijs rationibus, ad Belgicam hanc expeditionem, quàm vt miſeros & oppreſſos Belgas à tyrannide Hiſpanorum Gubernatorum (excipit Parmenſem) vindicet & in priſtinam libertatem reſtituat; atque ſuum regnum ab imminenti periculo tutum præſtet. Se portus & maritimas vrbes non ideo occupâſſe & præſidio firmâſſe, vt pro ſuis vſurparet, ſed vt nauigationem liberam & negotiationem integram conſeruaret.

Mediolani editus erat liber quidam paulò antè de deditio-

1585. ne Antuerpiana; in illo inter alia Reginæ Angliæ obijcieba- A
tur, quòd in Regem Hiſpaniæ eſſet ingrata, & Parmenſis necem quæreret: cum tamen olim à Rege, ſorore Reginæ imperante, maximis fuiſſet affecta beneficijs, & ex ipſis mortis faucibus erepta. Reſpondit Regina publico ſcripto, & obiecta ſibi crimina diluit; ſe ſcilicet in Regem Hiſpanum nunquam fuiſſe ingratam; eum quidem de ſe non malè meritum; nunquam tamen illius beneficio vitam eſſe ſibi cõſeruatam, cùm nunquam de ea fuerit periclitata. Parmenſi à ſe nullas ſtrui inſidias, duabus rationibus euincere conatur; aut, inquit, o- B
dium aut ſpes, bellum ſcilicet illo ſublato ſopiri poſſe, me ad hoc impuliſſet facinus: ſed in Parmenſem odium apud me nullum eſt, cùm potius venerer ipſum & amem meritum: Belli cardinem in illius vita verſari, nemini poteſt eſſe veriſimile, qui rerum nõn prorſus eſt ignarus: cuius itaque manifeſtum eſſe, ſe inique eſſe traductam.

Angliæ Reg. excuſatio.

Angli in Hollandiã.

Interea cohortes aliquot tum equitum tum peditum ex Anglia in Zelandiam & Hollandiam appulerunt. Inde in agrum Vltraiectenſem venêre, vbi à Neuenario in Veluam ad munitionem quandam, prope Arnhemium ad Iſelam fluuiũ C
erectam, oppugnandam ductæ ſunt. Sed Neuenarius à præſidio fortiter eſt exceptus. Diſceſſerat paulò antè præfectus illorum Taxius ad Parmenſem, quod Neuenarium non latebat; maiori itaque celeritate & ardore rem eſſe aggrediẽdam exiſtimabat. Tandem cum aliquandiu præſidiarij oppugnationem ſuſtinuiſſent, & nullam ſpem auxilij ſibi relictam eſſe viderent, deditionem fecerunt, vitâ & rebus ſaluis. Hac victoriâ, licet non ſine ſanguine partâ, Angli elati Rhenum traiecerunt, & propugnaculum in Capite Montenſi, ſuperioris Bataviæ loco, erectum aggreſsi ſunt. Præſidij præfectus Turcus e- D
rat gente, corpore robuſtus, & animo interritus; hic omnia, quæ ad defenſionem neceſſaria videbantur, ſollicitè parabat. Sed à ſuis militibus proditus & hoſti cum propugnaculo traditus eſt.

Neomagũ proditione tentata.

Vigeſimo octauo Septembris proditor apud Nouiomagẽſes captus eſt, qui pecuniâ corruptus Neuenario ſuã operam addixerat. Erat ciuis in illa vrbe & habitabat in turri, muro vrbis contiguâ; ex illa cuniculum duxerat per vallum ad alterũ

murum

A murum, quem quibuſdam inſtrumẽtis ita perfoderat, vt leui 1585.
conatu dirui poſſet; ſed cùm non ſatis cautè rem poſſet tegere, captus & torturę ſubiectus eſt, & rem faſſus. Erant iam aliquot ſigna militum ex diuerſis locis exciti, vt in proximam noctem ad vrbem inuadendam præſto eſſent. Cùm verò ad mœnia veniſſent, & ſignum nullum dari viderent, detectam rem eſſe ſuſpicati ſunt, & ad ſuos rediêre.

Neuenarius, cùm videret ſibi iſtâ viâ non ſucceſsiſſe, apertâ vi vrbẽ aggreditur, eamque obſidere ſtatuit. Caſtra itaq; metatur in pago vrbi vicino, & propugnaculo ceſpititio erecto, mœnia tormentis acriter quatit. *Neomagũ obſeſſum.*

B

Hollandi claſſem aduerſo flumine contra Groningenſes miſerunt, vt commeatus, qui Embdâ illis afferebantur, auerterent. Sed Comes Embdenſis illam aggreſſus fudit, cœpit, profligauit. *Hollandi fuſi.*

Comes Mansfeldius cum ſignis aliquot veteranorum militum in agrum Rauenſteinenſem venit, & ſummâ celeritate Moſam traiecit, & inſulam Bommeleverdam in ſuam poteſtatem redegit, cùm à multis annis belli immunis fuiſſet. qui inſperatus caſus Ordines non parum commouit. *Bommeleverda capta.*

C

Parmenſis cùm Antuerpianã Reſpublicam pro ſuo arbitrio compoſuiſſet & arcẽ reſtauràſſet, Bruxellas venit. Exceptus eſt à ciuibus feſtis acclamationibus & ſpectaculis. Interea affertur nuncius de Comitis Mansfeldij periculo, in quo cum exercitu verſabatur in Inſula Bommeleverda; Parmenſis conſeſtim conſcenſo equo, quatuordecim equitibus comitatus, magna celeritate Boſcoducum contendit, vt de ſubſidio, ſuis periclitantibus mittendo, maturè deliberaret. Bommeleverda eſt Inſula, Moſa & Rheno vndique cincta: terra limoſa: inundari facili negotio poteſt. Cùm Hollachio nũciatum fuiſſet, Regios iſtam Inſulam occupàſſe, claſſem ſine mora adornat, milite inſtruit, Inſulam cingit; aggeres perfodit, & agrũ ferè omnem inundat. Regij in eminenti quodam loco ſua caſtra habebant ſub dio, ſine omni ſpe vllius auxilij, aquis vndique cincti, fame & frigore penè enecti. Sed tandem ſubita aëris mutatio exorta eſt, ita vt Vvalis fluuius, Rheni pars, glacie indureſceret. Hollachius conſternatus ad aëris iſtam intẽperiem, & veritus, ne naues gelu in fluuio conſtrictæ cum ma- *Parm. Brux. venit.* *Periculum regiorum.*

D

1586. ximo periculo ſiſterentur; aut commeatus iſta occaſione intercluderentur: abſciſsis ancoris & expáſis velis in pacatum ſeſe recepit: vix diſceſſerat, cùm æſtiuâ aurâ aer rigidus temperabatur, ita vt Hiſpanis laborantibus vicinæ vrbes Regiæ ſubuenire nauibus poſſent, quod Boſcoducenſes ſummo ſtudio fecêre: & quidem eo euentu, vt multi ex militibus ſemimortui refecti fuerint; aliquot tamē mortui; nonnulli membris frigoris vehementiâ mutilati. Cùm Parmenſi de ſuorum ſalute nunciatum eſſet, Bruxellas redijt. A

Hautepenſis progreſſus. Comes Neuenarius Nouiomagum hactenus arctè obſederat, & Geldriæ præfectus, Hautepenſis, aquis exundantibus impeditus fuerat, quo minus ſubſidium obſeſsis adduceret. Sed quarto die Nouembris claſſem adornat, militem cogit, Vvalem fluuium traijcit, hoſtē aggreditur, fundit, fugat, diſsipat; arces aliquot occupat, præſidiarios cædit aut captiuos facit. Angli primi ſtationem ſuam deſeruerant, hoſte nondum vrgente; quod Hollachius ægerrimè ferens, cum reliquo ſuo milite ſe Arnhemium recepit. Decimo tandem ſeptimo Decembris Hautepenſis partem exercitus, Vvale fluuio rurſum traiecto, reducit & arcem Dakenburgum deditione capit. Angli, qui propugnaculum in Capite Montenſi cuſtodiebant, ſuorum fugâ territi, illud turpiter deſeruêre: quod regij confeſtim occupârunt cum arce Dorenburgo & Hoemenſi. B C

Leceſtrij aduentus in Belgiū. Trigeſimo Decembris appulit Comes Leceſtrius in Hollandiam, & à Senatu Dordracenſi magnificis conuiuijs exceptus eſt. Inſignia Hiſpanica deiecta & pedibus ſunt conculcata. Erant in Leceſtrij comitatu alij tres Comites & nongenti equites armis optimè inſtructi & precioſo ornatu veſtiti, phaleriſque aureis fulgentes: inter quos Leceſtrius eminebat.

1586. Secundo Ianuarij Dordraco diſcedens Hagam cum ſuo equitatu contendit, vbi ab Ordinibus expectabatur. quinto Ianuarij, qui tribus Regibus ſolēnis eſt, ſub veſperam vrbem ingreſſus eſt, & ab Ordinibus Hollandiæ tanto apparatu & pompa exceptus, vt Reginæ ipſi plus honoris deferri nō potuiſſet. Arcus triumphales, theatra, imagines, pyramides & variæ portæ vario artificio & elogijs inſcriptis cōſpiciebant. D

Inter alia pyramis quædam, ad formam Aegyptiacam, erecta erat, in qua elogium Leceſtrio dicatum hoc legebatur:

INCLY-

A INCLYTO PRINCIPI 1586.

ROBERTO DVDLEIO
COMITI LEYCESTRIO
INTER MAGNATES MAXIMO,
PIO, PRVDENTI, FORTI:
DEI PROVISV, REGINAE MISSV
PRAEFECTO AC GVBERNATORI
BELGARVM:
PROSPERVM HVNC OPTATVMQ.
ADVENTVM
TOTO LAETITIAE SINV
GRATVLAMVR,
ECCLESIAE ET REIP. SALVTAREM
OPTAMVS
FOEDERATI ORDINES BELGII,
ADDICTI CELSITVDINIS
EIVS.

DEVS COEPIT, DEVS
DIRIGAT.

Poſita erat Roſa artificioſè picta, multisq; candelis ardentibus circumdata, cui ſuperſcriptum:

VIVAT REGINA.

Roſæ verò ſubiectum hoc diſtichon legebatur:

FLOREAT HAEC SEMPER ROSA,
CVIVS HONORE REVIXIT
BELGIA LANGVESCENS, REGINAE
SACRA POTENTI.

Ventum deinde ad portam triumphalem, inſignibus Anglicis conſpicuam. Superſcriptum Gallicis verbis:

DEVS ET MEA IVSTITIA.

Illis ſubiectum erat Virgilianum illud non ineleganter:

ADSIS O NOSTRVMQ. LEVES REGINA LABOREM.

1586. Ad latus alterum hoc Reginæ Anglicæ ſacrum elogium:

ELISABETHAE
REGINAE OMNIS AEVI
LAVDATISSIMAE:
PIETATIS ADSERTORIS,
LIBERTATIS VINDICIS,
SECVNDVM DEVM,
TVTELAE AC PRAESIDIO
BELGARVM,
DEVOTI MAIESTATI EIVS,
HONORIS FIDEIQ. C.
POSS. LIB. MER.

Non procul inde theatrum facibus ardentibus conſpicuum, Britannico Elogio inſignitum occurrebat:

BRITANNIA
MARIS TERRARVMQVE SIDVS:
E' QVA ROM. OLIM IMPERIO
LVX ET SALVS EFFVLSIT
CONSTANTINVS
QVI ADSERTOR LIBERTATIS,
INSTAVRATOR PIETATIS
CHRISTIANAE:
DA ET NOBIS FIDAM VICTRICEMQ.
DEXTRAM.
FAXIT DEVS OPTIM. MAXIM.
VT REGINAE AVSPICIIS,
DVDLAEI DVCTIBVS,
MILITIS TVI VIRIB.
IVGO SERVITVTIS EXCVSSO,
BELLI NIMBO DISCVSSO,
EX INFELICISSIM. FELICISSIM.
BELGAE VIVAMVS,
SACRO TECVM ARCTISSIMOQ.
FOEDERE IVNCTI
AETERNVM, AETERNVM.

AVDIAT FIDES AVDIAT FAS.

Vbi Leceſtrius ab Ordinibus Holandiæ excipiebatur,ſcri- 1586.
ptum videbatur:

DEVS OPTIM. MAXIM.
TIBI
VOTA PRECESQVE
ORE ET CORDE
NVNCVPAMVS,
VT PROPITIVS PLACATVSQ;
BELGAS RESPICIAS:
NOBIS REGINAM,
PER ILLAM
NOS PATRIAMQ;
SERVES,
MAGNE SANCTE AETERNE
DEVS
AVDI, EXAVDI.

Tandem certis adhibitis cerimonijs in Gubernatorẽ Belgij Leceſtrius eſt inauguratus, vigeſimo ſeptimo Ianuarij:& iuramentum Ordinibus Reginę nomine dedit,ſe Belgas cõtra Hiſpanum communẽ hoſtem omni conatu defenſurum. Nouos deinde Centuriones creat,exercitum luſtrat & militares leges proponit. Communi Ordinum cõſenſu ſtatutum eſt, vt Hollandi ſingulis menſibus in vſus bellicos ducenta millia florenorum,Zelandi centena millia, reliquæ Prouinciæ fœderatæ pro ratione redituum prouincialium certam ſummam dependant : Reliquos belli ſumtus Regina,Leceſtrio ſtipulante,feret;qui aſſerebat,ſe breui aliquot millia peditum Anglorum & ſex millia equitum Anglorum, Scotorum & Irlandorũ ad bellum ſummâ vi ducẽdum expectare.

Iſto menſe Regij feliciter in Friſia cum hoſte confligebant. Cùm enim gelu omnia induruiſſent, ita vt per loca paludoſa iter expeditum eſſet, contraxerat Taxius ex aliquot præſidiis copias,& in Friſiam irruperat. Poſtquam verò Vvorkum, Coudam & alios quoſdam pagos cepiſſet & in prædam vertiſſet;frigus vigeſimo ſeptimo iſtius menſis cœpit paulatim remittere,ita vt Regij de receptu cogitare cogerentur, ne loci iniquitate tandem impediti in pericula non leuia,vt appa-

1586. rebat, inciderent. In itinere ruſticos armatos obuiam habue- A
re, quos profligarunt: quidam elapſi, cum ſe dedere nollent, viui combuſti ſunt in eo loco, in quem ſe receperant. Ad pagum tādem, quem Boxum incolæ appellant, & diſtat miliari ab vrbe Levardenſi, peruenēre; vbi per exploratores illis ſignificatum eſt, hoſtes in illo pago caſtra eſſe metatos, & munitiones circùm erexiſſe ſecumque ſub ſignis habere ad duo millia ſelectorum militum, & duo tormenta maiora. Regij eos mox ſunt adorti; certatum eſt vtrinq; acriter; pagani tandem profligati & cæſi, ita vt pauci cum ſuis ducibus ad tem- B
plum loci illius confugerent, & de vita pacti deditionem facerent. Ex Friſijs mille quingentos & ſexaginta octo cecidiſſe; trecentos circiter captos eſſe, nunciatum eſt. Regijs incruenta ferè erat victoria; amiſsis tantùm viginti quinque ex ſuis; inter quos præcipui nominis duo fuerunt, Oſvvaldus Comes Bergenſis, florenti ætate iuuenis, ac fortitudine animi conſpicuus; & Heinricus à Delden, militum præfectus, obſcurâ quidem familiâ oriundus, animo tamen & rebus geſtis nobilis. Hac victoria Regij potiti & prædâ comportatâ, C
quæ non exigua erat, in pacatum ad ſuos redierunt. Captus eſt inter duces cum Grauenſtenio Danus quidam Steno Malta, Comitis Vvilhelmi Naſſouij, Gubernatoris Friſiæ, Legatus, qui à Rege ſuo domum reuocatus ab Ordinibus dimiſſionem iam impetrauerat & ſtipendio honorifico donatus ad iter ſe accinxerat. Sed cùm Gubernator abeſſet, & hoſtis irruptionem ſubitam faceret, noluit roganti militi ad iſtam expeditionem operam ſuam denegare: vt & hinc facilè appareat, non ineptè à GVICCIARDINO dictum eſſe: *Nihil difficilius vitari poteſt quàm fatum, & aduerſus imminentia & impendentia mala nullum valet remedium.*

INDEX VERBORVM ET RERVM MEMORABILIVM.

A

Abbas S.Bernardi viduam opulentam in vxorem ducit 75.c
Abbatis S.Bernardi fuga 75.c
abiurationis formula 357.a
adoleſcens explorator 167.a
Adolfi Naſſouia comitis interitus 83.b
P.Adrienſenſei conſtantia 165.c
Aemylij dictum 218.c
Agrippæ dictum veriſſimũ eſſe, Belgæ ſunt experti 3.a
Aegypti reges Iudæos ferre ſunt coacti 28.c
Albanus ad triſte ſpectaculum lacrymas continere non poteſt 86.c
Albanus cum Lodunio copijs iunctis Bruxellas iter intendit 72.b
Albanus cur Edgmontani & Hornei necem accelerarit 87.c *cur mari bellum gerere velit* 146.b *cur Mechlinienſibus infenſus* 132.c *in coniuratos atrociter animaduertit* 83.a *miſſionem à rege poſtulat & obtinet* 147.b
Albanus Naſſouium inſequitur 89.c
Albanus perſequitur Aurantianos 94.b *prælium detrectat* 131.d *pro victoria adepta laudes Deo cani iubet* 96.d
Albanus quid publicè per præconem denunciari iubeat 79.a *quo conſilio Maſtricham peruenerit* 91.c
Albanus ſucceſſibus elatior factus, quiete diu frui non potuit 147.b *ſuffragiorũ numero vincit* 53.c
Albani acies 89.d *animus à dimicando cur alienus* 93.c *antecurſores fugati* 130.c *bellicus apparatus* 71.d *comitia Bruxellis indicta* 98.d *copiæ* 92.d *edictum* 93.a *ducis exercitus* 72.a *in Belgium aduentus* 72.b *ira de Monterſi urbe occupanda* 123.a *irriſio* 136.a *poteſtas in Belgio: & quid agat* 72.d *ſolertia* 80.b *ſtratagema impeditum* 199.a *ſucceſſor* 148.b *ſucceſſus* 127.a *triumphi explosio* 99.a *trophæum* 96.d *ab Antuerpienſibus dirutum* 98.a
de Albani trophæo coniectura 97.c
tyrannis 76.b 98.c
Albano ſucceſſor ſummiſſus 119.b
Albanorum exercitus 146.b
Albericus Lodronius Auguſtæ Vindelicorum exercitum colligit 72.b
Alcmaria vrbs 67.a
Alcmariȩ obſeſſio 144.d *obſidio ſoluitur* 145.d *oppugnatio* 145.b
Alcmarienſes nouiſſimè hoſtium agmini graue detrimentum adferunt 146.a
Aldegondanus Lyram proditione capere tentat 287.d
Aldenpardum deditum 370.b
Aldenardum Flandriæ ciuitas munitiſſima 369.a *obſeſſum. ibid. proditione in Aurantij poteſtatem venit* 129.c
Aldenardo Aurantiani excedunt 134.b
Aldegondanus anxius 431.b *captus* 448.b
Aldegondani in ſenatu Antuerpienſi oratio 414.a
Alenconius à Brugēſibus excluditur 384.c *ad Cameracum inſignem victoriam adeptus* 357.c *Brabantiæ & Flandriæ dux declaratus* 357.a *excedit Belgio* 384.c *Gandani quomodo exceptus* 377.a *in Angliam proficiſcitur* 360.d *Marchia imperij creatus* 363.c *quomodo Brugis exceptus* 372.a *ſuſpectus Anglis* 386.c *venit in Belgium* 279.a
Alenconij ex Anglia reditus 361.d
de Antuerpia occupanda conatus 381.b
conuiuia 382.d *copia* 381.b
edictum 357.c 368.b 374.b
eluſio 371.a
de Alenconij facinore indicia 382.b
Alenconij geſta 355.b *mater expeditionem in Belgicam diſſuadet* 270.d *de eius morte rumor* 391.b *obitus* 397.b *periculum* 366.a *proteſtatio* 270.d
Alençonio copiæ adductæ 381.a *quæ conditiones*

ditiones oppoſitæ 270.c
Alenconio quare iuretur 371.b
Alenconianæ reconciliatio inſtituta 383.b
Alexander Furneſius, Parmenſis dux 288.b
Aloſtum à ſeditioſis occupatur 179.c
captum 371.c
Aloſtarij iconoclaſtis ſe uiriliter opponunt 47.d
Amerfortium obſeſſum 299.d
Ammiras Vliſsingenſis ad hoſtes contendit 363.a
Amſterodamum ab Helingo tribuno aſtu interceptum 258.c reliquas Holandiæ vrbes opibus longè excellit 137.c
Amſterodami opulentia 137.c
Amſterodamenſes ſe dedunt 267.c
anabaptiſtarum in Germania furor 45.b
noſtra ætate magnus numerus 17.d
Anciantius regulus cum alijs capite truncatus 81.b
Andagienſis monaſterij depopulatio 92.b
Andelotus Vringlienus cum tympanorum ſonitu ad locum ſuppliciorum deducitur 83.c
Angliæ reginæ ad Belgas legatio 383.b
reſponſum 269.d
Angli fortiter dimicant 280.b
Anglorum diſceſſus 159.a
animarum curæ quib. perſonis cõmiſſa 7.d
Annibal Amaſenſis comes 279.b
Antonius Peruzius regius ſecretarius 238.c
Thauet epiſc. Atrebatenſis 12.a
Ant. Timmermanni dominicani ſupplicium 367.c
Antonij Venerei ſupplicium 367.c
Antuerpia à Statibus petitur 205.c
arctiſsimè obſeſſa 414.d totius Europæ nobiliſsimum emporium 46.a
Antuerpiæ opulentia 42.c quantum turbarum per aliquot dies fuerit 50.c
quomodo Alenconius exceptus 362.b
tumultus 63.d & 381.d
de Antuerpia intercipienda cõſilium 173.c
Antuerpienſis arx 235.d cui & quomodo tradita 229.d conuentus 380.c
Antuerpienſes de pace cogitant 433.b
Hiſpanis ſoluunt ſtipendia 155.b
ſuos concionatores dimittunt 227.d
Antuerpienſium cum gubernatrice tranſactio 65.d horrenda ſtrages 209.b
Antuerpienſibus inſolens iuramentum propoſitum 409.a
Antuerpienſium pacis articuli 440.c
priuilegia 4.a lætitia 361.a
Antuerpienſia ſuburbia capta 434.c
Arambergius comes contra Naſſouium miſſus 82.b
arca Delfienſis 164.a
quale ædificium 164.b
Arembergius à ſclopettario pedite interfectus 83.a
Arenbergum ui expugnatum 92.c
Areſcotta ſummus ſtatuũ præfectus 198.b
Areſcottum ab Ordinibus captum 280.c
Areſcotanus & Habræus deſerunt Auſtriacum 236.c Areſcotanus Flandriæ præfectus declaratus 251 b
Areſcottani defectio 345.b
iuramentum 230.b
Ariani patienter in concilio Triceno auditi 17.c
in Arnheimenſi cõuentu diſsidium 376.d
articuli regij 176.b
arx finis belli 427.a
arcis foſſa qua induſtria facta 76.a
Atrebati interceptio 22.d
in Atrebatenſi ditione militum conſcriptio 49.d
Auila ardor & induſtria 151.d copiæ 153.c
& Menter. delecti pedites 90.a
expeditio 134.d
Aurantius caſtra mouet 95.b copias colligit 79.a cum alijs proceribus in ius uocatur 76.c cum Gallo expoſtulat 95.d cupit rem ad prælium reducere 130.c cur animum adiecerit ad intercipiendam Antuerpiam 173.c de quibus accuſatus 76.d excuſat Alenconium 366 b hoſtes multo tubarum clangore ad pugnam uocat 95.c
obſeſsis ſubuenire conatur 142.c
ſe excuſat 77.a ſibi proſpicit 298.d
ubi ſepultus 399.a quo die menſis fato ceſſerit 398.d uacationem à muneribus ſuis quærit 32.d
Aurantij ad regem literæ. 9.d

Aurantij

Aurantij aduentu omnia pacatiora reddita 35.a apologia 348. 390.b ab ordinibus approbata 353.d auctoritas 366.c conatus irritus 172.173.d conquestio 77.c consilium 392.a ordinibus datum 346. d copiæ 91.d cum Gandauensibus actio 291.a diligentia 170.b expeditio quem exitum habuerit 96.c filius in Hiſpaniam abductus 77.c patri ſuccedit 399.c
de Aurantij morte rumores 368. a 396.d postulata quem vrbes reijciant 387.c proſcriptio 348.c reſcriptum interceptum 125.c reſponſum 173. b tormenta 92.b
de Aurantio à ſicario vulnerato hiſtoria 364. a
Aurantius literarum regis publicatione offenſus 13.b
Aurantiani cur pacem non acceptẽt 328.b
Aurantianorum clades 94. d 142. c fuga 142.d reſponſum 189.b
aurei velleris equitum conuentus 32.b
Auſtriacus Bruxellas venit 226. a cur confligere cupiat 260. d maligna febre laborat 296.d pugnam offert 275.a quæ poſtulet 227.a quibus animi dotibus ornatus fuerit 287.a totius Belgij à fratre deſignatus 219.a
Auſtriaci ad ordines literæ 241. c conatus 253.b 261.c consilia 231.d excuſatio 134.b in Belgium aduentus 219.b moderatio qualis 227.c mors 287.a teſſera 261.d victoria 287.b
de Auſtriaco opinio concepta 226.c ſuſpicio 219.d

B

BAbylonis Reges Iudæos ferre ſunt coacti 28.c
Bachrezeleus Edgmontani conſiliarius in vincula conijcitur 75.b
Baldeſius immeritò in odium ſuorum venit 170.b
Baldeſij aſtus 156.c dolor 169.b excuſatio 169.c
in Baldeſij locum quis ſuffectus 170.c
Balthaſar Serach Aurantij ſicarius 397.a
Balfurius Scotorum columella 358.a
barbara crudelitas 394.a
barbarum facinus 162.a
Barlamentius Namurienſis capitur 198.b
Barlemontij conſilium 235.d
Batani atrox odium aduerſus Hiſpanos conceperunt 137.c
Battemburgij Baronis caſus 142.d fratres ad locum ſuppliciorum deducũtur 83.c
Baueſum opp. 270.c
Beauoiſius, Barlemontij filius 106.c
Beauoiſij conatus & periculum 100.c
Belgæ attoniti diffugiunt 87.c Auſtriaci aduentu maxime recreati 218.a fuſi & cæſi 262. a Hiſpanorum coniunctionẽ impedire conantur 201.b
Belgarum animi aduerſus Albanum irritati 81.b antiqua priuilegia 3.d cæſorum numerus 262 b
in Belgarum communi malo varia ſtudia 37.d grauior quàm Francorum calamitas 2.b in Albanum odium 86.d in Hiſpanos cõiuratio 105.a nobilium fœdus, eiusq; formula 13.b odium in Albanum vnde 103.a terror 75.b
Belgæ regium imperium horrent 1.a
Belgis cur præclara laus omniũ confeſſione debeatur 1.b
Belgium Galliæ pars 1.a miſerè in partes diductum 328. a multis Franciæ prouincijs benigno naturæ prouentu non cedit 1.b
Belgij felicitas & opulentia vnde dependeat 183.d natura 49.b
è Belgio multi metu fugiunt 76.b triginta millia hominum diffugiunt 75.c
Belgici populi ad regem Philippum pro reformatis ſcriptum 15.c
Belgicorum conſternatio Aurantij mortem ſequuta 401.b
Bellaqua cœnobium capitur 123.c
bellũ exardeſcit 235.a in proprio quã alieno ſolo alere ſemper perniciosius 410.a quæ mala adferat 2.c ſemel motum difficile eſt deponere 3.a templis reformati inferunt 47.c
belli conſilia reſumpta 192.c ſumtus 380.d
in bello renouato iudicia 237.a
bellorum certiſſima pericula 109.d incerti euen-

ti euentus 114.a
beneuolentia ſubditorum ad regum dignitatem tuendã magnas habet vires 23.c
Bergus ferè intercepta à Malecõtenſis 361.c
Berguenſis morbo correptus interiit 30.d
Beſsy conatus irritus 117.a
Beuolendia inſula 117.b
bibliothecarum deformatio 47.d
Billaus tria millia Gallorum in vnum colligit 79.c
Birony caſus 384.c
Bommelli obſeſsio 158.b
Bommeni oppiduli expugnatio 193.c
Boneffienſis monaſtery incenſio 95.c
Borchius Flander vrbis præfectus 370.c
Boſleducum natura & ſitu munitum 62.b
Boſleduci ſuburbia à Meguano occupata. 62.d
Boſſutius regulus 264.b capitur 146.c
Boſſuty expeditio in inſulam & quo euentu 105.d
Brabantia immunitatibus plus cæteris regis ditionibus ornata 38.c
Brabãtia populoſitas 40.b priuilegia 4.b
Breda prodita. 356.c
in Bredanam arcem præſidium ex Hiſpanis mittitur 79.c
Brederodius Amperodamo diſcedit 66.d
ad Brederody literas quomodo Imperatrix reſponderit 59.d
Briela Hollandiæ vrbs occupata. 105 b
Burgenſium conatus 113.d
Bruſſum Alenconio deditum 279.c
Bruxellæ fruſtra obſeſſæ 373.d Bruxellæ munitæ 265.a
Bruxellis incendium 158.c
Bruxellenſe propugnaculum captum 303.c
Bruxellẽſes in ſui tutelã arma capiũt 195.d
Bruxellentiũ fauor erga Edgmõtanũ 86.b
Buræ deditio 174.d
Buranus comes, Aurantij filius 228.c
Burgum pagus 261.a

C.

CAEſareorum propoſita 308.c
Caluiniſtarum breuis Chriſtianorum fidei confeſsio 61.a
Cambraſinum caſtillum captum 355.d
Cambraſinum deditur Parmenſi 373.c
Cambreſiacum à præſidio deſertum 61.d
Cameraci Albanus cum toto exercitu aliquot dies hæret 96.c deditio 350.a
Cameracenſia latrocinia 404.b
Cameracenſium cum Atrebaſibus & Armonibus induciæ 414.b
Campena vrbis obſeſsio 275.c
Cambinia Brabantiæ 87.a incendijs vaſtata ab Holachio 386.b
in campis congreſſus publici habiti 33.b
Campremi vrbis obſeſsio 121.c
Canforenſes Vliſsingenſium exemplum ſequuntur 109.b
Carolus V. ſolitariã vitã amplexatus 3.b
Caroli V. indomitum ingenium 78.d
Carolomontana arx aſtu capta 237.d
Carpenſis arx ab Aurantio capta 92.a
Carthuſianorum cœnoby direptio 67.a
Caſimiri copia 273.a proteſtatio 272.b
Caſtenetum quomodo captum 369.b
Cattenilla interitus 163.a
Cepinius Vitellius caſtrorũ magiſter 72.c
prope Groningam caſtra ponit 88.d
Leerdemum obſidet. 159.a
Campagnyus cur Hiſpanis ſuſpectus 201.c
Chartula Canonicorũ ædibus affixa 34.d
Cherpena intercepta 297.a
codicillorum venialiũ promulgatio 148.d
Colonienſis archiepiſcopi in caſtra Albani aduentus. 131.b
cometa apparitio 251.c 369.c
commiſſariorum de ordinib. querela 329.c
reſponſum 310.a 311.a 318.a
copiarum pro reformatorum cauſa conſcriptio 63.b
concilij ad Durſleum tranſlatio 36.a
concilia libera cur veteres antiſtites quotannis haberi ſtatuerint 18.a quæ in primitiua eccleſia reiecta 8.d
concordia adamantinum vinculum 218.c
Condæum primo appulſu captum 355.d
conditiones ab ordinibus propoſitæ 275.c
conditionum reiectio 276.d Traiectenſibus oblatarum forma 33.c
confœderationes. 203.c
confœderatorum & plebis conſultatio 51.d
coniuratio in Albanũ 80.c eius ratio ib.d.
conſilium de auxilio Leudamenſibus ſubmittendo.

mittendo 160.b
conuenticulorum prohibitio 34.b
conuentus Bruxellis *ab Albano indicti* 74.b *confœderatorum, & quid actum* 35.d *ordinum apud* Traiectum *inferius habitus* 49.d *trium ordinũ* 33.a *ſolutio* 192.c 340.b
Contracũ à Malecontētis interceptũ 329.b
Crexzius *ductor quingentorum ſclopetariorum* 110.c
Ceimponium ab Aurãtio occupatũ 194.c
cupiditas humana modum ſeruare nequit 147.c
curia Antuerpienſis incenſa 208.b

D

DAle *abſq; vlla mora Auſtriaco portas aperit* 277.b
Dalemum *vrbs* 80.a
Dammi *occupatio* 82.a
Dauanterum *à Caſimiro captum* 274.d
Dei verè cultores qui 21.c
ad Deum in bellicis calamitatibus confugiendi modus 379.d
Delptum Hollandiæ *ciuitas* 132.c
à Delfio *Hiſpani repulſi* 159.d
Delftenſium *liberalitas.* 170.b
Dendremondam *Aleuconius petit.* 377.a
deſiderium viuẽdi in libertate conſcientiæ quantas vires habeat 22.d
Dieppēſes *in Hiſpan. acriter inuecti* 116.b
Dieſtum *ab Albano occupatum* 134.a
Dieſto *Malecontentes pulſi* 371.b
diluuium in Friſia quantum 102.c
diſputationis examen anabaptiſtæ, quantum poſſint, fugiunt 18.b
diſſenſionum ſemina prudenter repreſſa 101.b
Doccum *Aurantiani adoriuntur* 121.b
doctrinæ profeſſionem impediri non poſſe 19.d
Dunkerka *à* Motteo *obſeſſa* 299.d
Dunelandia *inſula* 193.a
in Duce deligendo qui bellum adminiſtraret, ſententiarum varietas 53.b

E

EBurones *cur Albanus inuadere in animo habuerit* 92.d
Eccleſiaſtica diſciplina capita 11.a
Edgmontanus *Albano obuiã procedit* 72.c *apud omnes ordines gratioſus* 9.b
Edgmontanus *capitur* 74.d
Edgmontanus *cũ* Horneo *capite plexi* 83.b *cùm indigenis tum exteris charus* 86.c *quàm fidelem & vtilem operam præſtiterit* 88.b *reformatorum conciones vbiq; aboleri iubet* 63.b
Edgmontani *ad regem litera* 9.d *& Hornai capita obeliſcis affixa* 86.a *extrema verba* 85.d *in* Hiſpaniam *legatio: & quid actum* 11.d *mors prodigijs prænunciata* 83.a *ſecretarius ab equis in quatuor partes diſtractus* 87.b *ſepultura* 86.d
in Edgmontanum *ſententia quibus verbis lata* 83.d
Edgmontanæ *abbatiæ direptio* 67.a
Edoyum *capitur* 113.d
Embdemenſis *agri detrimenta* 91.a
emporiorum celebritas in Belgio 1.d
Endouiũ *captum* 379.b *eius deditio* 383.d
Epenum *vi expugnatum* 92.c
epiſcopatuum in varias propagines diductio 6.d
in Epiſcopatibus ſingulis nouem præbendæ aſſignatæ 7.a
Eſcouedi *ad regem litera* 240.b
Eyndouena *cum multa oppidanorum cæde expugnata* 355.b

F

FAti *legibus* Belgium *&* Frãciæ *prouinciæ ſubacta* 2.c
fata præuideri, nõ præcaueri poſsũt 209.d
Foltonius *in duodecimuirali iudicio damnatus* 101.b
Ferrãdus Toletanus, *Albani filius* 74.d
Ferryus *dux capitur* 205.d
feſtus dies pro ſalute Aurantij 367.d
fides quomodò alatur 20.c
ad Fidem firmandam nullam vim externã valere 19.b
Flandrorum *profligatio* 60.b
fœderis articuli 292.a *commoda* 295.b *conditiones* 211.c
in fœdere ſcrupuli exemti 295.d
fœderatorum liberalitas 170.a *poſtulatio* 30.a *reſponſum* 178.b

Franci reijciuntur ab Holandis 387.a
Franciſcus Baldeſinus 156.a
Franciſci de Alana conſilium 182.a
in Friſia magni motus 121.a
Friſiorum conatus in recuperanda Groninga 346.b

G

GAbriel Guena Mediol. præfectus 71.d
Gardei præfecti conditiones 174.c
Galli fuſi 279.b in Cliuenſi agro cæſi 80.a
militant Aurantio 79.c
Gallorum clades 163.b diſceſſus 119.a
& Anglorum pugna 116.b interitus
163.b irritus conatus in capiendo Namurio 369.a
Galliæ rex legatum ad Hiſpaniæ regẽ mittit 361.b
Gandam Aurantius proficiſcitur 174.a
Gandanum Flandriæ metropolis 114.b
Gandaui tranſactio inter ciues quibus conditionibus facta 49.b
Gandauenſis ars dedita 202.c
Gandauenſium actionis cõtinuatio 392.b
cum Montignio volutationes 356.a
excuſatio 289.d
Gandauenſibus Albanus portarum claues ademit 73.c pacis conditiones propoſita 291.b
Geertruderberga capta 147.a
Genua aliquot dies Albanus commoratur 72 a
Germani pedites qui Naſſouio militabant certamen detrectant 154.a
Germanorum fuga 164.a
Germaniæ inferioris priuilegia præcipua 4.a
Germaniam Albanus dimittit 134.b
Germaniæ militia contemptores Hiſpani 82.c
gladium grando 166.c
Giſleni fanum 131.a à Malecontentis recuperatum 356.a
Gonzaga pugna 299.b
Gonzalus Braramontius 82.b
grando prodigioſa in agro Herienſi 102.b
Grãuillanus à rege ex Belgio dimiſſus 10.a
operam dat vt Romana religio in priſtinum ſtatum reducatur 10.b
Granuellanus Romanæ Eccleſiæ protector 5.d.
Granuellani grauis offenſio 9.c
Graua in Brabantiæ finibus 153.d
Grauelinga 221.b
Grauera capta 369.b
Groninga à Naſſouio obſeſſa 88.d
Groninga ab obſidione liberatio 346.c
obſeſſio 82.a tumultus 251.c
Groningenſium eruptio 88.d
gubernatorũ cum Auila diſceptatio 197.c
Gubernatrix ex Belgio diſcedit 73.d
Gubernatrix Tridentini concilij executionem per literas vrget 12.c
Gubernatricis conditiones ab Antuerpienſibus approbata 66.b diſceſſum cur populus acerbiſſimè tulerit 74.b
Gubernatricis edictum ad tumultus ſedandos 68.a
Guelforum & Hibellinorum in Italia tumultus 29.a
Gueuſei qui vulgò appellati 31.c
Gueux quid exprimat Gallica lingua 31.c
Gugnius caſtrorum magiſter 261.b

H

HAbrenſis marchio 197.c
Hallenini euerſio 343.b
Hannuti caſtelli occupatio 342.a
Harlemum vrbs qualis 138.c oppugnatio 139.b 143.a proditio 143.c
Harlingenſis arx diruta 344.d
Harlemẽſes Albano decimã mittunt 140.c
circumſpecti & promti 139.d commeatu laborant 142.b pontificios prouocant 142.a
Harlemenſes ſe dedunt 143.d Toletanũ Araldum audire renuunt 138.d
Harlemenſium atrox certamen 141.b
Harlemenſium in hoſtes eruptio 140.a
Harlemenſibus fides Hiſpanica ſuſpecta 138.d
Harlingua arcis occupatio 121.b
Haſſelitum opp. Leodienſis epiſcopi ditionis 65.c quibus conditionibus deditionem fecerit 65.c
Hauechenſis arx arctiſſimè obſeſſa 279.c
Hayam cur Aurantius diligenter muniendam curarit 170.b

Hembiſei

Hembiſes capitur 390.c
capite plexus 401.d
Hernoſonij expugnatio 92.c
Hiergius cum ſuis Aurantium magna celeritate præcurrit 94.b
Hiſpani à Dodracenſibus recepti 105.c
ab Harlemenſibus repulſi 159.b
adoriuntur Antuerpienſes 207.d
Hiſpani fuſi 217.d
Hiſpani illudunt obſeſſis 165.a in arcem Antuerpienſem confluunt 201.a
in Hollandia bellum non ſegniter adminiſtrant 174.a malè accepti 280.a
milites cur Edgmontanum è uiuis ereptum ſummopere doluerint 86.c
pugnæ auidi 82.c quomodo Roterodami excepti 106.c
ſtipendia poſcunt 155.a
Hiſpanorum ars 219.d audacia retuſa 286.c claſsis profligatio 155.c
conatus apud Flechinimi irritus 264.d
& Gallorum legatio 361 b fuga 105.c
in caſtra Auranty irruptio 132.a
in inſula conatus 303.b manipulus in horreo concrematus 116.c
metus apud Belgas 232.c
perfidia 263.c pertinacia & diligentia 302.c perturbatio 200.d
proſcriptio 196.c
repulſio 159.b.167.a ſtrages 302.b
tumultus 195.d
Hiſpanis Antuerpienſes ſtipendia ſoluunt 155.b
Hiſpanicæ inquiſitioni quomodo acceſſus datus 8.c
Hiſpanus regulus 274.b
Hyperæ obſeſſa 386.b
Holachius Campiniam vniuerſam incendijs vaſtat 386.b fuſus 415.a
Holachij infelix conatus in Buſcoduco intercipiendo 415.a munus 432.a
Hollandi & Zelandi non probant tranſactionem Auſtriaci 229.a
Hollandorum fuga 414.d naues ardentes 437.d in Angliam legatio 448.c
Hollandica claſsis 412.b
Hornius capitur 75.a cum Edgmontano capite plexi 85.d
Hornei decollandi ad populum uerba 85.d
ſepultura 87.a
in Horneum ſententia quibus uerbis lata 84.b
Hornenſis ad regem litera 9.d

I

IAniſſacus ad ſuos redire permiſſus 125.c
Iauranty ſupplicium 365.c
iconoclaſtæ aliquot Antuerpiæ in ponnariam ædem irrumpunt 49.c
iconoclaſtæ varijs locis deprehenſi atroces pœnas luunt 58.a
iconoclaſtarum pœna 66.c
repreſsio 49.a
iconoclaſtis bellum à pontificijs indictum 58.a quæ urbes ſe uiriliter oppoſuerint 47.d
iconomachia 345.a
Ienlyſſius & Ianniſſacus capti 125.c
Ielyſsij aduentus 124.a clades 125.a
copia 124.a
obitus 125.c
Ieſuitæ cum Franciſcanis Antuerpia excedunt 268.d
ignis fortuitus tres ædes corripit 34.c
magiſtratus diligentia reſtinctus 34 d
imaginum perfractorum pœna 62.c
Imperator ſe excuſat de facto Matthiæ fratris 252.b
infantium rebaptizatio 58.b & 73.c
Inquiſitio commodis & quieti populi maximè aduerſa 40.a Hiſpanica à quibus exploſa 3.c priuilegijs Belgarum aduerſatur 4.d regijs codicillis confirmata 3.c legibus diuinis & humanis contraria 11.c
inquiſitionis Hiſpanicæ crudelitas 13.c
de Inquiſitionis rigore rex multum decidi patitur 4.d
inquiſitioni Hiſpanicæ omnes ordines infenſi 37.d
inquiſitores in Albani tutela conquieſcunt 73.b
inquiſitorum ſcitum in quam formam conceptum 104.b
inquiſitoribus in ſuffragijs ferendis poſt Decanum primus locus datus 8.a
Inſulanorum conatus 112.d

Inſu-

Inſulenſes iconoclaſtis ſe viriliter opponunt 48.a
Ioannis Saligeri vaticinium 227.c
Iodocus de Toleto præpoſitus in Vuakourt 12.c
Iudæorum tres ſectæ 28.c
iudicia hominum diuerſa 305.b
iuramenti formula Antuerpiæ 416.c
rationes 374.c
Iuſtus Schuuenburgius comes 121.a

K

KErckuuegenſis molis perfoßio 164.d
Kerpenſe oppidum direptum & incenſum 297.b

L

LAdrierens tribunus locum à Germanis deſertum occupat 164.a
Lalænius Annonæ præfectus 264.b
Lalanij copia 265.b
facinus & proditio 345.c
Lammenenſium difficultas 167.b
fames cum peſte 168.c
Landreſium opp. 270.c
Lauacum oppidum incendio abſumptum 95.d
Lebeccus pagus 402.b
Leerdemi deditio 159.b obſeßio 159.a
legatio Ordinum ad regem Gal. 418.c
in Legatione non omnes conſentiunt 419.b
legatus Angliæ ad Hiſpanū 100.d.419.d
legatus Colonienſis & Treuirenſis malè acceptus 406.b Malecontentorum à rege bene exceptus 376.c
legati quomodo à rege accepti 419.c
Ordinū ad comitia Moguntiaca 269.b
principum proteſtantium Germaniæ ad Gubernatricem 66.c quomodo in Hiſpania excepti 30.d
legatorum petitio 334.a
reſponſum 306.d.307.c.310.b.311.a
Leidani obſeßio 147.a.155.d
in Leidani obſeßione Hiſpanorum alacritas 158.d
ad Leidanum obſidendum Hiſpani ablegati 155.d
Leidamenſes ab Aurantio quid petant 156.b ignem miſsilem in Hiſpanos iaciunt 159.c
Leidamenſium conſtitutiones 157.d
emptio 159.b irritus conatus 157.c
laus 169.d
Leidamenſium obſeſſorum mutatio 165.b
Lentium oppidum captum & amiſſum 368.c
Leodium ab Aurantio obſeſſum 95.b
Leodienſes auxilia Parmenſi mittūt 302.d
in Leodienſem agrum Aurantius reuertitur 95.b
Leuuardi urbis occupatio 121.b
Leuuardenſis arx diruta 344.d
Leuuardenſis epiſcopus cuſtodiæ traditus 271.d
Leuuardenſis motus 344.b
liber de Hiſpanica tyrannide 379.c
libellus ſupplex à confœderatis gubernatrici oblatus 55.a
libelli famoſi in Granuellanum cur euulgati 6.b famoſi in Hiſpanos 81.c
Liesfordij tumultus 408.c
Likerka & Gasbeckum Parmenſi cedunt 373.d
Limagus regulus omnia incendijs & populationibus replet 95.c
Limburgum Auſtriacus adoritur 277.a
litera Ordinum ad Imperatorem 297.c
Philippi regis ad gubernatricem Belgij 53.c
literarum interceptarum cum apologia diuulgatio 238.c
per columbam miſsio 166.a
Lochomum obſeſſum & liberatum 377.d 378.b.c
Lodoicus Requeſenius Albani ſucceſſor 148.b quomodo à Belgis exceptus 148.b
Lodronius Germanorum militum præfectus cur aliquandiu captiuus detentus 102.c
Londini magna diligentia copiæ colliguntur 267.a
Louanium verſus cur Aurantius iter intendat 95.b
Louanij deditio 129.b
tentatio 263.a
Louanienſes iconoclaſtis ſe viriliter opponunt 47.d

Louerainus Namurienſis regulus capitur 94.d
Loueſtenij obſeſsio 158.b
Lucemburgenſes ſoli Auſtriaco fauēt 241.a
luctus in lætitia cauſa 230.d
Ludouicus Naſſouius religionis patronus 5.c
in Lugdunenſi prouincia tumultus 29.b
Lumaius in Holandia bellum pro Aurantio adminiſtrat 120.d
Marchianus Brielam in ſuam poteſtatem redigit 105.b
Lumaeus Edgmontani affinis 92.b
eius notum. ibid.
Lupius Acuna equitatus Albanici præfectus 94.a
Lutheri doctrina à pontifice damnata 18.c
Lyra à Scota prodita 375.b
Lyra arte & natura munitiſsima 264.c

M

MAgiſtratus ſanguinarius 73.b
Mahometes qua de cauſa de ipſius religionis placitis diſputari nolit 18.a
Malecontenti 288.d ſine fructu Alenconium adoriuntur 377.b
Malecontentorum copiā profligata 341.b
Mansfeldius capitur 198.b Vueſterloum arcem deditione capit 384.a
Margaretha Parmenſis, regis ſoror 5.b
Belgio præficitur 5.a
Martinengus dux 372 c
eius periculum 88.c
Martinus Rithouius Hyprenſis epiſcopus 12.a
Maſtrichum deditionem ultrò facit 61.d
quomodo captum 304.c
Maſtrichi cædes 305.a obſidio 300.a
occupatio 204.c
Maſtrichenſium cum Gubernatrice tranſactio 65.d
Matthias archidux in Belgium vocatus 252.a eius in Brabantiam aduentus 252.c
Maximiliani Cæſaris de pace legatio 175.a
Mechlinia ab Albano obſeſſa et capta 133.c
Mechliniæ cum Malecontentis conſpiratio 341.b maxima inter ciues diſſenſio 264.b
Mechlinia propugnacula occupata 436 b
tumultus à reformatis excitatus 49.c
Mechliniam Auſtriacus proficiſcitur 251.b
Mechlinienſes ſe dedunt 437.c
Mechlinienſium pax 436.c
Mechlinienſibus Antuerpienſes ſuppetias ferunt 408.d
contra Mechlinienſes decretum 342.c
Meguanus acerrimo bello reformatos premit 62.b Boſleducum ingreſſus, omnes reformatos inde expellit 62.c
globulo ictus obit 88.c
mendicantium ordines proſcripti 271.d
Menninum adoriuntur Hiſpani 343 a
eius munitio 289.b
Mildeburgum ab Aurātio obſeſſum 146.d
deditum 152.d pacis negotiationem turbat 148.d
Mildeburgi quomodo Alenconius exceptus 362.b
Mildeburgenſes cum Vliſſingenſibus leuia prælia ſerunt 119.b
militare decretum 340.d
militis domeſtici conſcriptio 36.c
militum domeſticorum Antuerpiæ exantoratio 67.d in Luceburgenſi ditione conſcriptio 50.a præſidiariorum pœna 144.a tumultus 170.c
molium perruptio 160.c
Moncadi Hiſpani ſuſpenſio 305.b
Mondracon Auilæ comes 135.c
Mondraco Aurantij victoris arbitrio ſe dedit 152.d Mildeburgi arctiſsimè obſeſſus 151.c
militiæ peritiſsimus dux 151.a
Montenſis urbs Annoniæ 122.a
à Ludouico Naſſouio aſtu intercepta 122.a
Montenſis deditionis conditiones 132.d
urbis obſeſsio 123.c
Montenſes ab Albano obſeſſi 121.d
Montesdoguius captus 204.a
Montignius dux peditum 298.a
impedimenta amittit 356.b
Montignij clades 372.a
regulæ nuptiæ 12.d
Montium Annoniæ urbs 198.c
eius oppugnatio 268.c

Morgannus Anglorum ductor 113.c
Moronus cardinalis 275.b
Morvillium à Gandauenſib. captum 356.a
Motta arx vi expugnata 281.b

N

NAerdemum captum & crudeliter direptum 136.d
Namuriana arx quo aſtu intercepta 234.a
Naſſouius ad capeſſendam pugnam hortatur 90.c ardenti febre uexatur 131.c
conditiones reſpuit 126.d
cum fratre & Christophoro Palatino perit 154.c cum Vitellio manum conſerere cupit 89.a in Germaniam redire ſimulat 153.c nota fortitudinis milites aliquot amittit 153.b
Naſſouius obſeſſus 123.c uictor 83.b
Naſſouij caſtra in loco admodum tuto 89.c
conſilium à Ienlyſſio neglectum 124.c
còpia 82.a
cum Hiſpanis conflictus 83.a
Naſſouigij ſtratagema 121.a
Naſſouianorum fuga 90.c.154.b
Naſſouiorum ſymbolum 81.b
Nauarrei legatio 384.d
legatione Cæſar grauiter offenſus 385.c
nauis ſtupenda 408.a
naues pannis & alijs mercimonijs onuſta ab Albani officiarijs capta 100.c
nauium iactura 151.d
naualis conflictus 146.c.1[illegible].b
exercitus 160.d
Neomagi periculum Neuenarij 424.a
Neruij & Atrebates deficiunt à Parmenſi 341.c
Neuenarij clades 433.c
Nicolaus Mortonus à pontifice in Angliam miſſus 101.c
Ninoua capta 329.c
Niuella acriter oppugnata 268.b
Niuella capta 268.c obſeſſa 267.d
de Niuella capienda conſultatio 264.a
Niuontum Parmenſis capit 374.b
nobilis ad Lucemburgenſes admonitio 241.a
nobiles coniurationis nomine damnati 83.c
nobilibus ſecuritas quibus conditionibus conceſſa 48.a
Noaus captus 319.c
Noaus Durkerkā obſidione liberat 399.d
Noecarmeus equitatus Belgici dux 125.a
Noecarmeus in Tornacenſes quanto militum impetu inuectus 60.d
reformatos latronum more ſuſpendi iubet 61.a totis uiribus incumbit, ut Valencenas arctiori obſidione premat 60.a
Noercamei crudelitas in Valenceum 61.b
Noruuicqui nobilis verſus 162.b
nomen quale & unde reformatis impoſitum 31.b
Nouiomagum Hollandiæ urbs 134.c
Nouiomagi quid Albanus agat. ibid.
nuptiarum iteratio 38.b

O

OBedientia reformatorum in regem ſugium 32.a
Obreſtenij interitus 209.a
Obreſtenij comitis tentorium incendio conſumtum 140.a
obſidentium & obſeſſorum crebræ uelitationes 140.d
obſidionis ſolutio 145.d
obſeſſi cur de futura oppugnatione maximè gaudeant 143.b
obſeſſorum ardor ſubmiſſus 304.c
defenſio 128.c mutatio 165.b
Octauius Gonzaga 219.b
primus in hoſtem impetum facit 262.a
odium commune in Albanum 80.d
Oiſtburgum captum 113.d
Opplinter abbatia 274.d
oppugnatio irrita 117.d
oppugnationis inſtitutio 127.c.143.c. 145.b
Ordines à Gallis auxilia petunt 403.a
copias colligunt 341.d
qui regi reconciliati 321.c
Ordinum ad Anglia reginā legatio 403.d
ad commiſſarios poſtulata 332.a
aliquot ſtatuta 367.c apparatus bellicus 259.a conſultatio de duce eligendo 251.d tradita 236.a defectio 340.c edictum 268.d
legatio ad Alenconium 270.a

Ordinum

Ordinum legatio in Angliam 269.c
nova conſilia 403.b progreſſus 250.c
reſolutio 335.a ſcripti formula 198.c
ſocordia 303.a

P

Paciecus Albani architectus 197.c
cum ſuis in carcerem ductus 108.c
pacis actio 275.d articuli 171.c.177.b
concilianda formula 171.c
conditionum executio 329.a
conſilia quid interturbet 150.d
formula cum Aurantio 222.b
irrita actio 321.c
de Pace cauponatio 275.b
legationes 286.a
pacificationis formula ab Aurantio concepta 50.c
Papæ liberalitas in hoc bello 259.c
Paraſanus prorex Neapolitanus 71.d
Parmenſis Antuerpiam ingreditur 447.b
dux Auſtriaci ſucceſſor 288.b
Belgij adminiſtrator 288.b Maſtrichium obſidet 299.c pugnæ avidus 372.c Scaldim occupat 402.a
ſcribit Antuerpienſibus 412.c
literæ ad quaſdam urbes 367.a. 417.c
operæ ad Scaldim 407.a
progreſſus 386.d reſcriptum 368.b
ſtratagema 301.c tabellarius quomodo exceptus 382.d
Parmenſi ſubſidium à rege miſſum 372.c
parochorum edictum 11.a
partus monſtroſus in Brabantia 76.b
patientia læſa fit furor 23.c
patres nullam doctrinam damnaſſe, niſi quam verbo Dei adverſari cognovere 18.c
Pauli apoſtoli diſputationes quem exitum habuerint 17.d
pecuniarum ex Hiſpania Albano miſſarum interceptio 100.b
pelicanus quo amore pullos proſequitur 92.a
perfugæ puniti 417.b
perruptionum incommoda 161.b
perſecutionis crudelis & inopinatæ terror 58.c
Perſidis reges Iudæos ferre ſunt coacti 28.c
Philippus Caroli V. Imp. filius 3.c
Philippi regis ad ſororem literæ 10.d
conſilium de pacando Belgio 71.c
conſultatio de ſedandis turbis Belgicis 53.a edictum 10.c indulgentia populos quantum recrearit 8.b liberalitas erga Gubernatricem Belgij 74.a
Philippi villa in Auſtriaci poteſtatem venit 269.a
piſcis novus & quid ſignificarit 31.d
piſtoris fortitudo 382.a
plebs famelica 168.b gubernatricem inexorabilem invenit 54.d
pons marinus Antuerpienſis 64.b
pontis Scaldici deſcriptio 420.b
pontificis conatus in Anglia: & quid effecerit 101.c
pontificij petunt templa Antuerp. 363.d
proſperis ſucceſſibus elati maiora audent 58.b reformatos implacabili odio proſequuntur 61.b
pontificiorum ad bellum inferendum alacritas 57.d conatus 6.c offenſio 9.a
populus cur à vetitis concionibus arceri non queat 37.a
populi amor in Aurantium 366.d
ſalus rectoribus nequaquam negligenda 16.a
portus Parmenſi deditus 386.a
principum ſenſus abditi 70.b
privilegia Belgarum inquiſitione Hiſpanica abolere 3.d
Belgij ad quæ capita redigantur 4.c
prodigia 88.a in agro Heurienſi 102.b
proditionum inſignium aliquando infime ſortis homines victores 22.d
propugnaculum ceſpititium 303.a
Proſper columna. caſtrorum magiſter 275.d
proteſtantium patroni 5.b querelæ 8.b
pugna inter Leam & Vinſhottam 83.b
pulvis ſulfurei incenſio 302.a

R

Rammekenſis arx ab Aurantio capta 146.c ab Hiſpanis munita 112.c
rapinæ Antuerpienſium 209.b
reformati Aurantij præſentia audaciores fiunt 49.d Gueuſij dicti 65.b
reformatorum in Belgio exiguus numerus 25.d

reformatorum in Regem obedientiæ ſignū 32.a
reformatorum modeſtia 45.b
reformatorum non minor quàm pontificiorum ſeueritas 46.d
reformatorum templa omni ſupellectile nudantur 393.d
regiorum in Friſia victoria 414.b
regiorum legatorum reſponſum 184.b
Regularium cœnobij expilatio 67.a
religio reformata, plerisq; noua 16.a
in Religionis controuerſia quæ via ſequenda 18.d
religionis exercitium 285.c
religionis gratia patriam deſerentium numerus 25.a
religionis reformatæ curſum vi externa nō impediri 15.d
religionis reformatæ exercitium an publicis congreſsibus prohibitis impediri poſſit 19.c
religionē nullam conſiſtere poſſe ſine exercitijs 19.c
de Religione edictum 282.d
Religiones diuerſas in vna regione absque maximis turbis ſeruari non poſſe 27.a
Rennebergenſis comes 275.c
Rennebergenſis arcem ciuibus diruendam tradit 217.c
Rennebergenſis copiæ & geſta 354.a
Renty interitus 125.b
Requeſenius erga captos ſeueritate non eſt vſus 173.d
Requeſenius publicæ quietis cupidus 174.d
L. Requeſenius veniæ communis formulā promulgandam curat 148.d
Requeſeny apparatus bellicus 151.c
Requeſeny mors Hiſpanorum negotia plurimum interturbat 194.d
Requeſenij virtutes 194.d
res periculoſa à paucis hominibus tentata 47.d
Rex Franciæ quid petat 380.c
regis legatio ad Angliæ reginam 269.d
regis literæ ad Ordines 258.d
regis reſponſum 249.b
regis ſubditi latronum more ſuſpenſi 96.b
Rhodius præſes 198.a
Richardoti prudentia 280.d
Rineneltius iuuenis robuſtus & imperitus 414.c
Ringrauius in pugna cæſus 125.c
Riuieres tribuni obitus 116.c
Robles Billius Luſitanus gubernationi Friſiæ præficitur 378.b
Robleſſius captus 217.c
Robleſsi conatus 215.c
Rolhauſenus Heſsiæ Mareſchallus 92.a
Romereus caſtorum magiſter 144.a
Romereus Lyram tuetur 201.c
Romerei pedites 90.a
Rodericus Zapata tribunus 138.a tormenti pila brachium amittit ibid.
roſæ in caſsidibus equitum depictæ 92.b
Roteburgicus conuentus 393.a
Roterodami quomodo Hiſpani excepti 106.c
Rormeus tribunus 123.d
rumor de apparatu regis in Italia 275.c
Ruremonda à ſtatibus longa obſidione afflicta 259.b
Ruremōdam Lodronius ab Albano mittitur 79.d
Ruſſagenius rectà ad Tornacenſes contendit, vt manus confereret 60.d

S

Sabellici dictum 147.c
Salmierus Melroyenſis regulus tumultū ſedat 273.b
ſanguinis guttæ ingenti copia repertæ 88.c
Saboti ad ſupplicem libellum reſponſio 175.d
ſchedularum Antuerpiæ ſparſarum ſumma 47.a
Schenotius à regijs deficit 408.a 432.b
Schenchius Groningam tentat 438.d
Schetus ærarij regij quæſtor 235.a
Schonhouia dedita 174.b
Schonhouia & Amſterodamum in fide Albani perſtiterunt 120.c
Schemburgius cædi ſe ſubducere, quàm inutilem conſtantiam oſtendere maluit 90.d
Sciedamum vrbs Briclæ inſulæ finitima 105.d

Scen

Scoti proditores 376.c
ſcriptum pacificatorium 308.a
ſcripti contra inquiſitionem Hiſpan. formula 37.d
ſcripta Bruxellis quo tempore ſparſa 33.c
ſeditio duorum dierum Antuerpiæ 64.c
ſedulitas vtriuſq; partis 278.c
Serraſtius Vliſsinga excluditur 115.c
Serraſtij ad Aurantium reditus 118.c
Serraſtij expeditio in Flandriam ſuſcepta 113.b
Serraſtij in inſulam reditus & conatus 114.c
Serraſtianos Hiſpani adoriuntur, & quo euentu 115.d
ſicarius in carcere ſeipſum interimit 372.b
eius cadauer in quatuor partes diſciſſum ibid.
Sichemum in Auſtriaci poteſtatem venit 263.b
ſicarij Aurantij conſtantia 398.b
ſicarij Aurantij tortura & conſtantia 399.c
Sicilia horreum Romæ 42.d
ſigna in cœlo Antuerpiæ conſpecta 209.d
Sonius Louanienſis theologus ad Paulum IV. mittitur 6.b
Spardamenſium clades 138.b
Sparendamum arx munitiſsima inter Harlemum & Amſterodamum 138.a
capitur 118.a
Status copias educunt, cum declaratione 260.a
Status quid ab Auſtraſio petant 250.c
Statuum ad regem literæ 247.c
Statuum bellicus apparatus 220.d
Statuum caſtra 261.a
Statuum copia 261.b
Stanere caſtelli occupatio 121.b
euerſio 345.a
Steinbergam portum Parmenſis inuadit 386.d
Steenuizum interceptum 379.a
obſeſſum 354 b
Strallus, conſul Antuerpienſis à Lodronio capitur 71.b
ſuggeſtus in noua vrbe Antuerpiæ erectio 47.b
ſuſpiciones de Auſtriaco vnde conceptæ & auctæ 228.b

T

TEligniu captus 411.a
Telluris fertilitas in Belgio 1.b
tempeſtas prodigioſa 102.b
templum D. Huberti igne conſumptum 92.c
templa expilantium parua 66.c
templorum à Guenſijs euerſorum inſtauratio 75.c
templorum ædificatio conceſſa 52.c
templorum deformatio 47.c
templorum obſecratio 47.d
templis bellum à reformatis illatum 47.c
Teneramundani iconoclaſtis ſe viriliter opponunt 47.d
Teremonda dedita 402.d
Teremondæ recuperatio 234.b
in Tergoeſſum expeditio decreta 117.b
contra Tergoenſes noua expeditio 117.a
Tergoeſſi oppugnatio irrita 117.c
Terlonius captus 423.b
Terranouenſis articuli pacificatorij 311.d
Terranouenſis reſponſum 318.c
Terranouenſis ſcriptum 307.d
Thenæ Brabantiæ oppidum 94.a
Theodoricus Bronchorſtius Leidani gubernator 157.d
Theologi proteſtantes veniunt Antuerpiam 61.
ad Theonuillam Albanus ſubſtitit 72.b
Thola & Toemberga in ordinum poteſtatem redacta 236.d
Tielmontum in Auſtriaci poteſtatem venit 263.b
titulus petra triumphalis inſcriptus cuiuſmodi 97.c
Toletanus Albani filius 94.c
Toletanus ad obſidionem animum conuertit 141.c
Toletanus fugientes inſequitur 94.d
Toletanus Zutphenum capit 136.b
Toletani ſauitia 136.c
Toletano auxilia adueniunt 143.a
Tolus inſula 192.d
Tongrorum vrbs ſitu & arte munitiſsima 94.a

Tornacum aſtu expugnare Parmenſis ſtatuit 360.a
Tornacenſis Epiſcopatus in duo membra diuiſus 7.a
Traiectum Hiſpani aggrediuntur 171.a
à Traiecto Hiſpanorum repulſio 171.a
Traiectenſiũ cum Hiſpanis certamẽ 171.b
Traiectenſibus confœderatis quales conditiones oblata 35.b
tranſactio regis & ſubditorum pontificijs permoleſta 5.a
tributum Antuerpiæ impoſitum 371.a
Tridentini concilij acta in Hiſpaniam allata 10.c
Trudonenſis conuentus 37.c
Truelliana abbatia in Flandria 9.b
tumultus in templo factus totam Antuerpiam turbat 47.c
tumultus compoſiti & tranſactionis formula 64.c
tumultuum conſilium 73.a
tumultuum qui Franciam grauiter afflixere, origo 29.b

V

VAlencenæ arcis occupatio 215.b
Valencenarum deditio alia oppida quantum extenuarit 61.c
Valencenarum interceptio 122.d
Valencenenſes à Noecarmeo obſeſſi 59.b
Valecenenſes qua de cauſa rebelles declarati 58.d
Valecenenſes quomodo ſe geſſerint 58.c
Valecenenſium deditio 61.b
Vanni deditum 384.b
Vedæ occupatio 82.a
inter Velleris aurei equites quid actũ 65.a
Vendemum ab Hiſpanis obſeſſum 298.a
ventorum proſperitas 116.a
verbum Dei locum in doctrina religionis habere debet 19.b
verbum Dei religionis fundamentum 27.c
veteres aquas Hiſpani occupant 174.a
Verunicli occupatio 343.d
vexillorum inſcriptio qualis 92.a
Viaua vrbs 62.c ab Erico Brunſuicenſi occupata 67.c
victoria quid Auſtriaco profuerit. 267.a
victora rectè vti, non poſtremum militiæ munus 169.d
Vigilius captus 198.b
Villebruchium imprudenter ab Hiſpanis deſertum 342.b
Vincentius Carafa 275.d
Vincentius Locadellus Cremonenſis 72.c
Vliſsinga ab Albano deficit, & qua occaſione 107.b
Vliſsingæ quomodo Alenconius exceptus 362.a
Vliſsingenſis ad obſeſſos literæ 165.d
Vliſſenſis & Hiſpanorum volutatio 164.b
Vliſſenſes caſtellum amittunt 111.c
Vliſſenſes quid tentent 111.a
Vliſsingenſes ſe muniunt 110.b
Vorcumi obſeſsio 158.b
vrbes ab Aurantianis occupatæ 129.b
Vredeburgum obſeſſum. 220.c
vtile honeſto anteponere, non eſt boni viri 44.d
Vvalenum ab ordinibus occupatũ 203.b
Vvalonum duo millia conſcribuntur 30.b
Valonum perfidia 275.b
Vveſtum captum 298.c
ad Vvinchottam Hiſpani ſuſpendio vitam finiunt 88.a
Vvitenam arcam Aurantius recipit 92.c
Vvormatiæ comitia habentur. 269.b

Z

Zafferus pagus 274.b
Zelandi facinus 162.a
Zelandorum repulſio 135.d
Zemi caſtelli occupatio 342.a
Zirguixea dedita 195.c
Zirguixeam Hiſpani inuadunt 193.a
Ziricxeum inſula 134.c
Zirguixei vrbis obſeſsio 195.d
Zuphemum à Toletano captum 136.b

INDICIS FINIS.

Notanda.

Pag. 2. lin. 29. leges conſiderentur. 3. 14. conducibilius. 4. 36. poſtulabant. 10. 19. vt religio. 18. 22. adſeuerari. 35. 5. de rigore. 58. 26. alarum. 62. 7. Geneuenſi 87. 34. retineret. 90. 36. duobus diebus. 126. 25. officere. 141. 23 artubus. 150. 19. grauatis. 195. 11. deſolatione. 218 13. Quod. 239. 14. otium. 249. 34. neque parere. 250. 6. ſumta deponat. 7. opera redeat. 257. 25. procurari. 259. 9. millia. 294. 16. principib. 331. 2. indignè. 362. 19. Honſedonius. 365. 7. ſclopettus.

